lecte aut etiam -us sub nomine nostro vel alterius personę . . . exigatur. *al.* **C** *solutio ecclesiis vel praelatis data – Zahlung an eine Kirche oder an einen Prälaten:* **1** *de decima:* **a** *latius:* CAPIT. reg. Franc. 177,15 decima, quae a fidelibus datur, Dei -us nuncupanda est. CHART. Mog. A 365 -um Dei, id est omnium frugum pecorumque decimam. EPIST. Ratisb. 10 p.323,21 -um Domini in usum sui redigunt. *fort. add.:* TRAD. Matic. 11 (ed. W. Hauthaler, Salzburger UB I. 1910. p.878; a. 1143) cum -u personarum . . ., qui in signum universalis dominii ipsi Romane ecclesie a cunctis baptismatis unda renatis offerri deberet. **b** *strictius de solutione Slavorum subiectorum loco decimarum data:* HELM. chron. 18 p.38,13 Slavorum populi . . . polliciti sunt dare omnem -um, quem pro decima magnus Otto ecclesiasticis stipendiis deputaverat. HEINR. LETT. chron. 21,6. *de solutione neophytorum:* HEINR. LETT. chron. 25,2 p.181,17 -u magno, quem dare solent neophyti. **2** *de pecunia curiae Romanae data:* **a** *de pecunia data a monasteriis:* GREG. VII. registr. 9,7 ecclesiam . . . sub . . . defensionem apostolicę sedis . . . traditam suscepisse, ob cuius donationis memoriam . . . devoverunt se . . . -um annualiter . . . persoluturos. EPIST. Reinh. 82 quia nos fratres . . . sedi apostolicę subiecti sumus, -um . . . constitutum . . . ad pedes almitatis vestre direximus. ANNAL. Neresh. a.1197 -us privilegiorum a nostro monasterio datur. CHART. Bund. 327 sub unius bizantii -u . . . Romanę ęcclesię . . . persolvendo . . . oblata *ecclesia.* CHART. Lux. II 250 -um apostolice sedi in Alamannia debitum. *al.* **b** *de pecunia data a principibus saecularibus (interdum i. q. denarius sancti Petri – 'Petersp fennig'):* THIETM. chron. 6,92 ut non liceret sibi *(sc. duci Polonorum)* . . . promissum principi apostolorum . . . persolvere -um. GREG. VII. registr. 2,7 p.136,1 nuntius vester *(sc. ducis Bohemiae)*, qui . . ., quę beato Petro sub nomine -us misistis . . ., presentavit. CONST. II 87 quod regnum *Siciliae*, sicut predecessores nostri a Romana ecclesia tenuerunt, sic et nos . . . tenentes et sub eodem -u. GENEAL. Flandr. VI cont. C 16 recepit illud *(regnum Angliae)* . . . tenendum sub -u mille marcharum annuatim summo pontifici solvendarum. *al.* **3** *de pecunia episcopo data:* VITA Ansb. 17 (MGMer. V p. 630,20) -us etiam, qui de vicis publicis canonico ordine ad partem pontificis persolvi consueverant. DIPL. Karoli M. 130 ut annis singolis abbates . . . pontificibus in -um uncia de auro et caballo . . . persolvere deberent. CONC. Karol. 37,17 quod . . . presbyteri . . . quaterdenos denarios episcopis in -um annis singulis darent. *al.* **4** *de pecunia capiti congregationis data:* DIPL. Heinr. IV. 281 p.364,19 ut -um reddant ad Cluniacum per singulos annos aureum denarium. **5** *de collecta haereticorum:* ANNAL. Marb. a.1231 quod annualem -um transmittere solebant Mediolanum, ubi diversarum heresum . . . primatus agebatur. **D** *fenus – Zinsen:* CHART. Sangall. A 208 (c.811) feneravimus ei solidos centum . . ., eo videlicet condicto, ut nobis annis singulis, dum inter prędicta peccunia . . . reportata non fuerit, unam carratam civitalem . . . pro -o persolvat. CHART. Gosl. II 173 p.223,11 (a.1272) quod nos solveremus pro X marcis unam marcam nomine -us. **E** *teloneum, portorium – Zoll, Brükkengeld, Fährgeld:* **1** *in univ.:* CAPIT. reg. Franc. 57,7 (cod. 4) theloneus aut -us non exigatur . . ., ubi nec aqua navigio aut pontem transeundum non est. 143,3 de . . . ponte maiorem -um exigere. DIPL. Otton. I. 112 omnem . . . -um, qui vulgarice cogsculd vocatur. 180 concessit . . . mercatores a Reno usque ad Albiam . . . transeuntes . . . -um thelonei persolvere. CONR. HIRS. dial. 1781 cum ad transfretandum navigium desit aut -us. CHART. Babenb. 7 ut annuatim libere navis . . . absque -u . . . transiret. *al.* **2** *teloneum forense – Marktabgabe (plerumque de pensione pro usu macellorum, tabernarum fori data):* DIPL. Otton. I. 104 -um . . . de mercatu annuali. CHART. civ. Halb. 1 mercatoribus . . . rectum -um pro mercatorio usu solventibus. DIPL. Heinr. IV. 487 p.664,19 -us sutorum aliunde venientium. DIPL. Loth. I. 111 p.260,45 (ed. Th. Schieffer. 1966; spur. s. XII.$^{med.}$) -us de foro. REGISTR. Mog. p.14,4 recipient . . . -us camerarum *(cf. notam ed.)*. CHART. Raitenh. 198 cubile, in quo merces vendi solent, quod habet . . . in annuali -u. CHART. civ. Magd. 129 p.69,25 excepto -u theatri, husmede dicto vulgariter. CHART. civ. Halb. 128 non poterunt a macellis repelli nec -us . . . poterit . . . exaltari. *al. adde de indebito:* CHART. Livon. A I 453 p.569,2 (a.1277) a theloneo et -u indebito, qui vulgariter appellatur ungeld. **F** *stipendium, salarium – Sold, Bezahlung:* LIUTPR. antap. 1,12 p.13,10 custodientibus . . . victus -usque cottidianus . . . inpenditur. CHART. Babenb. 232,72 iudex . . . pro conservacione captivorum pro -u a quolibet duodecim denarios recipiat. **G** *tributum – Tribut:* WALTHARIUS 91 iam nunc Hunis -um persolvo futurum. ANNAL. Xant. a. 869 p.27,8 sepissime paganorum infestationem sustinens semperque eis -um opponens. POETA Saxo 5,199 Sclavorum populos -um sibi solvere fecit. THIETM. chron. 5,14 debitum his *(Thuringiis)* porcorum remisit -um. HEINR. LETT. chron. 20,3 bellum . . . eis comminantes -um ac tributum ab eis exegerunt. *saepe.* **H** *pretium solutionis captivorum – Lösegeld:* HUGEB. Willib. 4 p.95,14 alii homines, qui in carcere habebantur, debebant -um reddere. OTTO SANBLAS. chron. 38 p.59,1 huius *(sc. pro rege Angliae dati)* -us pars maxima constabat calicibus, crucibus *eqs. de exactione praedonum:* CARM. de Frid. I. imp. 1060 petit immensum pro tali munere -um *turba.*

II *munus, donum, oblatio – Gabe, Geschenk, Spende:* **A** *corpor.:* VITA Cunib. B 2 ut . . . egenis universa tribuens tanti -us effusione nihil perderet. RATHER. epist. 30 p.171,28 quibus -um imperialem tribui suadetis, repelluntur peculiari pro culpa. HROTSV. Gong. 151 dextra ceu propria, -us est quae pie larga. gest. prol. 1,8 exiguum munus ne spernas carminis huius, iste sed oblatus laudum placeat tibi -us. WALTH. SPIR. Christoph. II prol. 30 tuque, gravis -u tali *(sc. Baldrico)*, Sekkingia, natu. CHART. Hagenow. 86 o quam felix commercium, quo brevi -u mercatur longum gaudium. *al.* **B** *spirit.:* ALDH. epist. 7 p.496,19 sobolem opulenti paternae philosophiae -u exheredem. COD. Karol. 39 p.552,1 quam vicissitudinis repensationem vestro cessui conferamus? WALTH. SPIR. Christoph. II 4,70 difficilis fidei spondens pro munere -um. EPIST. Teg. I 29 -um orationis (CHART. episc. Halb. 199 p.168,15 fraternitatis et orationum -um). SIGEW. Mein. 24 iussit eam -us brevis lacrimas effundere. *al.*

III *bona, divitiae, facultates – Gut, Vermögen:* **A** *corpor.:* **1** *latius:* LEG. Wisig. 5,4,13 qui suo dominio rem -us alieni nititur adplicare. EPIST. Lup. Ferr. 25 -u rei familiaris . . . effuso. CARM. var. I 22,8 o felix nimium, proprio qui vivere -u praevaluit. HROTSV. Gong. 57 patrii -us fuerat sibi maxime partus. WALTH. SPIR. Christoph. II 2,9 vir . . . meritis in -u paupere dives (VITA Liutw. 7. SIGEBOTO Paulin. 53 p.937,11). THEOPH. sched. 3,77$^{ex.}$ si facultas in -u fuerit, potes in auro . . . facere imagines. COSMAS chron. 3,32 alii visu privantur et -u, alii tantum rebus substancialibus expoliantur. *al. proverb.:* WIPO prov. 8 plus vincit sensus quam multiplex -us. NICOL. BIBER. carm. 74 (ed. Th. Fischer. 1870) philosophi sensu qui florent, sunt sine -u. *al.* **2** *strictius i. q. thesaurus, pecunia – Schatz, Geld (cf.* GLOSS. II 274,3 St.-S. -um scaz vel gelt. *al.)*. LIBER hist. Franc. 42 de fisco palacii per ecclesias . . . distribuere -um iussit. HRABAN. epist. 17^{a} -u pretiosarum opum locupletes. ANNAL. Quedl. a.999 p.76,35 regni . . . -um toto orbe tributario iure . . . quaesitum. RUODLIEB V 164 in qua *(curte)* stant mensę vario -u cumulatę. COSMAS chron. 1,38 p.70,8 dat eis magnam -us copiam, scilicet marsupium centum marcis plenum. 3,56 p.231,21 dux . . . natam . . . cum . . . nimio -us apparatu dat nuptum. GESTA Trev. 27 p.166,12 quicquid in civitate ecclesiastici -us vel ornatus fuerat. CHART. Babenb. 232,39 donec . . . per peccunie sue ostensionem . . . faciat cautionem; . . . tunc ob racionem -us ad posteriorem iudicem non ducatur. *al.* **B** *spirit.:* WALTH. SPIR. Christoph. II 5,118 o sopor et requies, quam qui mercabitur, hęres pinguia magnifici retinet patrimonia -us. ERINH. Haimer. 353 bona de -u precioso: integritas hominis . . . interioris.

[Bansa]

IV *pretium (corporeum) – (materieller) Wert:* NICOL. I. epist. 28 munerum vestrorum . . . non tam -um quam pium considerantes affectum. RUODLIEB V 198 bona dat eximia -us ad mille talenta. RAHEW. Theoph. 639 hec . . . carmina . . . divite -u, paupere sensu suscipe grata. *de reliquiis:* WALAHFR. Blaithm. 158 quod . . . ferox miles -u pensare nequibat, rimari in gelidis coepit per vulnera fibris.

V *aestimatio, descriptio – Schätzung, Zählung (cf.* GLOSS. I 395,11 [cod. c] sub -u unter dero gipriuido. *al.):* HRABAN. epist. 16 p.417,36 parentes suos voluit sub -u regali asscribi *Christus.* HROTSV. Mar. 545 -um . . . sibi *(sc. Caesari Augusto)* profiteri. OTTO FRISING. chron. 3,5 capit. p.18,18 quod ... sub Cyrino -us indictus sit (*sim.* 3 prol. p.133,33). *mensura – das Messen:* DICUIL. epist. cens. 3 (Cod. Paris. N. A. L. 1645 f. 7^{v}; c. 818) succedit epistula -us.

***centa,** -ae *f.* (*cf. theod. vet.* zent) *districtus iudiciarius vel iudicium eius – Gerichtsbezirk oder dessen Gericht, 'Zent' (de re v. p.464,13sqq.):* CONST. II 171,6 (a. 1232) iurisdiccionibus, comitatibus, -is . . . liberis vel infeodatis. 9 ad -as nemo sinodalis vocetur. CHART. Mog. 246 p.597,5 (ed. V. F. Gudenus, Cod. dipl. I. 1743) iurisdictiones, que -e vocantur. p.598,10 homines . . . in ipsarum -arum terminis commorantes. DIPL. Heinr. II. 518 (spur.) cum . . . comiciis, -is, iudiciis. REGISTR. Mog. p.56^{b} de -a trans Mogum. *al. v. et p.465,6.*

centana *v.* centenus. **centanarius** *v.* centenarius.

***centapolis** *adi.* (*cf.* ἑκατόμπολις) *centum urbes habens – hundert Städte enthaltend:* HONOR. AUGUST. imag. 1,34 haec *(Creta)* et -is a centum urbibus nuncupata.

centaurea (-ria), -ae *f. (n.* -um: *l.52)* (κενταύρειον) *script.:* -tar-: *l.36. metr.* -rĭ-: *l.47.52. usu attrib.: l.35sq.*

1 *erythraea vel sim. – Tausendgüldenkraut o. ä. (Centaurium minus Moench, cf. Marzell, Wb. dt. Pflanzennam. II. p.321sqq.):* **a** *proprie:* PAUL. AEGIN. cur. 103 -e (*3,22,24* κενταυρίου) sucus. RECEPT. Sangall. I 137 herba -ia. RECEPT. Bamb. 20 -aria . . . bibat. GLOSS. III 198,15 St.-S. -ia minor matrana (552,52 -ia maior metere. *ibid. al.*). 388,6 -ia centoria (*cf.* 573,31 -ia center). 495,27 -ia maior fel terrę erdgalla (540,35 [cod. a] -ia minor id est ertgalle, fel terre id est febrifuga, metere. *ibid. al. cf.* 526,40 -ia minor fel terre bittergalle magewrz). 540,33 -ia maior id est aurine fibercrut (551,40 -ia minor a. *al.*). ODO MAGD. herb. 1709 sunt -ae species, maiorque minorque . . .; sed quia perpaucis species est cognita maior *eqs.* DYASC. p.60^{a} -a maior, quam multi narcam aut gentianam dicunt. p.60^{b} -a minor, quam multi linesiam dicunt. AMARC. serm. 3,448 ut . . . fuget . . . -ia febrem. HILDEG. phys. 1,125 -a calida est et sicca. MATTH. PLATEAR. gloss. p.385^{A}. ALPHITA I p.283,25 -a, fallifuga, fel terrae idem. ALBERT. M. veget. 6,311 -a est herba . . . duarum specierum. *al.* **b** *in imag. de amaritudine:* WALTH. SPIR. Christoph. II praef. 122 ante favos nostri -ia pasce laboris. **2** *inula – Alant (Inula helenium L., cf. André, Lex. bot. p.79):* DYNAMID. Hippocr. 2,60 hinola campana agrestis dicitur parachironia, ab aliis -a. **3** *fort. i. q. caryophyllata – viell.: Benediktenkraut, Nelkenwurz (Geum urbanum L.):* GLOSS. III 512,29 St.-S. -ia benedicta.

centaureus (-rius), -a, -um. *instar centauri formatus – zentaurisch gestaltet:* AETHICUS ISTER 105 -as . . . lacertas venenatas valde. *cf. l.31.*

centaurica, -ae *f. erythraea – Tausendgüldenkraut (cf. l.32sqq.):* GLOSS. III 680,47 St.-S. -a ergalle. GLOSS. med. cod. Trev. p.133 herbam -am minorem.

centaurus, -i *m.* (κένταυρος) *monstrum ex homine et equo formatum – Zentaur (cf.* GLOSS. II 661,41 St.-S. -i risi. III 81,43 -us halfhunt): **1** *proprie:* AETHICUS ISTER 68 p.53,2 -os lac mulierum enutrisse. ERMENR. ad Grim. 1 p.536,21 Herculem -os domitantem. *per compar.:* COSMAS chron. 2,26 p.119,15 canonici inculti . . . velut . . . bestiales -i viventes. **2** *translate de sidere:* GERB. (?) astrolab. 17 p.138,10 Alhimech in -o. HONOR. AUGUST. imag. 1,131 -us . . . in coelo locatus.

centegnodia *v.* centenodia. **centena** *v.* centenus.

centenarius, -a, -um. *script. et form.:* cin-: DIPL. Pipp. 2. CHART. Wism. B 414 (ed. L. Knabe, Das zweite Wismarsche Stadtbuch. 1966; a.1272/79). -tin-: TRAD. Frising. 430. *al. v. et l.70.* -tan-: *p.463,7.* -teri(us): *l.58. 67. adde* FORM. Morb. 10 p.332,12. -tari(us): *l.70.* -ario-(nis): *p.470,16. adde* WALAHFR. exord. 32 p.515,35 *codd. 3.5.*

I *adi.:* **A** *centum – hundert:* GUNZO epist. 7 p.34,17 -us . . . perfectus est numerus, non tantum quia decade solidatur *eqs.* CHART. Rhen. med. I 495 p.551,16 ut sorores . . . -um numerum non excedant. HERBORD. Ott. praef. p.705,35 cum sub -o . . . numero marcarum . . . pecuniam profunderet. *al.* **B** *centum annos complectens – hundertjährig:* RECEPT. Sangall. I 42 vir -us. EBO BAMB. Ott. 2,17 p.642,31 cum pene -am ageret etatem. *al. iur.:* CHART. Westph. V 210 p.99,20 (a.1206) cum adversus ecclesie Romane possessiones . . . non nisi -a currat prescriptio (CHART. Ital. Ficker 316 p.348,9. ACTA imp. Winkelm. I 539 p.438,43). **C** *pondere centum libras valens – zentnerschwer:* HERACLIUS II 51 -um saxi pondus. *remissius:* BENZO ad Heinr. 3,10 coadunavit . . . pecuniam in -o sacculo. **D** *ad centenam pertinens – zur Centene gehörig:* MIRAC. Hucberti 2,28 comitatui . . . subiacebat -a iusticia (CHRON. Andag. 17 p.41,21).

II *subst.:* **A** *masc. (et neutr., e. g. l.31.34):* **1** *gener.:* **a** *quod centum partes continet – das Hundert:* VITA Bard. 22 p.338,38 caecorum, claudorum . . . eum sequebantur -i. GERHOH. Antichr. 1,48 p.356,15 cumulantur quot -is vel milibus marcarum entece. TRAD. Falk. p.11,35 -us ovorum. ACTA imp. Winkelm. I p.758,3 in quolibet -o vaccarum sufficiunt tauri quinque. NARR. de Gron. 38 p.79,24 ceciderant plura -a virorum. *al.* **b** *pondus centum librarum – Gewichtseinheit von hundert Pfund, Zentner:* CHRON. Fred. 4,69 unus -us cento libras auri capit (PAUL. DIAC. Lang. 3,12 p.120,7 supra mille a. -a. HIST. peregr. p.166,36). EBO BAMB. Ott. 2,16 p.642,11 cuprum ad septingentos . . . -os comparavimus (CHART. Rhen. med. II 242 p.281,22 de unaquaque carrata cupri, quod sunt IIII -i). CHART. select. Keutgen 130 p.110,4 dabit duos -os olei. CHART. Babenb. 86,27 de XV -is cerę. CHRON. Mont. Ser. a.1206 p.173,40 campanam de quinquaginta -is fudit. ACTA imp. Winkelm. I 773 pro singulis -is salis. *al. cf.* 2. *cantarium. **c** *senex centum annorum – hundertjähriger Greis:* CHART. Leub. 82 p.185,36 (a.1252) illos duos -os, si superstites fuerint. **d** *de sectione libri rerum gestarum i. q. saeculum – Jahrhundert:* THOM. TUSC. gest. p.496,32 in gestis Calixti pape in -o XII. p.503,28 gesta Urbani secundi -o pontificum undecimo. **2** *spec. de praefecto militari vel forensi (cf. H. Dannenbauer, Grundlagen der mittelalterlichen Welt. 1958. p.179sqq. 236sqq.; Th. Mayer, Mittelalterliche Studien. 1959. p.98sqq.116sqq.):* **a** *milit. i. q. dux (centum) militum, centurio – Führer (einer Hundertschaft), Hauptmann:* LEG. Wisig. 9,2,3 -us dimittens centenam suam in hostem. *ibid. al. remissius:* WALAHFR. exord. p.516,6 millenarii, -i vel centuriones. CONR. MUR. summ. 6,1 p.426,31 centuriones seu -i *in Urbe fuerunt.* **b** *iur. et publ.:* α *officialis ad malefactores persequendos institutus – mit der Verbrecherverfolgung beauftragter Beamter:* LEX Sal. Merov. 91 iubemus, ut in truste electi -i ponantur, per quorum fidem . . . pax . . . observetur. 92 ut -i (centerii *var. l.*) . . . licentiam habeant latrones persequere. decr. Child. 3,2. *ibid. al. v. et p.464,22. adde:* ARBEO Corb. 10 p.198,12 cum . . . tribunus et -i . . . antestare fecisset, coepit humilia postulatione . . ., ut reum sibi donare dignarentur *(cf. p.470,34).* β *officialis iudiciarius et fiscalis, praefectus districtus rustici – Gerichts- und Verwaltungsbeamter, Vorsteher eines ländlichen Bezirks, 'Zentenar':* LEG. Wisig. 2,1,27 dux, comes . . ., quingentenarius, -us, defensor. LEX Sal. Merov. 46,1 ut thunginus aut -us (centerius *var. l.*) mallum indicant. BOBOL. Germ. 10 (MGMer. V p.37,13) iussit . . . venire -os illius vallis. LEX Ribv. 51,1 ad mallo ante -o vel comite. LEX Alam. 36,3 comite aut -o (-inario, centario, centurioni *var. l.*). CONC. Karol. 30 p.232,7 Reginhart, -us domni imperatoris. CAPIT. reg. Franc. 80,4 in placito -i. 152 p.310,12 habeat

[Bansa]

unusquisque comes vicarios et -os suos secum. DIPL. Karoli III. 55 nullus comes nec vicecomes, sed neque vicarius nec -us neque decanus, sculdassius vel quisquam ex iudiciaria potestate. DIPL. Otton. II. 53 p.63,41 sine ulla inquietudine comitis aut -i vel vicedomini. STATUT. Altah. (MGScript. XVII p.357^{b},57) in quibusdam provinciis iudices provinciales appellantur -i. CHART. Rhen. med. III 376 Wernerus centa-us. *saepe. v. et p.464,3.28.* **B** *fem.: districtus iudiciarius et fiscalis – Gerichts- und Verwaltungsbezirk, Centene:* HUGO FLAV. chron. 1 p.363,32 decimam . . . arietum, qui . . . persolvuntur ex Bracensi -a. CHART. select. Waitz 9 p.23,19 omnis villa . . . debet tria per annum -e complacita. BERTH.(?) annal. a.1078 p.312,14 rusticos . . . per omnes illarum partium -as . . . coniuratos. *meton. de incolis:* BERTH. (?) annal. a.1078 p.312,48 coniuratis -is . . . eunuchizatis.

***centenervia** *v.* *centinervia.

centenodia, -ae *f. (n.: l.29.31) script.:* cenno-: *l.23.* -tin-: *l.28.31sq. al.* -ton-: *l.25sq. al.* -tegn-: GLOSS. III 519,18 St.-S. -tunnobia: *l.23.* -tidonia: *l.35. form.: nom. sg.* -ion: *l.31. abl. sg.* -io: *l.29.*

1 *sanguinaria – Vogelknöterich (Polygonum aviculare L., cf. André, Lex. bot. p.281):* RECEPT. Sangall. I 51 herba cennodia. 137 herba cento-a. II 47 centunnobia. DYNAMID. Hippocr. 2,35 polygonus, hoc est sanguinaria sive spinatia, hoc est cento-a. GLOSS. III 482,44 St.-S. proserpinaca -a wegetreta. 602,5 cento-a anatret. 638,45 centi-a corriola poligonia proserpinaria wegerute. IV 361,6 -a id est sporngas. *al.* BERNH. PROV. comm. 6,1 p.289,35 centi-a minor. WILH. CONG. chirurg. 1513 balneum . . . de . . . centi-o (ceretino *var. l.*). ALPHITA I p.297,47 lingua passeris, poligonia . . ., centi-on . . . idem. II p.38,3 centi-um, populus vel popluus. ALBERT. M. veget. 2,39 multiplicantur . . . nodi . . . in centi-a. *al. v. et p.466,5.* **2** *plantago maior – Breitwegerich (Plantago maior L.):* GLOSS. III 171,56 St.-S. septinerdia vel centi-a, id est wegebreitte (V 35,14 -tidonia). 578,32 -a vuegerihe. IV 649,2 ad dolorem stomachi -am, id est wegebrete. *ibid. al.*

centenus, -a, -um. *script.:* cin-: *p.464,9.* -tin-: *l.60. p.464,3.29.al.* -tan-: *p.464,37.40.* -tun-: *p.464,40.*

I *usu adi.:* **A** *strictius i. q. ana centum – je hundert:* BEDA temp. rat. 1,61 decies . . . -a millia. WIDUK. gest. 1,9 p.15,8 singuli *duces* cum -is militibus. FROUM. carm. 21,10 -as decies milies quoque mille salutes. COSMAS chron. 1,40 p.75,14 -os et -os ordinatim catenatos. *al.* **B** *latius:* **1** *centum – hundert:* WALAHFR. carm. 56,13 si mihi -as linguas natura pararet. POETA Saxo 3,8 annorum -a volumina. RAHEW. gest. 3,37 p.210,9 supra -a stadia. *al. de numero ipso:* PASS. Petri et Pauli 353 -o ex numero . . . cognomen habebat *centurio.* Ps. BOETH. geom. p.398,5 sub linea . . . -o insignita numero. *al.* **2** *centesimus – hundertster:* CHRON. Merseb. 14 p.188,26 patris nostri pontificatus hic annus est decimus fiatque -us, . . . petimus. **3** *centuplex – hundertfältig:* ALDH. virg. I 13 p.243,4 -ae frugis copia. PAUL. ALBAR. carm. 9,94 obscura sapiens -o sensu requirit. HROTSV. Sap. 9,7 -ae vicissitudinem mercedis recompensari. *al.* **4** *centum annos continens – hundert Jahre umfassend:* WIPO tetral. 112 vivas sanus -o tempore canus. **5** *ad iurisdictionem (cuiusdam districtus) pertinens – zur Gerichtsbarkeit (in einem bestimmten Bezirk) gehörig:* CHART. Stab. 142 p.288,4 (a.1123) -inum (-ivum *var. l.*) placitum (p.288,7.9).

II *usu subst.:* **A** *masc. (et neutr., e. g. l.64.72):* **1** *quod centum partes continet – das Hundert:* HUGEB. Wynneb. 2 p.108,19 per -os et millenos morientium. ANNAL. Fuld. Ratisb. a.891 p.120,37 per -a et milia numero mergebantur *Nordmanni.* VITA Erasmi 391 ter dena ter et -a virorum. *math.:* GERB. epist. I 1,2,1^{a} millenus . . . habebit articulos in millenis, digitos in -is, -us articulos in -is, digitos in decenis *(sc. si volueris dividere).* MATHEM. var. Bubnov p.266,20 -um plurimum cum deceno et cum singulari compositum seu simplicem. *al.* **2** *pondus centum librarum – Gewichtseinheit von hundert Pfund, Zentner:* CHART. Hans. I 432 p.144, 39 (a.1252) -um ferri. *ibid. al.* **3** *centenarius – Zentenar:* DESID. CAD. epist. 2,8 magnificis viris . . . tribunis, defensoribus, -is. LEG. Lang. p.184,1 ut . . . precipiant *iudices* ad sculdahis suos aut ad -inos (centenarios *var. l.*) aut ad locopositos. **4** *secale – Roggen:* ANTIDOT. Sangall. p.92,23 farina de -o. **B** *fem.:* **1** *gener.:* **a** *quod centum partes continet – das Hundert:* CHART. Welt. 21 (a.1267) ut . . . -am . . . ovorum . . . nobis conferant. **b** *pondus centum librarum – Gewichtseinheit von hundert Pfund, Zentner:* CHART. Westph. IV 820 (a.1260) quantitas plumbi XXVIII et dimidium cin-e magni lapidis. CHART. Pomm. B 1091 p.367,28 -a . . . lignorum . . ., scilicet duo asseres ad -am. **2** *spec.:* **a** *milit. i. q. caterva (centum) militum – Abteilung von (hundert) Soldaten, Hundertschaft: v. p.462,52.* **b** *iur. et publ. (cf. Ch. E. Perrin, ALMA 5. 1930. p.167sqq.; W. Metz, ZRGGerm. 74.1957. p.234sqq. v. et supra p.462,47sqq.):* **α** *manus ad malefactores persequendos instituta vel districtus eius – mit der Verbrecherverfolgung beauftragte Schar oder ihr Bezirk:* CAPIT. reg. Franc. 3,9 decretum est, ut . . ., eo quod . . . scelera sua pretermissas custodias exercerent, -as fierent, in cuius -a aliquid deperierit, capitale qui perdiderit, recipiat *eqs.* LEX Sal. Merov. decr. Child. 3,4 ut si furtus fuerit, capitalem de praesenti -a restituat et causa centenariu⟨s⟩ cum -a requirat. 3,5 -a posita in vestigio in alia -a. **β** *communitas (colonorum regis) vel districtus iudiciarius et fiscalis eius – Gemeinde (von Königsfreien) oder ihr Gerichts- und Verwaltungsbezirk, 'Centene':* LEX Alam. 36,1 ut conventus . . . fiat in omni -a (-ina *var. l.*) coram comite aut suo misso et coram centenario. CAPIT. reg. Franc. 25,4 comites . . . de singulis -inis. 32,62 de liberis hominibus et -is, qui partibus fisci nostri deserviunt. FORM. Sal. Merk. 2 in pago illo, in -a illa. CHART. Sangall. A 372 in -a Ruadolteshuntre. CHART. Rhen. med. I 135,24 p.155,9 ad vineas ligandas -am I, fodiendam alteram (gloss. Caes. Heist.: -a communitas, communiter autem operabuntur opera nostra). *al.* **γ** *iurisdictio, iudicium (cuiusdam districtus) – Gerichtsbarkeit, Gericht (in einem bestimmten Bezirk):* GESTA Vird. cont. I 9 p.49,6 praebendae fratrum . . . omnes -anas eorum potestatum . . . reddidit (LAUR. LEOD. gest. 2 p.492,27). 11 p.50,8 -anam de Wandelini curte et alia iura. DIPL. Heinr. IV. 236 de . . . teloneis et precipue de -anis (-unis *var. l., ed.*), quas Theutonici hunnenduom vocant. **δ** *officium centenarii – Amt des Zentenars:* DIPL. Otton. I. 209 p.288,30 censum . . . ab ipsa -a et scultatia Curiensi.

***centeramia** (ge-) *subst.* (centum *et* ramus) *fort. i. q. millefolium – viell.: Schafgarbe (Achillea millefolium L., cf. Marzell, Wb. dt. Pflanzennam. I. p. 85):* GLOSS. III 592^{1} St.-S. ge-a vel italica chazenzagel.

centerius *v.* centenarius.

centesimus, (-tis-, -ss-), -a, -um.

1 *adi.:* **a** *decies decimus – hundertster:* CARM. libr. I 7,2, 29 septies expletus fuerat -issimus annus (THANGM. Bernw. 12 p.763,29 -o septimo aetatis anno). ORDO Rom. 16,29 psalmus -issimus septimus decimus. LEX Raet. Cur. 4,16 (ed. E. Meyer-Marthaler. 1959) dupla -isimam partem cum ipsum debitum solvat (*postea:* simpla -essima porcionem). RUOTG. Brun. 5 p.6,15 -o octogesimo octavo lustro. *al. de numero ipso:* WALAHFR. hom. in Matth. 16 p.859^{D} -i perfectione numeri corona virginum designatur. **b** *centuplex – hundertfältig:* GERH. AUGUST. Udalr. I 9 p.397,42 -i (-essimi *var. l.*) fructus retributione (CHART. Merseb. 330. *al.*). DIPL. Heinr. III. 296 -um recompensationis emolumentum. **2** *subst. fem. i. q. decies decima pars – der hundertste Teil:* **a** *spectat ad fenus:* LEG. Burgund. Rom. 31,4 si quis duas -as pro cautione sibi stipulari fecerit. CONC. Merov. p.197,10 neque -issima exigant *presbyteri.* **b** *spectat ad censum:* CHART. Tirol. notar. II 580 (a.1272) dedit . . . VII libras pro . . . abate de -a.

***centgravius,** -i *m.* (*cf. theod. vet.* zentgrave) *script. et form.:* cin-: *p.465,8.* ceng-: *p.465,9.* -teg-: *p.465,7.* -tumg-: *p.465,6.* -grevo: *p.465,4. adde* CHART. Francof. 175. -afi-: *p.465,8.*

praefectus districtus rustici – Vorsteher eines ländlichen Bezirks, Zentgraf: DIPL. coll. 515 (Mon. Boica XXIX 1 p.

[Bansa]

387,7; a. 1168) inhibemus, ne aliquis in . . . episcopatu et ducatu vel in comitiis . . . aliquas centurias faciat vel -os constituat nisi concessione episcopi. CHART. Eberb. 75 p. 148,19 testes . . . Wernherus -grevo . . ., Wernher -grevo. 142 p. 254,2 cum Fridericus -us noster in . . . placito interesset vicem nostram agens. CONST. II 171,7 -tumgravii recipiant centas a domino terre (*inde* 304,7 [-teg- *cod. 3*]). CHART. Hagenow. 386 ab Herbordo cintgrafio de Liblos. REGISTR. Mog. p. 57,18 uncias XX dedi cengravio. *al.*

***centicanus,** -a, -um. *centum carmina canens – hundertfältig singend:* HEIRIC. Germ. II 6,134 gutture -o.

centies *adv. centum vicibus – hundertmal:* ALDH. virg. II 1511 -s exorans nocturnis ferme latebris. EPIST. Teg. I 24 mercibus -s centuplicatis. FROUM. carm. 32,15 -s et super hęc millenas dico salutes. *al.*

***centifluus,** -a, -um. *centuplex – hundertfältig:* ERMENR. Sval. 2 tritici Domini dispensatores . . . semina ubique -a mittentes.

centifolius (-tof-), -a, -um. **1** *adi.: anat. de vena fort. i. q. centum ramos habens – viell.: hundertfach verästelt:* Ps. HIPPOCR. phleb. 183 de vena -tofolia. **2** *subst. neutr. (et fem.: l. 25):* **a** *millefolium – Schafgarbe (Achillea millefolium L., cf. Marzell, Wb. dt. Pflanzennam. I. p. 81sqq.):* AESCULAPIUS 43 p. 74,7 baulaustiam, hoc est -um (*sim.* GLOSS. med. p. 46,17 -a. DYNAMID. Hippocr. 2,58). GLOSS. III 495,34 St.-S. -um garewa. ALPHITA II p. 118,33 millefolium maius, supercilium Veneris, -um, venter apis idem (*sim.* p. 190a,5). **b** *flos mali granati silvestris – Blüte des wilden Granatapfelbaumes (cf. F. E. Kind, ArchGeschMed. 27. 1934. p. 36):* RECEPT. Donauesch. 60 -i malini. **c** *per confusionem i. q. caerefolium – Echter Kerbel (Anthriscus Cerefolium Hoffm.):* GLOSS. III 597,43 St.-S. -um korbele.

***centigamus,** -i *m. qui centum uxores habet – ein mit hundert Frauen Verheirateter:* RATHER. epist. 16 p. 81,15 utinam nec natus nec visus . . . ex isdem fuisset -us . . ., immo infinitimoechus ullus.

***centigenus,** -a, -um. *centuplex – hundertfältig:* ERMOLD. carm. app. 1,21 organa -is resonant auletica hymnis.

***centilogium** (-oqui-), -i *n. (f. -a: l. 45) de titulo libri Ptolemaeo ascripti i. q. centum sententiae – hundert Aphorismen:* ALBERT. M. caus. univ. 2,2,26 p. 519a,33 in -quio. pol. 5,9b p. 550b,14 in commento Bugafori super -um Ptolemaei. probl. 4 p. 38,29 a Hali in commentario super -um Ptolemaei. probl. det. 9 (MediaevStud. 22. 1960. p. 330,36) in -a. *ibid. al.*

centimanus *adi. centum manus habens – hundertarmig:* LAMB. HERSF. annal. a. 1065 p. 100,16 -us gigas (ODO Ern. duc. 2 p. 318c. *al.*).

centimeter, -tri *m. de titulo libri Servii grammatici i. q. centum metra – hundert Metren:* CATAL. biblioth. Becker 57,30 (s. IX.) liber -r. CONR. HIRS. dial. 120. METELL. Quir. 60$^{tit.}$ contra regulam -i.

***centimetrum,** -i *n. opus carptim compilatum, cento – aus fremden Textteilen zusammengesetztes Werk:* REGINO syn. caus. app. 3,58 p. 488,17 -um de Christo Virgilianis compaginatum versibus. *cf. infra p. 466,34 et ThLL. III. p. 821, 46sqq.*

***centimolum** (-mul-) *vel* **-us,** -i *n. vel m. (ital. vet.* centimolo *a* *κεντήμυλος, *cf. G. Rohlfs, Lexicon Graecanicum Italiae Inferioris. ²1964. p. 232) mola (iumentaria) – (Esels-)Mühle:* PETR. CAS. (?) chron. 4,21 molendina duo . . ., -um, ortos. ACTA imp. Winkelm. I 938 p. 714,21 mulis, qui sunt in . . . -ulis castri.

centimorbia (-icer-, -ida), -ae *f.* **1** *herba nummularia – Pfennigkraut (Lysimachia nummularia L., cf. André, Lex. bot. p. 80):* GLOSS. III 528,11 St.-S. centicerbia egilgras (537,54 -a. 552,54 -ida). **2** *fort. i. q. millefolium – viell.: Schafgarbe (Achillea millefolium L., cf. Marzell, Wb. dt. Pflanzennam. I. p. 81sqq.):* GLOSS. III 497,23 St.-S. -a scaphegeba (scaphescunga *ci. ed.*). 528,17 -a gachheil.

***centinervia** (-ten-, -tumn- *sim.*), -ae *f. (cf.* πολύνευρον, quinquenervia *sim.) plantago – Wegerich:* **1** *plantago maior – Breitwegerich (Plantago maior L.):* GLOSS. III 523, 32 St.-S. arnoglossa, plantago, cente-a vocatur wegenbreit (*sim.* 533,7). TRACT. de aegr. cur. p. 196,9 vulneri . . . superpone . . . -am. p. 347,11 folia -e. ALBERT. M. animal. 23,98 accipe centinodiam et -am sive quinquenerviam. *fort. add.:* GLOSS. III 602,47 St.-S. -tummedię musora. GLOSS. Roger. I A 1,22 p. 554,45 unguentum . . . vulneri circumponatur: . . . lanceoli, -tumvive, pimpinelle . . . manc. 1. **2** *plantago minor – Spitzwegerich (Plantago lanceolata L.):* ALPHITA II p. 38,8 -a, quinquenervium, plantago minor idem (*sim.* p. 137,34. p. 152,33 centum-a).

centinodia *v.* centenodia. **centinus** *v.* centenus.

centioculus *v.* centoculus.

centipeda (-tup-) *subst. species serpentis – Schlangenart:* ALBERT. M. animal. 25,23 -tupeda serpens est de genere draconum.

centipellis (-pil-) *subst. pars ventris animalium ruminantium – Teil des Wiederkäuermagens, Blättermagen:* CARM. Winr. 50 (MittellatJb. 4. 1967. p. 103) et centĭpillis cibus est vilissimus illi.

centipes, -dis *m. vel f. species vermis multipedis – Tausendfüßler:* Ps. AVIC. anim. 1,1 p. 38 vermen, qui est -s. ALBERT. M. animal. 24,52 piscis . . . similis terrestri animali, quod -em vocant. 26,18 multipes est vermis, qui et -s vocatur.

centipillis *v.* centipellis. **centis(s)imus** *v.* centesimus.

cento (scin-, -on), -onis *m.* **1** *proprie i. q. textile ex pannis consutum, feltrum – aus Flicken zusammengenähtes Tuch, Filzdecke (cf.* GLOSS. III 233,5 St.-S. -on filz. IV 135, 22. *al.):* LIUTPR. antap. 2,7 tentoriolis, immo -bus. CARM. de Frid. I. imp. 2997 cedunt ligna, trabes arcuum, -es, retia, crates. *de indumento pedis:* GLOSS. III 174,53 St.-S. scintones wuzlinge. 624,14 -es filzine socha. **2** *translate:* **a** *opus carptim compilatum – aus fremden Textteilen bestehendes Werk:* CATAL. biblioth. Lehm. I 49 p. 252,10 (a. 821/22) metrum -o Probae. EKKEH. V. Notker. 12 p. 579a,51 dum . . . papa Gregorius . . . antiphonarium -em . . . compilasset. **b** *frustum carnis bovinae fumigatae – geräuchertes Rindfleischstück (accedit ut vid. vis vocis q. e. theod. vet.* zentring): GLOSS. IV 240,16 St.-S. -es sunt, qui vulgo centiringe vocantur, sed ex bovina carne fiunt; vincinar (vilcinar *ci. ed.*), id est homines poete. **c** *fort. i. q. centonarius – viell.: Hersteller von Filzdecken:* GLOSS. IV 241,15 St.-S. -es vinciner vel homines. *v. et l. 42.*

centoculus (-tio-), *acc.* -um *adi. centum oculos habens – hundertäugig:* CARM. Bur. B 70,9,1 Argum . . . -ioculum.

centofolius *v.* centifolius. **centonica** *v.* santonicus.

centonizo, -avi, -are. *compilando conscribere – durch Zusammenstellen fremder Textteile abfassen:* SIGEB. GEMBL. gest. 27 canonum volumen -vit *Burchardus.* chron. a. 592 antiphonarium regulariter -vit et utiliter compilavit *Gregorius.*

centonodia *v.* centenodia.

***centor** *m. cantor – Sänger:* HONOR. AUGUST. gemm. 1, 176 praecentor, qui praecinit . . ., -r vel cantor, qui consonat.

centoria *sim. v.* centur-.

centralis, -e. *in centro positus – in der Mitte befindlich:* MAURUS urin. II p. 18,12 (vs.) -es . . . noctis . . . horas. ALBERT. M. mot. proc. 2,5 p. 64,15 signum -e. metaph. 5,3,5 p. 263,57 (ed. B. Geyer. 1960) de -i atomo. eth. 10,2,2 p. 624b,7 intellectum esse . . . -em et fontalem. *ibid. al.*

***centricus,** -a, -um. *in centrum versus – zur Mitte gerichtet:* URSO gloss. 10 p. 33,21 a motu -o.

***centrix** *subst. (orig. inc.) consolida vel sim. – Beinwell o. ä. (Symphytum officinale L.):* GLOSS. III 526,50 St.-S. consolida beinwelle -x. GLOSS. Salern. p. 6a,20 -x id est consolida media habens testiculos similes enule campane. ALPHITA II p. 45,11 consolida media, -x idem, . . . habet . . . florem album . . . similem camomille.

***centrogallum** *vel* **-us,** -i *n. vel m. species salviae – Salbeiart:* TRACT. de aegr. cur. p. 151,8 semen -i. *v. et* centrum *p. 467,52.*

centron *v.* cenchros.

[Bansa]

centrum, -i *n.* (*? m.: l.35*) (κέντρον)
punctum vel spatium medium – Mittelpunkt, Mitte: **I** *strictius:* **A** *gener.:* ANNAL. regni Franc. a.807 p.123,6 medio -o eiusdem sideris. ANON. geom. I 3,8 -um speculi. THEOPH. sched. 3,26[in] quaere meditullium in eo *(calice)* et fac -um cum circino. CHRON. Pol. 2,39 ad urbem, que quasi -um terre medium reputatur (ALBERT. M. probl. det. 32 [MediaevStud. 22. 1960. p.344,23] an infernus sit in -o t. vel circa -um). TRACT. de aegr. cur. p.266,33 caliditas motum habet a -o . . ., siccitas . . . facit motum ad -um (*sim.* URSO qual. 71. ALBERT. M. veget. 2,65. *al. cf.* FRID. II. IMP. art. ven. 1 p.107,9 omne ponderosum tendit ad -um). METELL. Quir. 18,3 margaritarum quasi -um . . . tenet carbunculus. FRID. II. IMP. art. ven. 1 p.75,27 ut ala firmetur in eo *(humero)* tamquam in suo -o. ALBERT. STAD. Troil. 3,828 ad -um belli . . . properatur. ALBERT. M. mot. animal. 2,1,1 p. 285[b],14 -um cordis. animal. 23,140 ad aciei -um propter timorem accipitris contendente *sturno. al.* **B** *geom.:* ANON. geom. I 4,42 in hemicyclo, cuius sit basis pedum X, linea in -um V. Ps. BOETH. geom. p.375,6 -um circuli. MATHEM. var. Bubnov p.289,21 in omni orbe tibi sphaerae medietas -um vocatur. p.553,2 usque ad medium -um quadrati. *al. per compar.:* ADALBOLD. Boeth. 24 ut a -o circulus, sic ab aevo deducitur tempus. WOLBERO cant. 4 p.1263[A] charitas veluti -um in meditullio posita. *al.*
II *latius:* **A** *astron.:* **1** *punctum sphaerae – Punkt im Himmelsgewölbe (cf.* GLOSS. III 607,10 St.-S. -um mittihimil. IV 5,64 -um stupf. 223,5 in -o in opanentigemo himile. *al.):* **a** *spectat ad ambitum solis ('Zenit'):* AMALAR. off. 4,5,2 meridies, quando sol in -o caeli est. SEDUL. SCOT. carm. 2,63,17 Titan gemmigeri -um conscendit Olimpi. CONR. EBERB. exord. 5,9 p.1138[D] sole ad -um festinante. *al.* **b** *spectat ad lineam eclipticam:* WANDALB. martyr. 353 -o hic *(sc. XI. kal. Iul.)* solstitium medio summoque coruscat. hor. 13 -um . . . brevem . . . sole regente. horol. 8 Augustum Maius -o prospectat ab ipso. *al.* EKKEH. IV. bened. I 26,114 exspectat -um (gloss.: medietas signiferi, in qua solstitium fit) . . . cancrum. **c** *spectat ad polum:* NITH. hist. 3,5 p.37,15 per pisces -um ascendit *cometes.* ALBERT. M. phys. 6,3,4 p.456[b],8 propinquae -o vel polo *partes sphaerae.* **2** *regio caeli, orbis – Himmelsbereich, Weltkreis:* BEDA temp. rat. 7,30 donec . . . -um terrae egressa rursus a sole cernatur *luna.* Ps. GALEN. anat. 3 p.172[A] VII orbes stellarum et -a earum. ALBERT. M. metaph. 11,2,24 p.514,21 (ed. B. Geyer. 1964) eccentricos et epiciclos et -a diversa. **3** *caelum – Himmel:* WALAHFR. Wett. 931 poli pingunt fulgentia sidera -um. PAUL. ALBAR. carm. 9,118 stelligera -i varia . . . sidera vibrant. *al. eccl.:* PAUL. ALBAR. carm. 9,166 -i . . . celsum scandere tribunal. *ibid. al.* **B** *archit. i. q. fornix concamerationis – Gewölbebogen:* VITA Boniti 16 (MGMer. VI p.128,5) quater sena -a decora . . . surgent. RADBERT. Adalh. 87 sepulta sunt . . . membra . . . inter . . . quatuor ecclesiae -a. **C** *bot.* -um galli *i. q. species salviae – Salbeiart (Salvia Verbenaca L. [cf. André, Lex. bot. p.146] – Eisenkrautsalbei vel Salvia Sclarea [cf. André, op. cit. p.285] – Muskatsalbei vel Salvia pratensis [cf. Marzell, Wb. dt. Pflanzennam. I. p.259] – Wiesensalbei):* GLOSS. III 527,47 St.-S. -um galli hanminz. 553,7 -um galli hanenkamp vel scarlei. 567,11 (cod. b) scarea silvestris, -um galli sunt idem. IOH. PLATEAR. simpl. med. 2,6 p.9b[r] suppositorium ex borace et -o galli. 7,9 p.21b[r] gallutricum . . . alio nomine -um galli dicitur. MATTH. PLATEAR. gloss. p.383[c] cum decoctione -i galli. THADD. FLORENT. cons. 43,71 recipe . . . centrumgalli . . . mensuram I. *al. cf. p.466,69.* **D** *bulla aquatica – Wasserblase:* WALAHFR. hort. 171 nothi vis . . . -um medio confingit labile fundo. *v. et* centum *p.468,37.*

***centua**, -ae *f.* *mensura quaedam agri – ein Flächenmaß:* CHART. Epternac. 10 (a.704) vineam . . . plus minus -as tres.

centum *numer. script.* -o: *p.468,2. adde* DIPL. Merov. I 60.61. *form. plur.: nom.:* -a: *p.468,27.28.* -i: *p.468, 21. gen.* -arum: *p.468,6. acc.:* -os: *p.468,9.* -as: *468, 24.30.* -i: *p.468,22. abl.* -is: *p.468,36. pendet gen.: p. 468,21.27.33.36.*
numerus centenarius – hundert: **1** *strictius:* **a** *de simplici centenario:* CHRON. Fred. 4,66 -o quinquagenta milia militum. BEDA temp. rat. 1,43 -um . . . in dextera . . . facies. WALAHFR. Wett. 305 post carmina constans septena atque decem-umque *psalmus.* AGIUS comput. 8,4 -um lustris ternisque decadis annorum. DIPL. Karoli III. 89 p.146,12 -arum librarum olei. WALTH. SPIR. Christoph. I 9 -um et quindecim animę. WIPO gest. 18 p.38,8 -um miliaria. MARIAN. chron. a. Chr. 1089 -os . . . presbiterorum bello occidit. ANON. Has. 19 -um maledictionum licentiam. FUND. Andern. (MGScript. XV p.969,22) usque ad -um multiplicabantur *sorores. saepe. de numero symbolico:* HRABAN. univ. 18,3 p.494[A] -um ad martyrum fructum pertinent. OTTO FRISING. chron. 8,32 p. 448,26 sex, X, C et huiusmodi in divina pagina non semper numerum, sed significatum numeri ponunt. **b** *de pluribus centenariis:* EINH. Karol. 15 p.18,13 decies -um et eo amplius passuum milibus. WALAHFR. carm. 21,29,1 sex milia sexiesque -um, seni tum decies semelque seni. WANDALB. martyr. compr. 33 ter -um sexagenis quinisque diebus (POETA Saxo 3,172). DIPL. Conr. II. 79 p.105,29 pedes duo -um. DIPL. Heinr. III. 178 sunt . . . modiorum de terra quattuor -i (DIPL. Heinr. IV. 419 p.559,14 libras quatuorcenti. CHRON. Ven. Alt. p.116,16 paravit galeas, naves, uxerios quatuorcentas. DIPL. Otton. I. 459 p.624,34 [spur. s. XIII.] modiola quatuorcentum). CONST. I 310 mille quinquecentum libras. 311 solvit . . . septecentum quingaginta libras. CHART. Sangall. A app. B 59 p.754,2 dantur . . . VIII -a caseorum et L. CHART. Rhen. med. II app. 15 p.397,29 dantur XII -a tegularum. CHRON. reg. cont. a.1188 p.140,37 ad quindecim -um homines. CHART. Tirol. 687 M et octo -as libras.
2 *latius:* **a** *de mensuris:* **α** *mensura salis – Hohlmaß für Salz (cf. Dt. Rechtswb. VI. p.78):* CHART. Hans. I 429 p.141,36 (a.1252) potest portare dimidium -um salis *navis.* 716 p.252,18 de quolibet -um salis, quod mensuraverint. **β** *mensura quaedam panni – ein Stoffmaß:* CHART. Tirol. notar. I 910 (a. 1237) de I suo sacco cum IIII -is panni linei. II 286 de illo bambacio I centrum *(sic)* et I rubbium. **b** *in nominibus plantarum:* **α** -um capita *i. q. asphodelus vel lilium silvaticum – (Gelber) Affodill oder Türkenbundlilie (Asphodeline lutea Rchb. vel Lilium martagon L., cf. Marzell, Wb. dt. Pflanzennam. I. p.474sq.):* AESCULAPIUS 12 p. 16,27 radices centumcapitum (ROGER. SALERN. chirurg. 1,907 -um capitum). IOH. PLATEAR. simpl. med. 1,13 p.4b[v] affodili, -um capita, albutium eadem herba est. ALPHITA II p.82,4 hermodactilis, -um capita idem. *al. v. et vol. I. p.429,41. 1042, 69.* **β** -um grana *fort. i. q. empetrum – viell.: Kahles Bruchkraut (Herniaria glabra L., cf. Marzell, op. cit. II. p.837sqq.):* GLOSS. III 527,23 St.-S. -um grana crebezwurz (554,35). ALPHITA I p.283,29 -um grana vulgari nostro herba cancri (*cf.* II p.38,15). GLOSS. Roger. I A 3,20 p.693,38 herba, que dicitur -um grana (*cf.* 1,22 p.554,17 -um genera [*i.* grana *?*]).

***centumgravius** *v.* *centgravius.

***centummedia**, ***centumnervia** *v.* *centinervia.

centumviri, -orum *m.* *membra consilii civitatis – Ratsherren:* CHART. Babenb. 109,1 (c.1198) coram duobus . . . -orum (*antea:* statuimus igitur in civitate *Wiennensi* centum viros).

***centumviva** *v.* *centinervia. **centuna** *v.* centenus.

centunnobia *v.* centenodia.

centuplex, -icis. *centies multiplicatus – hundertfältig:* WETT. Gall. 2 premio -i. HRABAN. carm. 81,37 -em . . . metens fructum (AGIUS epic. Hath. 170).
adv. **centupliciter.** *centum vicibus – hundertfältig:* EPIST. Bonif. 64 p.136,27 vale -r (-tip- *2*). HONOR. AUGUST. spec. p.864[B] divicias . . . -r . . . invenietis.

centuplico (-ump-), -avi, -atum, -are. *centies multiplicare – verhundertfachen:* WALAHFR. (*?*) carm. 51,18 mea Musa . . . -at . . . modos. MARTYR. Fuld. VIIII. kal. Sept. si -veris . . . tormenta. WALTH. SPIR. Christoph. II 2,123 -anda . . . lucra talenti. AMARC. serm 3,849 semina -ans. *al.*
adi. **centuplicatus**, -a, -um. **1** *centuplex – hundertfältig:* FORM. Marculfi 2,46 centump-u fenore. WALAHFR.

[Bansa]

carm. 11,8 quae *(xenia)* tibi . . . -a gero. TRAD. Frising. 1032 premia. EPIST. Teg. I 22 ut vobis mercedem recompenset dono -o *Deus*. CARM. Bur. B 77,31,1 gaudium. *al.* **2** *centuplo dono donatus – hundertfach beschenkt:* EKKEH. IV. bened. I 38,30 pande Deo gratum (gloss.: Gallum) de fenore -um.

subst. **centuplicatum,** -i *n.* *quod centies multiplicatum est – das Hundertfache:* VITA Bard. 3 p.324,20 opinioni eorum . . . se . . . -o fecit maiorem.

centuplo, -atum, -are. *centuplicare – verhundertfachen:* ERINH. Haimer. 492 -are . . ., quod sumpserit hac . . . vita.

adi. **centuplatus,** -a, -um. *centuplex – hundertfältig:* CHART. Pruss. I 78 p.58,31 (a.1230) cum fructu -o.

centuplus, -a, -um. sindu-: *l.16.* -ump-: *l.21.*

centuplex – hundertfältig: ALDH. ad Acirc. 8 -is metrorum frondibus. TIT. metr. III 6,6 sindupla talenta. METELL. Quir. 4,50 semina quaeque cadent in terram, -a surgent. *al.* *subst. neutr.:* WILLIB. Bonif. 1 p.7,15 terrenis . . . renuntians lucris . . ., ut . . . -um acciperet et vitam aeternam possideret *(cf.* CHART. Ticin. 1 p.11,8 [ed. L. Brentani, Cod. dipl. Tic. I. 1929] centumplum. *al.)*. THIETM. chron. 3,25 ut . . . -um largiatur. EKKEH. IV. bened. I 14,14 -a non perdet. CHART. Babenb. 127 -um . . . recompensare. *al.*

neutr. pro adv. *centupliciter – hundertfältig:* MIRAC. Gertr. II 3 ubi -um fruitur . . . perpetuam vitam.

***centura,** -ae *f.* (*theod. vet.* zuntera) *fomes – Zunder:* THEOPH. sched. 3,94 p.173,26 (ed. W. Theobald. 1933) isca, quam -am vocant *(cf. notam ed.)*, supposita.

centuria (-tor-), -ae *f.* **1** *caterva (centum) militum – Abteilung von (hundert) Soldaten, Hundertschaft:* ALDH. virg. I 13 p.242,1 exercitus in -is et milibus . . . conglobatos. FUND. Brunw. 5 p.128,14 conscribentes *Sarraceni* legiones, -as, manipulos. *v. et l.72.* *usu remissiore:* EUGEN. VULG. syll. 31[A],14,1 corvina . . . -a ardet phalans et milvea. CHRON. Noval. 2,1 p.82,42 divisi erant per decurias aut per -as *coenobitae*. RAHEW. Theoph. 173 per praecones, per -as, chiliarchos ad regem *(sc. daemonem)* venere. **2** *officium centurionis – Amt des Hauptmanns* (*cf.* GLOSS. IV 135,23 St.-S. -a ambahat): WANDALB. martyr. 702 Marcellus . . . -am caelo dignam geminamque sacravit. **3** *districtus iudiciarius et iudicium eius – Gerichtsbezirk und dessen Gericht (de re v. p.464,13sqq.):* FORM. Sangall. add. 3 in -a illa, in loco, qui dicitur N. *v. et p.465,2.* **4** *mensura quaedam terrae – ein Landmaß:* CHART. Wessof. 3 p.373,27 (c. s. VIII.) maiores diviserunt . . . agros in -oriis (gloss.: in iuhhiran), -orii *(sic)* in iugeribus. GERB. geom. 3,17 -a est ager CC continens iugera (*cf.* 3,1).

centuriatus, -us *m.* **1** *caterva (centum) militum – Abteilung von (hundert) Soldaten, Hundertschaft:* ANNAL. Nordh. a.775 (MGScript. XIII p.155,5; c. s. IX.[in.]) rex . . . -bus et legionibus stipatus. **2** *iudicium (cuiusdam districtus) – Gericht (in einem bestimmten Bezirk):* EPIST. Wibald. 449 p.582,3 -um de terra illa.

centurio, -onis *m.* *script.* -tor-: *p.470,18.* *form.* -us: *p.470,35.*

1 *milit. i. q. dux (centum) militum – Anführer von (hundert) Soldaten, Hauptmann* (*cf.* GLOSS. I 411,61 St.-S. -es . . . zehanzoherostin): **a** *spectat ad exercitum Romanum:* STEPH. EDD. Wilfr. 37 vir . . . cucurrit ad . . . pontificem . . . sicut -o ad Dominum ([*cf. Vulg. Luc. 7,2sqq.*]. *de eodem:* HRABAN. univ. 4,1 p.75[D] -o fidem gentium significat. HERM. IUD. conv. 5 p.86,7 [ed. G. Niemeyer. 1963] -is fidem, qua, priusquam signum videret, credidit). HROTSV. Gall. 1,7,2 tribuni et -es omnesque mei iuris milites. Sap. 5,6. ALBERT. M. pol. 2,3 p.129[b],9 in qua *(acie)* . . . principantur -es et milliarchae. CARM. de Iuda 2,487 (ed. P. Lehmann, Erforsch. d. Mittelalt. II. 1959. p.277) custodes -oque . . . fatentur esse Dei natum Iesum *(cf. Vulg. Matth. 27,54).* *remissius:* ALBERT. M. summ. creat. I 4,35,3 p.532[b],19 potestas decani est in potestate -is et potestas -is in potestate tetrarchae. *v. et p.462,53.* **b** *spectat ad exercitum medii aevi:* RICHER. REM. hist. 3,69 -es . . . dispositi per centurias (*cf.* 3,74). HIST. Foss. (MGScript. IX p.371,43) dispositis per girum legionibus subsequentem locum decernit satrapis et -bus. THIETM. chron. 7,62 -o . . . iacuit in prelio. RAHEW. gest. 3,35 p.209,9 Fridericus . . . preficiens singulis *(legionibus)* . . . rectores . . ., quos antiqui -es vel ecatontarchos . . . appellare consueverunt. **c** *spectat ad urbem Romam:* BENZO ad Heinr. 6 praef. p.658,1 ex qua *(nova curia)* creavit novos -es, tribunos ac senatores *rex.* RYCCARD. chron. a.1215 p.73[a],1 *papa* sedit pro tribunali, cui -es suberant et tribuni. **2** *iur. et publ. i. q. officialis iudiciarius et fiscalis, praefectus districtus rustici – Gerichts- und Verwaltungsbeamter, Vorsteher eines ländlichen Bezirks, Zentgraf, Schultheiß (cf.* GLOSS. III 134,37 St.-S. -o . . . id est centinar. 426,51 -o vel tribunus hunno. 716,2 -o scoltheize; *de re v. K. Kroeschell, ZRGGerm. 73. 1956. p. 300sqq.346; cf. supra p.462,47.464,13):* LEX Alam. 27,3 si . . . -i (centenarioni *8)* sigillum aut mandatum neglexerit. LEX Baiuv. 2,5 ponat . . . ordinationem suam super -es et decanos *comes*. CONC. Karol. 10,11 presides seu iudices, -oriones atque vicarios admonere. TRAD. Frising. 542 in manus Paugolfi -is commendavit. CHART. Fuld. A 692 -o Sigifrid, qui advocatus noster fuit. CHART. Sangall. A 572 signum Heitarii -is et aliorum testium (TRAD. Teg. 114. CHART. march. Misn. II 547. CHART. Wetzlar. I 110. *al.*). NOTKER. BALB. gest. 2,21 p.91,20 constitutis ducibus, tribunis et -bus eorumque vicariis. SIGEB. GEMBL. chron. a.1111 p.373,14 omnia regalia . . ., id est . . . omnia iura -um vel vilicorum (*sim.* CONST. I 85). CHART. archiep. Magd. 210 p.268,6 forensem . . . -em. CHART. Rhen. med. I 564 nullus . . . -o sine abbatis . . . consensu atque electione familię . . . preficiendus est. EPIST. Wibald. 449 p.580,21 -es et villicationes provisorum. CHART. Rhen. med. II 210 p.247,40 qui secundum sententiam -um iudicabit. CHART. Burgenl. II 25 p.21,19 venientibus udwornici . . . regis . . ., Andrea comite et Samuele -e ipsorum eis assistentibus. *al. v. et p.462,70.* *praeco – Scherge, Büttel* (*cf.* GLOSS. III 3,3 St.-S. -us scario): LEX Baiuv. add. 17,2,3 (MGLeg. III. 1863. p.487,13; s.IX.[ex.]) exactor publicus, id est -o aut suus vicarius.

centuris *v.* cantharis.

centussis, -is *(m.)* *pondus (centum minarum) – Gewichtseinheit (von hundert Minen):* DICUIL. epist. cens. 119 (Cod. Paris. N. A. 1645 f.10[r]) pondus -is . . . minas aeris centum pensare notatur. EGBERT. fec. rat. 1,1196 priva domus, matrona laris -e licentur.

cenubium *v.* coenobium.

***cenvies** *numer.* *centum viginti – hundertzwanzig:* BEDA temp. rat. 18,44 fiunt CXX; partire per decem; duodecies deni -s.

cenula (cae-, coe-), -ae *f.* *cena (parva) – (kleine) Mahlzeit* (*cf.* GLOSS. II 752,20 St.-S. caenulę inbizline): VITA Liutb. 27 cum -am vestram vobis apposuistis. HARIULF. chron. 4,16 p.215,14 coenulae studebatur. *Bansa*

cenum *sim. v.* cae-.

1. cepa (cae-), -ae *f. vel* **cepe** (cae-) *n.* *(?f.: p.471,23) script.:* se-: *l.68. p.471,5.35.* coe-: *l.61. p.471,20.29.38.* cib(a): *l.60.* civ(a): *l.60. p.471,12.* ceba: *l.60.* -ple-, -pre-: *p.471,27sq.* *form. abl. sg.* -e: *l.67. p.471,20.*

***chirothecarius** (ci-, cyr-, cer-, -te-, -eka-), -i *m.* *fabricator digitalium – Handschuhmacher (accedente notione fabricatoris thecarum: l.65):* Chart. Argent. I 616,44 (post 1129) ponere magistros . . . cy-orum, sutorum. 616,109 quatuor inter cy-os . . . dabunt . . . de albo coreo ad thecas candelabrorum . . .; omnia . . . de albo coreo facient. Chart. Tirol. notar. I 739 carta Marquardi cirotecarii. Chart. Lub. I 269[a] p.248,21 taberne cyrotecariorum solvunt. Chart. Rost. C 934 p.182 (ed. H. Thierfelder, Rostocker Stadtbuch. 1967) Hermannus cerotecarius. *ibid. al. in nomine plateae:* Chart. scrin. Col. A I p.75,20 (c.1165/72) Inter Ci-os (p. 133,3 I. Cirotekarios. *ibid. al.* [*v. ind. p.286*]).

[Erb]

***chirothecatus** (cyr-), -a, -um. *manicis indutus – mit Handschuhen bekleidet:* GESTA Trud. cont. I 12,6 p.307,20 propter . . . frigus . . . manibus villose cy-is. *Erb*

chirurgia (gi-, ci-, c(h)yr-, -rug-, -gya *sim.*), -ae *f.* (χειρουργία) *metr.* chў-: *l.29.*

1 *medicina instrumenta adhibens – operative Medizin, Chirurgie:* Ps. HELIOD. chirurg. 1 ci-e operationem inmittit cum incisionibus *eqs.* ARS med. 1 p.418,13 *(de signo medici)* -ae (gi-a *G*) . . . imposuerunt *(sc. simulacro Asclepii)* anulum ferreum. TRACT. de chirurg. 1 quamquam de . . . proprietate huius vocabuli -a tota practica sic possit . . . nuncupari, tamen specialiter operatio per incisionem et ignem . . . hoc est sibi sortita vocabulum. BRUNUS LONG. chirurg. praef. p.103^{c} -a est postremum instrumentum medicinae *eqs.* p.103^{D} dicitur autem -a a cheir grece, quod est manus, et ergein, quod est agere, inde -a, id est quasi manualis operatio. *al. in titulo libri:* NOTULAE Wilh. Cong. 844 in antiqua ci-a. GLOSS. Roger. II 10 quem *(tractatum)* cy-am appellamus. *al. v. et supra p.479,37. remissius i. q. ars mechanica – Handwerk: v.l.11.* **2** *incisio, sectio – chirurgischer Eingriff, Operation:* PAUL. AEGIN. cur. 78 p.54,22 in capite ci-as (cirugias *B; 3,22,5* χειρουργίας) accipiunt. *al. (v. ind.).* AURELIUS 26 p.731,10 cy-a erit adhibenda in rotundo. Ps. HELIOD. chirurg. 36 cy-ae genera x. TRACT. de chirurg. 473 ne . . . nervus in huiusmodi ci-a ledatur. ALBERT. M. animal. 18,68 quibusdam subvenitur beneficio cy-gyae. *saepe. in titulo tractatus:* PAUL. AEGIN. cur. 52 ut in ci-is (*3,12,2* ἐν τοῖς χειρουργουμένοις) dicitur. *in imag. de poena spirituali:* WALTH. SPIR. Christoph. II 2,57 abscisura putrem manet ecce chy-a carnem.

chirurgicus (ci-, -rdi-, -ius, syrurarius *sim.*), -a, -um. (χειρουργικός) **1** *adi.:* **a** *ad chirurgiam spectans – zur operativen Medizin gehörig, chirurgisch, Operations-:* PAUL. AEGIN. cur. 215 ci-giam (cirugiam *B; 3,51* χειρουργικήν [χειρουργίαν *D*]) curationem umbilicorum exitus. RICHER. REM. hist. 4,50$^{ex.}$ dinamidia . . . ci-a. ARS med. 5 p.421,19 quorum *(elementorum medicinae)* primum est -um (-us *HV*). TRACT. de aegr. cur. p.148,39 cum ci-o instrumento (GLOSS. Roger. II 9. 15). WILH. CONG. chirurg. 1673 ad officium . . . cy-um (chirurgie *B*). CHART. Neocell. (Frising.) 44 p.120,40 (QuellErörtBayerGesch. N. F. XIX. 1961) cum . . . de arte cy-a . . . summulam conquisissem. *al. in imag.:* HUMB. Sim. 2,43 p.192,24 suspendantur a morbidis ovibus cy-a ferramenta. **b** *chirurgiam exercens – die Chirurgie ausübend:* ALBERT. M. animal. 3,11 medicum ci-um. **2** *subst.:* **a** *masc.: chirurgus – Chirurg:* CHART. Stir. II 429 p. 543,7 (a.1243) *testis* Wolframmus ci-us. CHART. Lub. III 17 magister Theodericus syrurarius et minutor. CONR. MUR. summ. 6,1 p.425,35 physicus, medicus, cy-us. NOTULAE Wilh. Cong. 670 ad officium spectat ci-i *eqs. al. in nom. propr.:* CHART. episc. Hild. II 993 (a.1256) Gerardus Cyrurdicus. *de auctoribus medicinae antiquis:* AESCULAPIUS 3 p.6,12 sicut veteres -i scripserunt. **b** *fem.:* **α** *chirurgia – Chirurgie:* RICHER. REM. hist. 2,59$^{med.}$ quid efficiat . . . ci-a. *in titulo libri:* AESCULAPIUS 23 p.38,1 sicut in -a docuimus. **β** *femina chirurgiam exercens – Chirurgin:* CHART. Rhen. inf. II 607 p.358,45 (a.1271) filius quondam Cristine cy-e. **γ** *per confusionem i. q. chiragra – Handgicht:* GLOSS. III 428,66 St.-S. ci-a hantsuht.

chirurgus (ci-, c(h)yr-, -os), -i *m.* (χειρουργός) *metr.* chў-: AMARC. serm. 1,344 (ed. K. Manitius. 1969). ALBERT. STAD. Troil. 3,193. *al. in fine hexametri.*

medicus instrumenta adhibens – Chirurg (*cf.* GLOSS. IV 234,22 St.-S. -us crafo dicitur. 345,27 -os arzata): RICHER. REM. hist. 1,11$^{ex.}$ vulnerum sanies male a ci-is amputata. VITA Ger. Bron. 19 p.669,22 chy-i (cy- *2*) . . . morbo confectos . . . inciderunt. BRUNUS LONG. chirurg. praef. p.103^{B} intentio -orum est operari circa tria *eqs.* THEOD. CERV. chirurg. 1,3 p.135^{F} curant vulnera -i imperiti. *al. Pape*

***chirus** *v.* *chir. **chisinaria** *v.* ptisanarius.

chitarista *v.* citharista. **chiterbica** *v.* cicirbita.

chitisus *v.* cytisus. ***chitonites** *v.* *coetonites.

Chium, -i *n.* (Χῖον) *medicamentum quoddam constrictivum – ein zusammenziehendes Heilmittel:* PAUL. AEGIN. cur. 100 stringentibus illud *(miocefalon)* utendum virtutibus, -o (*3,22,22* Χίῳ) et feo *eqs.*

***chlaena,** -ae *f.* (χλαῖνα) *amiculum, pallium – Obergewand, Mantel:* THEODULF. carm. 17,23 -a duplex foris est, intus praecordia duplex. *v. et* laena.

chlamyda (clamida), -ae *f. amiculum, pallium – Obergewand, Mantel (in imag.):* RHYTHM. 42,21,4 pauperum cutis contegentes clamida. RADBERT. Arsen. 1,9 p.34,3 pulchre sunt virtutes sub absconso clamide.

chlamys (cl-, -mis), -ydis *f. (m.: l.43)* (χλαμύς) *amiculum, pallium – Obergewand, Mantel (cf.* GLOSS. II 372,42 St.-S. clamis saga vel lachin. III 412,66 -s mantel. 620,3 clamis geuuate. IV 199,19 clamis, -dis hemithi. *al.):* **1** *proprie:* **a** *gener.:* ARBEO Emm. 16 expoliatum clamide *episcopum.* ERMOLD. Ludow. 4,375 Caesar . . . donat . . . consertam clamidem gemmis seu murice rubro *eqs.* EPIST. Worm. I 2 p.18,5 lineum pannum . . . ad clamidem perficiendam. VITA Annon. I 2,17 p.491^{b},35 principem sanctae sodalitatis . . . humatum repperit clamide purpurea circumdatum. CHART. Lux. I 385 p.552,11 ministeriales deposito amictu clamidis . . . abbatis obsequio se offerent. NIVARD. Ysengr. 3,1119 clamis hispida. ASINARIUS 173 hii, quos milicie clamis ornat. ARNOLD. LUB. chron. 6,5 p.216,20 pessimum quemque . . . pro clamide amictum casula. VITA Mariae rhythm. 3344 clamide triangula supra tegebatur *Iesus. al.* **b** *publ. de veste imperatoris vel regis:* ALDH. virg. I 25 p.259,1 induit eam *(iuvenculam)* clamidem suam et diadema *Constantinus.* EINH. Karol. 23 semel Hadriano pontifice petente . . . longa tunica et clamide amictus *Karolus.* THEGAN. Ludow. 19 clamidem cum auro textam. WIDUK. gest. 2,1 p.65,15 insignia regalia . . ., gladius cum balteo, clamis cum armillis *eqs.* BENZO ad Heinr. 1,9 p.602,29 rex . . . adopertus frisia clamide, imperiali veste. p.603,14 revestit se imperator viridissima clamide. *al.* **c** *eccl.:* **α** *de veste papae:* PETR. CAS. (?) chron. 3,67 crucem et clamidem et caetera pontificatus insignia. **β** *de veste clericorum:* VITA Landel. 3 (MGMer. VI p.440,20) ut . . . perciperet capitis tonsuram militiaeque caelestis assumeret clamidem. *meton. de clericis:* NIVARD. Ysengr. 5,939 hoc varię clamides sectantur idemque cucullę. **γ** *de veste liturgica:* CATAL. thes. Germ. I 74,73 (Mittelalterl. Schatzverz. I. 1967; a.1003) clamides, qui vocantur ephod, II. **δ** *de reliquiis:* HRABAN. carm. 77,8,2 portio sudarii -is atque sacrae. **d** *iur.:* **α** *de mortuario:* EPIST. Wibald. 421 p.559,16 dabit uxor eius *(mortui)* . . . censuario suppremum vestimentum, id est cappam seu clamidem. **β** *de attractu personae transferendae:* CHART. Tirol. 850 p.264,19 (a.1225) dominus . . . capiens ipsum . . . per suam clamidem et dans in manu illius . . . dicens: '*eqs.*' **2** *per compar. et in imag.:* BRUNO QUERF. Adalb. A 24$^{med.}$ consilio fratrum quasi ferrea clamide munitus. CARM. Bur. B 73,2^{b},2 iam odora Rheam Flora -e vestivit. GESTA Ern. duc. II 41 p.252,31 oram -i, id est finem opusculo . . . texentes. *al.*

chlara *v.* 1. glarea. **chlebarius** *v.* glebarius.

chlora (cl-, gl- *sim.*), -ae *f.* (χλωρός) *emplastrum viride – grünes Pflaster* (*cf.* GLOSS. Salern. p.11^{b},28 claron id est viride [*sim.* ALPHITA I p.285,31 coloron]): RECEPT. Donauesch. 86 emplastrum -a (cl- *cod.*). *al.* ANTIDOT. Glasg. p.159,25 medicamen glora.

chloreus *(m.)* (χλωρεύς) *species avis – Vogelart:* ALBERT. M. animal. 8,13 glorior (*p.609^{a},7* χλωρεύς). 8,16 claurez. 23,37 choretes aves.

chlorion *(m.)* (χλωρίων) *aureolus – Pirol:* ALBERT. M. animal. 8,22 contra . . . avem, quae dicitur gloreo (*p.609^{b}, 10* χλωρίωνι). 8,80 florietus. 8,86 haladon.

***chloris** *(f.)* (χλωρίς) *species fringillae viridis – Grünfink:* ALBERT. M. animal. 7,34 haladi (*p.592^{b},17* χλωρίς). 8,76 hokaryz. 8,92 allirides.

***chnappo** *v.* *cnappo. **cho ad** *v.* quoad.

choaduno *v.* coaduno. ***choba** *v.* *huba.

***chocha** *v.* *cocca. **choconidium** *v.* coccum (cnidium).

[Bansa]

***Choeac** *subst.* (Χοιάκ) *mensis Aegyptiorum – ägyptischer Monat:* BEDA temp. rat. 11,76 quartus *Aegyptiorum mensis* -c (cheac *sim. var. l.*) v kl. Decembrium . . . die sumit exordium.

choenix (cen-, choin-), -icis *(f.)* (χοῖνιξ) *mensura quaedam capax – ein Hohlmaß:* PAUL. AEGIN. cur. 141 afronitru ana choinicas (*3,25,2* χοίνικας) IIII. CATAL. mensur. cod. Monac. 14747 f. 89^{r} cenix habet sestarios II. CAPIT. reg. Franc. add. p. 538^{a},8 cenices III, id est sextarios XII. DICUIL. epist. cens. 146 (Cod. Paris. N. A. 1645 f. 10^{v}) ille *(sextarius)* quater sumtus Greco fit nomine -x.

choeras (ciro-), -adis *vel* **choerada** (quir-, cyr-, -rid-, -ta *sim.*), -ae *f.* (χοιράς) *scrofulae – Geschwulst am Hals:* RECEPT. Donauesch. 90 solvet *emplastrum* et choiradas (cyr- *cod.*). ANTIDOT. Glasg. p. 117,4 ad . . . quiridas. p. 124,29 ad ciratas. ARS med. 7 p. 426,26 (cod. G) quiradas, que scrofe dicuntur. DYASC. p. 23^{a},45 chiradas digerit *adiantus.* p. 124^{b}, 22 cirodes corporis relaxat *medulla. al.*

choerogryllus (cir-, c(h)yr-, -gil-, -ril-, -lius), -i *m.* (χοιρόγρυλλος) **1** *erinaceus – Igel:* GLOSS. IV 261,8 St.-S. chyrogrillium igil. ALBERT. M. animal. 22,97 ericius et erinacius et cyrogrillus sunt idem animal. **2** *cuniculus – Kaninchen:* TRACT. de aegr. cur. p. 315,23 pedes . . . cirogrilli, scilicet conini. Ps. AVIC. anim. 2,4 p. 96 de carnibus . . . leporina, cirogrilli (aro- *cod.*). WALTH. AGIL. med. 68 p. 174,21 axungia cirogrilli, id est cuniculi. ALBERT. M. animal. 3,143 cirogrilli, quem nos cuninum vocamus. 8,75. **3** *de animalibus incertis:* GLOSS. IV 184,9 St.-S. cirogillus spinosa bestia maior ericio vel eltese. ALBERT. M. animal. 22,46 cyrogrillus est animal parvum debile *eqs.*

choeros (xir-) *subst.* (χοῖρος) *sus – Schwein:* ALPHITA I p. 321,5 xiros, id est porcus.

***choerospelethos** (cir-), *acc.* -on *subst.* (χοιροσπέλεθος) *anchusa – Alkannawurzel (Alkanna tinctoria Tausch):* PAUL. AEGIN. cur. 198 p. 125,18 enchusis, quam cir-on (*3,42,4* χοιροσπέλεθον) vocant.

choicus (co-), -a, -um. (χοικός) *terrenus – irdisch:* VITA Galli II 1272 contemptis opibus -is nimiumque caducis. HEIRIC. Germ. I 6,410 spiritus at coicis (gloss.: terrenis) ardens emergere vinclis. CARM. de Ansb. 2,51 (MGPoet. IV p. 1005) quamplures -i sectantes prospera mundi. *al. subst. neutr. i. q. corpus – Leib, sterbliche Hülle:* ARNOLD. RATISB. Emm. 2 p. 1055^{A} coicum exuisse. hymn. 2,1 (AnalHymn. 43 p. 126) hic imaginem coici induit.

choinix *v.* choenix.

cholagogum (co-), -i *n.* (χολαγωγός) *medicamen bilem deducens – Galle abführendes Medikament:* AESCULAPIUS 35 p. 55,9 ventrem purgari convenit ex . . . -is, hoc est choleram deducentibus. TRACT. de aegr. cur. p. 132,17 purgetur *(cholera)* cum oxi vel cum aliquo alio co-o. GLOSS. Roger. I A 2,2 p. 587,14. *al.*

chole (co-, -li, -lis) *subst.* (χολή) *bilis – Galle:* GLOSS. med. cod. Leninopol. p. 271,39 (vs.) colis (gloss.: fel, unde et colera). ALFAN. premn. phys. 21,20,1 unde apud Graecos -i dicitur et cholos.

cholera (co-, -ll-, -lor-), -ae *f. (n.: l. 67sq. al.)* (χολέρα) *form. decl. III.: gen. sg.* -is: *l. 70. nom. et acc. pl.* -a: *l. 67sq. al. gen. pl.* -um: *l. 67. al. abl. pl.* -ibus: *l. 69. metr.* cō-: *l. 70.*

1 *bilis – Galle:* PAUL. AEGIN. cur. 57 p. 34,8 si . . . rubea colera (*3,14,1 p. 157,1* χολῆς) superaccensa in nigram mutatio fiat (ANTIDOT. Glasg. p. 129,27 catarticum . . . deponit . . . humores melancolicus, colera nigra, colera r. ODO MAGD. herb. 1128. ALBERT. M. animal. 3,2 utraque colera, r. videlicet, quae colera absolute vocatur, et nigra colera, quae vocatur melancolia. *al.*). GLOSS. med. p. 40,19 ex plenitudine . . . colorum. AURELIUS 14 p. 715,26 discernenda sunt colera. BOTAN. Sangall. 31,4 ad stomacum vel collera solvendum. ALFAN. premn. phys. 2,50 amaris -ibus. EKKEH. IV. bened. I 2,38 coleris omne genus coiit Hebionaque fudit. MAURUS urin. I p. 18,6 colerae quinque sunt species: naturalis, citrina, viridis, prassina, eruginosa. BENVEN. GRAFF. ocul. B 5 p. 21,1 IIII humorum, scilicet sangwinis, flegmatis, colore et melancoliae. ALBERT. M. veget. 3,4 de -a incensa. animal. 3, 114 innaturalis colera multis fit modis. ALBERT. M. (?) animal. quaest. 14,3 utrum -a vel fel sit causa brevis vitae (WILH. SALIC. chirurg. 4,4 p. 36,12 f. seu saculum colerae). *saepe.* **2** *morbus quidam intestini – eine Darmkrankheit, 'Cholera':* PAUL. AEGIN. cur. 195 -a (*3,39,1* χολέρα) ventris est inmoderata conturbatio *eqs.* Ps. HIPPOCR. progn. A 9 colera unius diei passio est. ARS med. 7 p. 425,1 colera *(G,* colerica *ed.)* passio dicitur reumatismum fellitum . . . circa ventrem *eqs.*

***cholereticus** (co-), -a, -um. *biliosus – voll Galle:* Ps. HIPPOCR. phleb. 158 gutta co-a.

cholericus (co-, -lor-), -a, -um. (χολερικός) **1** *adi.:* **a** *biliosus, bili similis – voll Galle, gallenartig:* AESCULAPIUS 5 p. 8,19 cum levi sudore atque -o. PAUL. AEGIN. cur. 214 p. 154,20 sanguis co-us (*3,50,1* χολῶδες). Ps. GALEN. febr. 98 urina in co-o colore. 139 urina spissa co-a. TRACT. de caus. mul. 38 colorica *menstrua.* ANTIDOT. Augiens. p. 43,10 vomitum. ALBERT. M. veget. 2,53 purgamentum quoddam -um, quod proiicitur de auribus animalium. 2,84 fit ex nutrimento -o *color carnis buxi.* **b** *bile effectus – durch Galle hervorgerufen:* WALTH. AGIL. med. 119/20 p. 202,12 tres sunt febres co-e. **c** *bile praevalente temperatus – von Galle geprägt:* ALBERT. M. animal. 3,112 ut nutriat membrum co-um *colera naturalis.* 7,100 piscibus. ALBERT. M. (?) animal. quaest. 6,14/18 p. 166,59 homo. *al.* **2** *subst. masc. (fem.: l. 35; neutr.: l. 41. cf. l. 46):* **a** *qui bile praevalente temperatus est – Choleriker:* PAUL. AEGIN. cur. 255 p. 206,8 hoc et in co-is (*3,78,18* τοῖς ἐπὶ χολῇ) convenit. MAURUS urin. I p. 10,6 urina subcitrina . . . sanum significat co-um. ARNO REICHERSB. apol. p. 38,38 -os . . . ingeniosos, sed irascibiles *esse (cf.* BERTH. RATISB. serm. 16 p. 85,13. ALBERT. M. [?] animal. quaest. 1,21 p. 95,24. *al.).* HILDEG. caus. 2 p. 88,24 de co-a; aliae autem quaedam feminae sunt, quae *eqs.* ALBERT. M. animal. 20,62 co-i . . . longi et graciles. *al.* **b** *qui morbo quodam intestini laborat – ein Cholerakranker:* Ps. HIPPOCR. progn. A 9 co-i signa haec habent *eqs. fort. add.:* ANTIDOT. Augiens. p. 46,31 prodest . . . co-is et elefantiosis *antidotum.* ANTIDOT. Bamb. 48. **c** *quod bilem continet – Gallehaltiges:* PAUL. AEGIN. cur. 199 p. 127,9 mingunt acre et co-a (*3,43,1 p. 236,21* χολώδη) egerunt. ALBERT. M. animal. 2,52 ex putredine . . . corrupti fleumatis cum parvo co-o in eo resperso. **d** *fort. i. q. morbus quidam bile effectus – viell.: eine durch Galle hervorgerufene Krankheit:* RICHER. REM. hist. 2,99 rex co-o vexatus.

cholmia *v.* colmia.

***cholos** *subst.* (χόλος) *bilis – Galle: v. p. 541,55.*

cholossis *v.* colossus. **cholus** *v.* 1. colus.

***chomarcha** *v.* *commarcha. **chomis** *v.* comes.

chonc(h)a *v.* concha.

chondros (con-, cun-, cod-) *vel* **chondron,** -u *(dat.* -ioni: *l. 60) m. vel n.* (χόνδρος) **1** *polenta, potio ex polentis confecta – Graupe, Graupentrank:* PAUL. AEGIN. cur. 198 p. 124,24 sucus orize aut condru (*3,42,4* χόνδρου). 233 p. 169,12 stiptici, qualis est condron ablutum. *al.* DYASC. p. 53^{b} cundros fit de geminantia (*i.* gemina zia). **2** *cartilago costarum, costa – Brustknorpel, Rippe:* URSO anat. 320 condros, id est costa. CHIRURG. Sudhoff II p. 131 l. 762 iugularia ossa sunt duo, que codrioni iunguntur. *cf.* *candarusus. *Bansa*

choors *v.* cohors. **choorto** *v.* coarto.

***chora** *v.* *cora. **choradrius** *v.* charadrius.

choragium (co-, -rog-, -aug-), -i *n.* (χοράγιον) **1** *caterva – Schar:* DICUIL. epist. cens. app. (Cod. Paris. N. A. 1645 f. 14^{r}) agmen, ala et grece palanx -ogiumque *(sic)* sinonyma. **2** *per errorem ut vid. i. q. collare – Halsband:* GLOSS. IV 49,17 St.-S. co-um (coraugium *c*) halsrinch (138,2).

***choralis** (co-), -e. **1** *ad servitium chori pertinens – zum Chordienst gehörig, Chor-:* **a** *de hominibus i. q. servitii chori particeps – am Chordienst teilnehmend:* DECRET. Burch. 1,197 p. 608^{D} dum esset -is *(an subst.?).* CHART. Argent. I 254 p. 198,25 clericis -bus . . . tres denarios . . . solvere (CHART.

[Rudolph]

Rhen. med. III 1162 p.867,17 tam canonicis quam c. -bus prohibemus). CHART. eccl. Halb. II 49 p.331,18 constituo . . . scolares -es, qui choro per omnia deservient *eqs.* **b** *de rebus:* **α** *in servitio chori utendus – beim Chordienst zu tragen:* VINC. PRAG. annal. a.1158 p.675,12 cappam -em de serico (CHART. Rhen. med. III 631 p.481,19 c. . . . coralem). NOTIT. Altd. 1 (MGScript. XV p.993,13) tunicas -es, in quibus . . . missas . . . cantavit *papa.* CHART. eccl. Werd. 31 p.46,27 in veste -i . . . stet in choro *canonicus.* CATAL. biblioth. Ruf 89 pellicium. CHART. civ. Hild. 287 p.139,26 fibulam. *al. subst. neutr. fort. i. q. cappa in servitio chori utenda – viell.: Chormantel:* CATAL. thes. Germ. I 62ᵇ,15 (Mittelalterl. Schatzverz. I. 1967; c.1016/36) -ia v, cortinę v. 63,12. **β** *pro servitio chori praebendus – für den Chordienst zu gewähren:* CHART. Rhen. med. III 1162 p.867,5 (a.1252) scolares . . . grossam recipient preter distributiones -es. CHART. civ. Ratisb. 98 p.51,2 beneficium. **γ** *servitio chori necessarius – für den Chordienst erforderlich:* CHART. Worm. 293 p.196,8 (a. 1260) circa disciplinam -em. p.196,28 rigori. *ibid. al.* **δ** *ad cantum liturgicum destinatus – für den liturgischen Gesang bestimmt:* CHART. Livon. A VI 2731 (a.1251) ad . . . libros -es. **2** *ad ecclesiam canonicorum pertinens – Stifts-, Kapitel-:* CHART. Pruss. I 77 p.57,38 (a.1230) paginam nostris sigillis, scilicet episcopali et -i, communimus.

***chorarius,** -i *m. praecentor – Vorsänger:* CONSUET. Trev. 41 p.38,14 -us 'Kyrie eleison' . . . incipiat iubilare. 43 p.42,27.

choraula (co-, -rcu-), -ae *m.* (χοραύλης) **1** *qui tibiis canens choro saltanti praegreditur – den Tanzenden voranschreitender Flötenspieler (cf.* GLOSS. III 140,25 St.-S. co-a tanzari. *al.; de re v. M. Heyne, Das altdeutsche Handwerk. 1908. p.121):* ABBO SANGERM. bell. 3,2 corcula (gloss.: princeps ludi) labentis fugias ludi fore. MARTYR. Fuld. VIII. id. Mart. gentilis publicus co-a. **2** *cantator – Sänger (cf.* GLOSS. III 180,13 St.-S. cantor vel co-a . . . sangere. *al.):* EUGEN. VULG. syll. 17,2,4 tua *(sc. caesaris)* carmina voce perita . . . sonare -as (-a *C*). **3** *qui choro praeest, praecentor – Chorleiter, Kantor, Vorsänger:* RUP. TUIT. virg. 8 (PL 170, 552ᴰ) cum . . . cecinerit aliquis -a parvus sive magnus *eqs.* CHART. Laus. 726 p.588,9 quod, quando aliquis intraret chorum, . . . inclinaret . . . -e. p.588,21 cui precipitur a -a vel cantore vel succentore *eqs. ibid. al. de auctore cantus ecclesiastici:* HUGO TRIMB. laur. 105 Gregorius . . . cleri . . . co-a.

choraulicus, -a, -um. *sonis tibiarum similis – flötend:* CARM. Bur. B 58,1,16 merula -a carmina coaptat.

***choraulium** (co-), -i *n. carmen tibiale – Flötenlied:* ERMENR. ad Grim. 8 p.542,22 inter alia ludi nostri dicta ceu quoddam co-um dare.

***choraustus** *v.* *corystus. **chorban** *v.* corbona.

chorda (co-), -ae *f.* (χορδή) *form. abl. pl.* -ibus: *p.544,14.*

I *de partibus corporum anim.:* **A** *nervus, tendo – Sehne, Flechse (cf.* GLOSS. III 215,59 St.-S. corda senua. *al.):* DUNGAL. epist. 4 p.579,39 caballus . . . nervis, hoc est cordis, rigentibus et contrahentibus stringitur. CONSTANT. AFRIC. theor. 3,2 ab . . . extremitate musculi exeunt nervi cum ligamentis, que cum misceantur, corpus efficiunt, quod -a vocatur *eqs.* ALBERT. M. animal. 1,303 quod . . . transit per musculum et membro, quod movetur, alligatur, vocatur corda. WILH. SALIC. chirurg. 4,5 p.40,9 manifestantur duae magnae -ae sub genu, quae ipsum crus movent. *al.* **B** *intestinum – Darm:* RECEPT. Sangall. I 100 ad . . . cordas sanandum.

II *de rebus ex intestinis, nervis sim. confectis:* **A** *fides – Saite (cf.* GLOSS. III 65,33 St.-S. -a seita. *al.):* **1** *proprie:* VITA Ansb. 4 (MGMer. V p.621,31) musicae artis instrumenta in cordis et tibiis . . . personantia. REMIG. ALTISS. mus. p.64ᵇ,25 tonus est percussio duarum -arum. WALTH. SPIR. Christoph. II 2,217 intestinas percussit . . . -as. CARM. Cantabr. 8,1ᵇ,6 tibi nunc canoris modulemur -is. CONFL. ovis et lini 309 resonat . . . -a apte iuncta lyrae, psalterio, citharae. RUD. TRUD. (?) mus. 1,20 p.53 qui *(modus)* a propria sede in socialem cordam cantandus transponitur. ALBERT. M. animal. 22,116 cordae de visceribus ovium factae cum cordis de visceribus lupi factis permixtae non sonant. ELIAS SAL. mus. 4 p.20ᵃ,29 in viella non sunt nisi quinque -ae. *persaepe. in imag.:* CARM. Sangall. II 6,5,1,3 tange decem -as *(item de decalogo:* SYLL. Sangall. app. 6,1,11 p.344). POETA Saxo 4, 338 ut doctrinę caelestis ubique cordae concordes . . . sonarent. *in superstitione:* TRACT. de chirurg. 931 *vulneratus* accipiat cordam rotte, que facta est de intestinis pecoris, et ligetur ea ad collum. **2** *meton.:* **a** *gener.:* **α** *instrumentum fidium, fides – Saiteninstrument:* CARM. Cantabr. 8,1ᵃ,1 nunc, corda, pange melos . . . filio . . . Marie. ARIBO FRISING. mus. p.36,21 *musarum* altera cymbalis et -is . . . servit. ANNAL. Ianuens. IV p.45,10 cum tubis, bucinis et -ibus coadunatis. *al.* **β** *versus – Vers:* HROTSV. Mar. 531 dactilicis . . . psallere cordis. **b** *mus. i. q. sonus (fidis) – (Saiten-) Ton:* REMIG. ALTISS. mus. p.64ᵇ,30 soni, id est -ae, sunt . . . per omnes tropos. HUCBALD. harm. inst. p.111ᵃ,27sq. tetrachordum . . . est quatuor -arum copulatio; quas quidem -as voces dicimus. VITA Theog. 1,26 p.461,14 quae *(antiphona)* . . . cum in sex -is paene tota decurrat, septimam quoque superius . . . assumit. *al.* **B** *nervus (arcus) – (Bogen-) Sehne:* **1** *proprie:* NICOL. I. epist. 169 arcum tendens causa probandae -ae. CHART. Babenb. 109,8 ut . . . ante portam civitatis cordam arcus dissolvat *extraneus.* GUIC. (?) bers. 3 quod . . . sciat facere cordam *bersator.* ALBERT. M. animal. 5,12 fiunt ex virgis eorum *(camelorum)* cordae arcuum. *al. in imag.:* METELL. Quir. 11ᵃ,31 quod *(telum)* . . . iudicii -a recens pellat ad intima. **2** *translate i. q. pars lineae circulum secantis – (Kreis-) Sehne:* ALBERT. M. metaph. 5,3,5 p.263,80 (ed. B. Geyer. 1960) diameter circuli -ae non communicat. cael. 1,1,10 p.30ᵃ,32. *v. et vol. I. p.910,13.*

III *de rebus -arum similibus:* **A** *proprie i. q. funis, laqueus – Seil, Schnur, Strick (cf.* GLOSS. II 516,56 St.-S. corde stricche): **1** *strictius:* ORD. iud. Dei app. IIᵛ corda . . . circa lumbos alligetur *eqs.* TRAD. Frising. 400ᵇ vestivit . . . defensores cum corda, unde signum tangitur (ADEMAR. hist. 3,49ᵐᵉᵈ. tradidit . . . cordas signorum). GLOSS. Roger. III 742 corda de canabo vel serico facta. STATUT. ord. Teut. p.113,4 tentoria . . . figent . . . circa capellam extra cordas. CHART. Hans. I 432 p.146,44 pisa fileti cordarum, scilicet cables. *al. per compar.: v. vol. I. p.623,49.* **2** *latius i. q. fascia – Binde:* ROGER. SALERN. chirurg. 1,634 cordam de panno superimpone. **B** *translate de mensura longitudinis vel areae:* **1** ὄργυια, *terni cubiti – Klafter, 'Faden':* CHART. Livon. B 8 p.9,9 (a.1226) spatium debet esse in latitudine LXXX cordarum. *ibid. iterum.* **2** *species tributi – eine Abgabe:* ACTA imp. Stumpf 362 p.517,25 (a.1164) regalia . . ., sicut sunt . . . cordam, quintale *eqs.*

***chordalis** (co-), -e. *nervosus – sehnig:* ALBERT. M. animal. 1,463 principium . . . originis eius *(virgae)* est corpus . . . ligamentale . . . sive co-e.

chordapsus (co-), -i *m.* (χορδαψός) *ileos – Darmverschlingung, -verschluß:* AURELIUS 16 p.717,16 de co-o, hoc est yleon. ANTIDOT. Augiens. p.42,31 co-us, quod est ileon, in duas horas sanatur.

***chordella** (co-), -ae *f. funiculus – (dünner) Strick, 'Kordel':* RICHER. SENON. gest. 4,17 p.307,8 Franciscus . . . co-a nodata precingitur.

***chordex** (co-) *m. qui chordas facit – Saitenmacher:* GLOSS. III 232,72 St.-S. co-x seitere.

***chordianus** *v.* *guardianus.

***chordicina,** -ae *f. fidicina – Saitenspielerin:* METELL. buc. 6,20 in Romanorum prior agmine -arum risit . . . mihi Musa.

***chordosus** (co-), -a, -um. *nervosus – sehnig:* CONSTANT. AFRIC. theor. 2,17 p.9bʳ cuius *(ungulae)* ligamenta sunt -a (MAURUS [?] anat. II p.21,4 cum co-is ligamentis. *al.*). WILH. SALIC. chirurg. 2,8 p.332ᴰ *in locis* -is.

chordula (co-), -ae *f.* **1** *fides – Saite:* PAUL. ALBAR. carm. 12,1,8 quum Christum resonant co-e metrice. FRUTOLF. brev. 13 p.99 co-a trita remugit. AEG. ZAM. mus. 15 p.391ᵇ,19.

[Rudolph]

2 *funiculus, filum – (dünner) Strick, Faden:* WILH. CONG. chirurg. 1300 faciat co-am de serico. SALIMB. chron. p.645,19 ligabant pollicem pedis dextri cum co-a ad dentem. *Rudolph*

chorea (co-), -ae *f.* (χορεία)

1 *spectat ad actionem i. q. saltatio chori – (Gruppen-) Tanz, Reigen (saepius accedente cantu; cf.* GLOSS. II 387,65 St.-S. -is chorsangun. 710,27 -as gartsanc. 715,14): **a** *proprie:* THEODULF. carm. 1,85 iungitur *Ira* Eumenidum Stygiis . . . -is. RUODLIEB V 92 cum plebs altisonam fecit girando -am. LAMB. HERSF. inst. p.351,4 qui in Collebecce . . . coream illam famosam *(sc. per annum durantem)* duxerant (CARM. de Frid. I. imp. 2460 cantant ducuntque -as Teutonico ritu. CHRON. Albr. a.1101 p.815,16. *al.*). IOH. AFFLIG. mus. 10,9 -arum praecentores. CARM. Bur. B 151,3,6 ad -as Venereas salit mater. VINC. PRAG. annal. a.1159 p.676,46 cum . . . milites more suo . . . -as suas luderent. CAES. HEIST. mirac. II 1,17 p.39,21 vidit . . . -am cum canticis et musicis instrumentis. CHART. Merseb. 229 p.183,37 cum ex -is . . . enormes excessus . . . evenerint. SALIMB. chron. p.628,2 in publica strata tempore carnis privii faciebant -as. *saepe.* **b** *in imag. de obsidione:* VINC. PRAG. annal. a.1158 p.674,12 tali -a et ioco Mediolanenses undique cinguntur. **c** *per compar.:* THEOD. PALID. annal. a.1179 p.95,37 voces velut in -a letis . . . cantibus concrepantes.

2 *spectat ad coetum:* **a** *strictius i. q. chorus canentium – Sängerschar, (Sänger-) Chor:* CAND. FULD. Eigil. II 17,23 laetis vallata -is sanctorum spolia. SYLL. Sangall. 23,1 carmina . . . festis psallamus rite -is. VITA Landel. 375 quo *(templo)* locat eximiam . . . voce -am. *v. et p.190,9.* **b** *latius i. q. caterva, grex – Schar, Gruppe:* CARM. Cantabr. 26,5 virgineas . . . -as . . . elegit *Caecilia.* HERIB. hymn. 3,3,2 -is virginum virginem iunxit. TRANSL. Wandr. 20 (MGScript. XV p.631,3) prefulgida fidelium -a. METELL. Quir. 4,5 sacra -a Deum laudat. *al.* *de caelicolis:* VITA Otton. Bamb. II 14,1 alma -a virginum *eqs.*

***chorealis** (-ria-), -e. **1** *adi.: saltationi (chori) aptus – zum (Gruppen-) Tanz geeignet:* ERCHANB. FRISING. (?) gramm. p.114,10 'choriambus' quasi -ialis, quia ex hoc pede compositum carmen choris aptissimum sit. **2** *subst. neutr.: saltatio (chori) – (Gruppen-) Tanz, Reigen:* CARM. var. Walther 1,79,2 mulieres atque viros fert in -ia *aestas.*

***choreatrix,** -icis *f.* *saltatrix – Tänzerin:* BERTH. RATISB. serm. 19 p.99,26 non sit *sponsa* vana et -x.

***choregia** (-rig-), -ae *f.* (χορηγία) *impensae chorearum et conviviorum – Aufwand für Tänze und Feiern, Choregie:* ALBERT. M. pol. 5,6[u] p.494[b],38 'puta -igias' (*p.1309[a],19* χορηγίας), id est sumptus in choreis et congregationibus, sicut fieri solet in conviviis . . .; illae enim dicuntur chorigiales a choreis *eqs.*

***choregialis** (-rig-), -e. *choreis instructus – mit Tanzaufführungen verbunden: v. l.48 (an subst.?).*

***choreizo** *v.* *chorizo.

***chorensis,** -e. *qui capituli est – zum Stift gehörig:* REGISTR. Xant. (QuellRechtsWirtschGeschXanten. I. 1937. p.74,23; s. XIII.[2]) datur sociis chori . . . et scolaribus -bus dimidius *spisebrot.* *Erb*

***chorepiscopalis** (co-), -e. *qui chorepiscopi est – chorbischöflich, Chorbischofs-:* FLOD. hist. 3,10 p.482,46 de his, quos temeritas co-is ordinare . . . presumebat. CHART. Rhen. inf. I 299 p.196,14 census . . . -es.

chorepiscopatus (co-, -rie-), -us *m.* *dignitas et officium chorepiscopi – Würde und Amt des Chorbischofs:* **1** *spectat ad archidiaconos:* CHART. Rhen. inf. I 299 p.196,23 (a.1124) Ekkebertus . . ., decanus et Bunnensis co-us curam gerens. *ibid. iterum.* **2** *spectat ad cantores:* CHART. Traiect. 253 p.227,13 (post 1088) cum episcopus . . . scolastriam, chori-um . . . sue collationi reservaverit. CHART. Rhen. inf. II 86 ecclesiam . . . officio contulit chori-us (CHART. Ger. Col. 102 p.99,20). *al.*

chorepiscopus (co-, -rie-, chori episcopus *sim.*), -i *m.* (χωρεπίσκοπος) *metr.* chŏ-: *p.546,12. adde* CAND. FULD. Eigil. II 19,4.

1 *episcopus ruris – Land-, Chorbischof (cf.* GLOSS. III 132, 31 St.-S. co-us corbiscof. 378,50; *de re v. Th. Gottlob, Der abendländische Chorepiskopat. 1928):* **a** *strictius de adiutoribus et vicariis episcoporum:* **α** *spectat ad statum, gradum:* COD. Karol. 3 p.480,19 quomodo honorari debeat metropolitanus episcopus a -is. LIUTG. Greg. 10 Bonifatius . . . archiepiscopus . . . cum -o (coepiscopo *1.2*) et adiutore suo. ANNAL. Petr. Col. (MGScript. XVI p.730,27) Heribertus chori-us. CAPIT. reg. Franc. 22,9 ut co-i . . . nihil faciant absque licentia episcopi. CONC. Karol. 50[D],27 p.629,27 co-os . . . formam tenere septuaginta discipulorum. AUDRAD. carm. suppl. praef. p.741 ex voto Senonum -us (cor episcopus *C*) *Audradus.* CHART. Stir. I 17 p.20,21 Kotabertus chori episcopus *(item in hac scriptura:* NECROL. II 2 p.46,12sqq. ordo chori episcoporum Carentane regionis: . . . Engilfrid chori episcopus *eqs.).* CONR. MUR. summ. 6,1 p.427,4. *saepe.* **β** *spectat ad officia eccl.:* BONIF. epist. 93 p.213,21 co-um Lullum . . . constituere . . . predicatorem et doctorem presbiterorum. HRABAN. inst. cler. 1,5 p.18,10sqq. ordinati sunt . . . -i propter pauperum curam, qui in agris et villis consistunt; . . . dicti sunt autem -i, quia de choro sunt sacerdotum *eqs.* epist. 25 p.431,35 licere co-is . . . manus baptizatis inponere *eqs.* CAND. FULD. Eigil. I 16 cryptas . . . co-us . . . consecravit. *saepe.* *adde:* MARIAN. chron. a. Chr. 59 Linus co-us sub Petro apostolo exteriora curavit. **γ** *spectat ad officia administratoria sim.:* TRAD. Ratisb. 13 p.12,29 (a. 814) signum Wolfgangi -i. DIPL. Ludow. Germ. 18 comes . . . co-o ipsas res consignavit. TRAD. Frising. 1045 p.789,3 anno . . . -i . . . VI. (*sim.* CHART. Hersf. 95 actum . . . Stepphano . . ., ville -o). COD. Odalb. 1 tradidit . . . venerabilis chori-us . . . proprietatem. CHART. Mog. A 260 p.165,8 testes: . . . Hugizo, qui fecit hanc cartam, co-us *eqs. saepe.* **b** *latius:* **α** *de episcopo dioecesi carente (cf. V. Fuchs, Der Ordinationstitel. 1930. p.217):* HERM. AUGIENS. chron. a.724 Pirminius abbas et -us. **β** *de archidiaconis (cf. Hinschius, Kirchenrecht. II. p.169):* CHART. Lux. I 178 p.245,18 (a.967) signum Sigeberti prepositi et co-i *eqs.* CHART. Rhen. med. I 378 p.436,36 Bruno co-us civitatis. SIGEB. GEMBL. chron. a.384 archidiaconi, qui dicuntur etiam co-i, id est regionum vel villarum episcopi *eqs. al.* **γ** *de episcopis orientalis ecclesiae:* HRABAN. epist. 25 p.434,26 in quorum *(patrum concilii Nicaeni)* catalogo . . . duodecim co-i inserti sunt.

2 *per confusionem i. qui choro praeest – Chorleiter, Kantor (cf. Hinschius, op. cit. p.99):* CHART. Gelr. 331 (a.1171) testes: . . . Ioannes subdecanus, Iohannes chori-us (CHART. Rhen. inf. II 336 Reinerus chori-us precentor. CHART. Traiect. 1515 p.273,20 chori-us Coloniensis). CHART. Altenberg. 216 chori-us sanctorum Apostolorum. *al. in hac regione.* *huc spectare vid.:* CHART. episc. Hild. I 640 p.613,39 (a.1210) Ludolfus chori-us, Luthardus scolasticus, subdiaconi. *Schneider*

choretes *v.* chloreus.

choreus (co-, -rius), -a, -um. (χορεῖος) **1** *adi.: qui conventûs monasterii est – zur Klostergemeinschaft gehörig:* THEODULF. carm. 17,107 caelebs et monachus viget in Daniele -us. **2** *subst. masc.: pes metricus ex una longa et una brevi syllaba formatus, trochaeus – Versfuß aus einer langen und einer kurzen Silbe, Trochäus:* ALDH. ad Acirc. 130 p.178,3 corius (chorius, chorilis *var. l.*) . . . trocheus . . . nuncupatur. *v. et p.547,20.*

choreutes, -ae *m.* (χορευτής) *astron. per errorem ut vid. de coluris i. q. saltator – Tänzer:* EKKEH. IV. bened. I 7,64 dorsa paralleli dederant et cingula cęli atque sui cautę iubar hoc fugere c-ę (gloss.: c-ę quadripertiunt firmamentum).

***chorhaustus** *v.* *corystus. ***chorialis** *v.* *chorealis.

***choriambicosapphicus** (co-, -aph-), -a, -um. (χοριαμβικός *et* Σαπφικός) *de metro i. q. ex spondeo, tribus choriambis, pyrrhichio constans – aus einem Spondeus, drei Chorjamben und einem Pyrrhichius bestehend:* HERM. AUGIENS. vit. 453[a] adn. metrum co-saphicum *eqs.*

choriambicus (co-), -a, -um. (χοριαμβικός) *de metro i. q. (praecipue) ex choriambis constans – (vorwiegend) aus*

Chorjamben bestehend, chorjambisch: **1** *in univ.:* BONIF. metr. p.585,10 metra . . . octo esse principalia: dactylicum, . . . -um (WANDALB. ad Otric. p.570,7 in co-is . . . metris). **2** *de singulis versibus:* **a** *de Asclepiadeo:* WANDALB. ad Otric. p.570,10 co-um *metrum* . . . a coriambo pede . . . vocatur; constat . . . primo pede spondeo, secundo et tertio coriambo, quarto pyrrichio. *v. et vol. I. p.1024,31.* **b** *de Asclepiadeo maiore:* HEIRIC. Germ. I 3 praef. tit. (schol.) habet . . . versum co-um, qui constat ex spondeo, tribus coriambis et pyrrichio. METELL. Quir. 11$^{tit.}$ **c** *de Sapphico maiore:* METELL. Quir. 9$^{tit.}$ metrum -um: primus versus constat choriambo et bachio vel amphibracho, secundus epitrito secundo, duobus choriambis et bachio. **d** *de Aristophaneo:* METELL. Quir. 32$^{tit.}$ metrum -um constans choriambo et bachio.

choriambus (co-), -i *m.* (χοριαμβος) *de metro i. q. pes ex uno choreo et uno iambo compositus – Versfuß aus einem Trochäus und einem Jambus, Chorjambus:* ALDH. ad Acirc. 130 p.178,1sq. de co-o (ch-o P^1): co-us . . ., quia ex corio et iambo . . . constat *eqs.* WANDALB. ad Otric. p.570,12 cum co-us primam et ultimam longas, duas medias syllabas breves habeat. *v. et l.5.7.12sqq. p.545,38.*

Choribas *v.* Corybas. **choriepiscopus** *sim. v.* chorep-.

***chorigia** *sim. v.* choreg-. **chorimbus** *v.* corymbus.

chorion (co-, -reon) *n.* (χόριον) *membrana ad fetum nutriendum apta – embryonale Fruchthülle:* ALFAN. premn. phys. 25,10 p.142,18 mulieris semen fit nutrimentum virili; ex eodem . . . pars quaedam compaginatur membrani, quod graece dicitur -on (*PG 40,701^B* τοῦ χορίου). ALBERT. M. animal. 6,36 venit umbilicus . . . ad coreon (*p.562^a,6* χόριον), quod est tela membranalis.

***chorista,** -ae *m. cantor – Sänger:* ALBERT. M. pol. 8,4^1 p.786^a,37 -a . . . dicitur, qui canit. (*cf.* p.786^a,31).

***choristus,** -a, -um. *per confusionem i. qui chori est – zum Chor gehörig:* ALBERT. M. pol. 8,6^g p.800^b,32 quae *(musica)* cuiusdam est Doristi musici; quidam tamen libri habent '-i', et illa est, quae fit per chorum (8,6^h p.801^a,45 D. vel -i). *cf. supra l.33.*

***chorizo** (co-, -rei-), -avi, -are. *saltare, choream ducere – tanzen, Reigentänze aufführen:* **1** *in univ.:* CARM. anon. (SBMünch. 1873/III. p.706; s. XII.) saltabant corizandoque ludificabant. ALBERT. STAD. annal. a.1021 p.313,23 ceperunt -are XV viri et tres mulieres in cimiterio. ALBERT. M. phys. 3,1,4 p.192^a,28 tripudiare et -reizare. FUND. Heinrichow. 1 p.37,12 co-bant sacris diebus mulieres et puelle in pomerio. SALIMB. chron. p.628,33 in strata publica -reiçando cantabant. *al. iron.:* CAES. HEIST. mirac. I 10,29 p.239,13 aiunt clericum . . . de novo acquisisse coronam coreizando (cori- *var. l.*) *eqs. de angelis:* VITA Mariae rhythm. 1051 cum archangelis angeli -ant. **2** *de saltatione armata:* CHART. Argent. I 617,42 (c.1200) nulli debent in civitate corizare in loricis vel alia armatura. *fort. add.:* CHART. Wism. B 2732 (ed. L. Knabe, Das zweite Wismarsche Stadtbuch. 1966) qui *(pistores)* co-verunt et pugnam fecerunt.

subst. **chorizans,** -antis *m. saltator – Tänzer:* ALBERT. M. pol. 3,2^c p.219^b,7 in symphonia -ium (*p.1277^a,11* τῶν χορευτῶν).

chornus *v.* cornus. **chorogium** *v.* choragium.

chorolarium *v.* corollarium.

choropalasium *v.* curopalates.

chorturnix *v.* coturnix. ***chorveia** *v.* *corvata.

***chorulus,** -i *m. parvus grex canentium – kleiner Chor:* IOH. NEAP. Ian. 29 nos . . . divisis -is hymnos Davidicos concinentes.

1. chorus (co-), -i *m.* (χορός) *form.:* *vocat. sg.* -us: *p.549,67.* *acc. pl.* -us: *p.548,5.* *metr.* chō-: *p.549, 66.* *def.:* DICUIL. epist. cens. app. (Cod. Paris. N. A. 1645 f. 13^v) corus cantantium . . . et regalis exercitus *eqs.* HONOR. AUGUST. cant. 7,1 p.456^A -us quod est musicum instrumentum; -us nihilominus est locus psallentium; -us item est multitudo canentium.

I *spectat ad saltationem i. q. chorea – (Gruppen-)Tanz, Reigen (saepius accedente cantu; cf.* GLOSS. I 727,11 St.-S. -um spil. II 308,28 -i carta. 336,1 -os heingartin. IV 136,16 -us gesemine. *al.):* **A** *strictius:* BONIF. epist. 50 p.84,25 paganorum consuetudine -us (-os *var. l.*) ducere per plateas (HIST. Hirs. 4 p.258,2 ut . . . cives . . . -os de eo cantantes ducerent. CAES. HEIST. mirac. II 1,17 p.38,12 circa arietem. *al.*). HILDEG. Far. 78 (MGMer. V p.193,4) feminae . . . -os . . . plaudendo componebant. *al. v. et vol. I. p.1326,40.* **B** *latius i. q. pompa – feierlicher Aufzug:* ANNAL. Quedl. a. 1024 p.89,38 athletae sancti Stephani regularis normae religiositate -os ducentes.

II *spectat ad coetum:* **A** *strictius i. q. grex canentium – Sängerschar, (Sänger-)Chor:* **1** *proprie:* **a** *eccl.:* VITA Maxim. Trev. I 9 hymnodicis resonantibus -is. HRABAN. inst. cler. 1,33 p.72,8 concrepantibus -is auditur modulatio divinae laudis. AMALAR. off. 4,7,10 psalmus cantatur per duos coros *eqs.* TIT. metr. III 3,6 modolamine -i (co- A^1) crepunt cum carmina vocum. NOTKER. BALB. gest. 1,7 nullus alienus . . . -um *(regis)* . . . ausus est intrare. IOH. NEAP. Sever. 13 alternantibus -is Latinis et Graecis. CONSUET. Trev. 10 in prima vigilia noctis -us dexter, in secunda excubat sinister. BEBO ad Heinr. 1 p.493,5 quatuor -i . . . decenter ordinati. HARIULF. chron. 2,11 p.70,23 ut -us . . . centenos monachos cum XXXIV pueris habeat. CAES. HEIST. mirac. I 1,40 p.49,28 ut nullus -us, sive corporalis sive instrumentalis, tantae dulcedini posset comparari. CHART. civ. Hild. 342 cantoris officium in regendo -um. *saepe. de caelicolis:* WETT. Gall. 30 p.274,33 melodiis caelestem -um imitantibus. **b** *mus.:* Ps. HUCBALD. ton. p.217,18 quae *(antiphonae)* . . . alternatim valent inter -os cantari. ANON. inst. patr. p.5^b,28 in -is, ubi plures magistri volunt esse, . . . nullus . . . scientiam habet. HIER. MOR. mus. 25 p.179,30 a toto -o canitur *cantus. al.* **2** **a** *in imag.:* COLUMB. epist. 5 p. 174,23 qui *(ambo)* unus -us esse debuistis. **b** *per compar.:* CHRON. Pol. 1,6 p.18,10 acies . . . militum . . ., deinde principum . . . quasi -os ordinavit *Boleslaus.* **c** *alleg.:* HONOR. AUGUST. gemm. 1,140 duo -i psallentium designant angelos. **3** *translate:* **a** *de hominibus:* α *conventus coenobii – Klostergemeinschaft:* VITA Liutg. I 15 in quo *(monasterio)* virginum -us consistit. ADAM gest. 1,30 Liutgart . . . magnum -um castitatis . . . nutrivit. GESTA Tull. 31 -um ancillarum Dei . . . constituit. METELL. Quir. 68,64 per -os . . . Noricos. CHART. Sangall. A III app. B 19 sigillo . . . abbatis et sigillo -i . . . communiri. *al.* β *conventus canonicorum, capitulum – Kanonikerstift, Kapitel:* ADAM gest. 2,1 a -o sumptus est Hiltineshemensi *archiepiscopus.* TRAD. Patav. 610 -i Pataviensis prepositus. HERBORD. Ott. 2,7 habito . . . -i et cleri sui *(sc. episcopi)* consilio. CHART. Udalr. August. II 1 a Boppone, maioris -i canonico. CHART. Stir. II 7 p.23,2 annuente -o Salzburgensi. CHART. Turic. 357 p.238,17 collatis . . . a coro tribus iudicibus. CHART. Raitenh. 65 p.63,6 testes . . . canonici de -o (CHART. Tirol. 930). NOTAE Emm. II (MGScript. XVII p. 574,26) dissensio gravis inter -um et ministeriales oritur. CHART. Merseb. 243 p.196,32 quod . . . -us . . . processionaliter veniat. *persaepe. remissius i. q. ecclesia – Kirche:* COD. Udalr. 281,6 (a. 1246) abegit rure, foro scelus; urbe, -o famosa peregit *dux.* CHART. Helv. arb. 131 p.203,33 privilegio -i et fori. **b** *de instrumentis musicis:* α *ordo fistularum (organi) eundem sonum habentium – Einheit von (Orgel-)Pfeifen, die auf denselben Ton gestimmt sind (cf. K. G. Fellerer, Musikgeschichte Freisings. Phil. Diss. München. 1926. p.23sq.):* EBERH. FRISING. fist. p.279^a,29sqq. quot -os fistularum musici solent ipsi organico instrumento apponere; . . . cuique naturali -o suum subduplum affigunt *eqs.* β *species utriculi – eine Sackpfeife, 'Dudelsack' (cf. R. Hammerstein, Instrumenta Hieronymi in: ArchMusWiss. 16. 1959. p.117sqq.):* HRABAN. univ. 18,4 p.499^D -us . . . simplex pellis est cum duabus cicutis aereis *eqs. v. et p.547,70. huc spectare vid.:* CAES. HEIST. hom. exc. p.13,23 tuba pertinet ad laudes . . ., -us ad nonam, corde ad vesperas. ALBERT. M. pol. 8,4^1 p.786^a,35 -us est instru-

[Erb]

mentum, in quo multae fistulae in unum concentum et concordiam modulantur. **4** *meton.:* **a** *statio clericorum (canentium) in ecclesia – Chorraum, -haus (interdum de locis secundariis, e. g. l.10.16sqq.34; cf. J. Siegwart, Die Consuetudines des Augustiner-Chorherrenstiftes Marbach. 1965. p.45sqq.):* **α** *in univ.:* LEG. Wisig. 6,5,16 sacerdos eum *(homicidam)* . . . extra corum proiciat. ARBEO Emm. 14 de -o prosiliens ad aditum. EPIST. Hann. 78[a] p.127,20 in infimum locum . . . reiectus est . . . in -o. WILH. HIRS. const. 1,38 p.969[D] quia minor -us maiori inferius . . . est adiunctus. LEO MARS. chron. 3,28 frontem . . . -i, quem in medio basilicae statuit, . . . marmorum tabulis sepsit. ANNAL. Div. a. 1100 (MGScript. V p.43,18) turris de -o cecidit. CHART. Bund. 398 dedicatio -i. CHART. Stir. II 407 ne scolares vagi in -o vel circa -um . . . assumantur. CHART. Raitenh. 140 in -o monachorum . . . coram summo altari, . . . in -o fratrum conversorum, . . . in -o infirmorum. NOTAE Petr. Col. (MGScript. XVI p.734[a],31) ecclesia duos habuit -os . . .; superior -us erat sancti Petri. *saepe. expressius i. q. servitium in ecclesia peragendum – Chordienst:* CHART. Heinr. Leon. 121 omnia debita -i. DAVID novic. (ZKirchGesch. 19. 1899. p.341, 15sq.) signo pulsato ad -um novicius . . . praeparet se ad -um. **β** *de loco officii divini:* STEPH. EDD. Wilfr. 12 cantica in -o canentes. HRABAN. carm. 61,1,10 stare -o. CONC. Karol. 39[A],134 p.411,17 a societate fratrum in -o psallentium removeatur. TRANSL. Marci in Aug. 8 dum . . . missae . . . agerentur in -o. LIBER ordin. Rhenaug. p.50,28 sedent fratres in -o. CHART. Argent. I 119 p.99,20 -um . . . frequentare. CHRON. Mont. Ser. a.1212 p.182,9 clerici dextrum et laici fratres sinistrum -um tenebant. *saepe.* **γ** *de loco sepulturae:* GERH. AUGUST. Udalr. I 13 p.403,6 sepulchrum . . . in -o iuxta gradus situm. THANGM. Bernw. 37 sepultus . . . est in medio -o. *al.* **δ** *de loco actionum iur. et publ.:* ANNAL. Hild. a.1039 p.44,41 decimas . . . recipit in -o aquilonali. DIPL. Heinr. IV. 280 p.360,16 ad constituendum eum *(abbatem)* in -o monasterii conveniant. TRAD. Patav. 639 ad censum . . . in -o . . . persolvendum. OTTO SANBLAS. chron. 10 p.10,23 in -o Constanciensi uxorem suam . . . repudiavit *imperator.* CHART. Argent. I 194 actum in -o cathedrali. CHART. Tirol. 1069 p.114,29 in cohoro *(sic)* sancti Vigilii. CHART. Tirol. notar. II 388 p.250,35 ivit in -o ecclesie . . . et expectavit . . . testes. CHART. Bund. 942 in coro Curiensi. *al.* **b** *cantus, qui a compluribus canitur – Chorlied, -gesang (cf.* GLOSS. II 235,1 St.-S. -o kartsange. 696,43 -os corsanc. *al.):* LAMB. TUIT. Herib. 1,6 p.744,17 laudatur Deus . . . in -o et organo. ALBERT. M. pol. 3,1[a] p.213[b],8sq. est . . . comicus -us (*p.1276[b],4* χορόν) dictus a κῶμος . . . et est -us rusticorum, scilicet ad quem rustici choreas ducunt. *ibid. al. mus.:* ANON. mus. plan. Coussemaker II p.488[b] cuique legitimum dyapason facit -um. **B** *latius i. q. caterva, turba, grex – Schar, Schwarm, Menge, Haufe:* **1** *gener.:* **a** *de hominibus:* AGOB. epist. 5,24 quatinus . . . ecclesia de suo pascat . . . -os ministrorum. ERMOLD. Ludow. 1,36 procerum consiliante -o. BERTH. (?) annal. a.1077 p.294,15 incorrigibiles personae . . . et huiusmodi -us synagogarum. VITA Steph. reg. I 18 (MGScript. XI p.239,25) principalis -us comitum. CARM. Bur. B 117,7,3 inter -os puellarum. ARCHIPOETA 4,11,1 poetarum -i. *al. de daemonibus, nymphis sim.:* WALAHFR. carm. 67,2,4 ne sit demonicis huc via aperta -is. WALTH. SPIR. Christoph. II 1,76 oreadum comitante -o. *al.* **b** *de bestiis:* WALAHFR. Mamm. 4,13 femineos liquere -os. *in fabula:* NIVARD. Ysengr. 3,622 ut . . . dictator nostro prĕficerere -o. **c** *de rebus:* **α** *de sideribus:* WALAHFR. carm. 46,2 astra polorum cuncta -ique. **β** *de instrumentis musicis:* OFFIC. Willig. p.29,4 ut universus -us organorum resonaret. *v. et p.548, 26.64.* **2** *eccl.:* BONIF. carm. 4,8 -us martyrum. HRABAN. carm. 53,26 victorum alme -us. WALAHFR. Mamm. 19,2 angelicos asstare -os. MILO carm. 1,6,4,498 cantorum . . . -us. SYLL. Sangall. 6,10 patriarcharum propheticusque -us. VITA Cunib. B[1] 3 -o . . . clericorum perspiciente. GERH. AUGUST. Udalr. I 9 p.397,48 Maria super -os angelorum exaltata. DUDO hist. 3 p.98,17 antecedente episcoporum Franciscae gentis -o. VITA Heinr. IV. 1 p.9,25 -us laudantium Deum conticuit. *saepe. de ordine:* AMALAR. off. 3,23,13 pro coro sacerdotum (CONC. Karol. 44[B],76 p.525,5 cunctus -us s. *v. et supra p.546,21*). VITA Bonif. I 7 convenientibus . . . episcopis omnique -o ecclesiastici ordinis. CAPIT. reg. Franc. 301 p.454,35 pro omni episcoporum -o. WALTH. CAST. carm. 1,4,2 (MG Lib. Lit. III p.557) quorum *(pristinorum)* nec symonia vendicabat -um. *al.* **3** *milit.:* ALBERT. STAD. Troil. 5,404 per hostiles . . . -os. *v. et supra p.547,69. de caelicolis:* CHRON. Clus. 2 (MGScript. XXX p.960,22; s. XI.[2]) inter -os militiae caelestis. *per compar.:* ALBERT. M. cael. 2,3,4 p.177[a],37 -os castrorum vocaverunt *antiqui* ordinem congregationum orbium et stellarum. *Erb*

2. chorus *v.* caurus. **3. chorus** *v.* 1. corus.

choruscatio *sim. v.* co-. **choternus** *v.* quaternus.

***chovalum** *v.* *covalum. ***chozzo** *v.* *cozzo.

***chramarius** *v.* *cramarius.

chranne (cr-, ra- *sim.*) *subst. f. saepes – Gehege:* LEX Sal. Merov. 2,1 (rec. C) si quis porcellum . . . furaverit de -e (-ae *C 6*) prima. 2,2. 119,4 de rane. LEX Sal. Pipp. 2,1 de cranne (fr- *D 7.8*).

***chrema** *n.* (χρῆμα) *nomisma, pecunia – Münze, Geld:* ALBERT. M. pol. 1,7 praef. χρῆμα . . . in Graeco numisma dicitur, sicut dicit Eustratius.

***chrematica** (crim-, chrysm-, -ast-), -ae *f.* (χρηματικός) *ars res pecuniarias administrandi – Fähigkeit der Geld- oder Vermögensverwaltung:* ALBERT. M. caus. univ. 2,4,5 p.577[b],10 χρηματστικὴ sive thesaurizativa infinita vult esse, si ad abundantiam domus perpetuam debeat sufficere (summ. theol. I 17,67,1 p.676[a],45 paterfamilias gubernat domum quatuor facultatibus . . ., uxoria . . . et filiali . . . et despotica . . . et chrysm-a s. t. *eqs.*). *v. et l.43.*

***chrematisticus** (crim-, chrism-, -ias- *sim.*), -a, -um. (χρηματιστικός) **1** *adi.:* *pecuniarius, ad administrationem pecuniae pertinens – das Geld, die Vermögensverwaltung betreffend:* ALBERT. M. pol. 1,7[a] p.53[b],12 propter . . . commutationem -am. 7,6[a] p.668[b],41 chrism-a (*p.1253[b],14* χρηματιστικῆς) sive pecuniativa *potentia.* **2** *subst. fem.:* *ars res pecuniarias administrandi – Fähigkeit der Geld- oder Vermögensverwaltung:* ALBERT. M. eth. 1,3,1 p.31[a],42 chrysm-a . . . est thesauritiva *eqs.* 1,9,6 p.146[b],2 quatuor virtutes, scilicet dispositiva, passiva, -a et dispensativa (Iob 1,3 p.22,3 [ed. M. Weiss. 1904] -a [crimati(a)stica, crimastica *var. l.*]. 15,28 -a [cri- *CC*] . . ., quae est scientia ditativa domus). pol. 1,7 praef. quod -a non est idem oeconomicae nec possessivae. 1,7[a] p.53[a],12. *ibid. al.*

chrenecruda (cr-, -uta *sim.*) *subst. terra sollemniter proiecta – Erdwurf (cf. Dt. Rechtswb. II. p.676):* LEX Sal. Merov. 58 capit. p.106,7 de -a (chera cru-, -chru- *sim. var. l.*). 58,5 -a (chera cru-, -chru- *sim. var. l.*) ille, qui pauperior est, iactet. LEX Sal. Pipp. 100 capit. p.104,1 de crene cruda (-uta *sim. var. l.*), quod paganorum tempore observabant. 100,4 crene cruda (crenucr-, chrinne chru- *sim. var. l.*) ille . . . iactit. *ibid. al.*

chrisantimon *v.* chrysanthemum.

1. *cinum (cyn-) *subst. (orig. inc.) ?Aruncus silvester (Kost.) – ?Großer Geißbart (cf. Marzell, Wb. dt. Pflanzennam. I. p.454sqq.):* GLOSS. III 539,39 St.-S. -um cigenbart (552,14 cynum).

2. cinum *v.* 1. cinis.

1. cinus, -i *subst. (orig. inc.) script.:* chi-: GLOSS. III 401,53 St.-S. cyn-: *l.45.48.*

1 *Prunus insititia (L.) vel sim. – Kriech(en)baum (cf. Hegi, Flora. IV 2. p.1106sqq.):* MAPPAE CLAVIC. 190 gummam -i vel prini in decoctionem pone. GLOSS. III 38,41 St.-S. -us (tinus, cenis *var. l.*) chriechbŏm (crichnboum, krebom, cipperbăm, cipaum, chienpŏm, chirsbom *sim. var. l.*). IV 355,54 cynus crichp(aum). *al.* ALBERT. M. veget. 5,63 inseruntur flagra prunorum et -orum . . . in truncum salicis *eqs.* 6,18 lignum persici et pruni vel -i. 6,88 de ceraso . . . et -o (cyno *V*) hic non facimus tractatum, quia nota sunt omnibus. *ibid. al. (v. ind.).* **2** *cupressus – Zypresse (Cupressus sempervirens L., cf. Marzell, Wb. dt. Pflanzennam. I. p. 1268):* GLOSS. III 56,45 St.-S. -us cyberpoim. *v. et l.43sq.* **3** *cerasus – Kirschbaum (cf. p.476,41): v. l.43sq.*

2. cinus *v.* 1. cinis.

cinyra (-nera), -ae *f.* (κινύρα) *cornuum cantus – Hörnerschall:* GLOSS. I 696,5 St.-S. cineris hornblastū *(spectat ad Vulg. I Macc. 4,54).*

cinzala *v.* zinzala. **cio** *v.* cieo, scio.

***cion**, *acc.* -na *subst.* (κίων) *uva (cylindri formam exhibens) – (zylinderförmiges) Gaumenzäpfchen:* PAUL. AEGIN. cur. 159 isopahcus . . . ea *(uva)* existente, quod -na ([cinna *B*, id est columna *gloss. A*]. *3,26,16* κίονα) vocant, gargarismatibus confidendum.

cionis (chi-), -idos *(f.)* (κιονίς) *uva – Gaumenzäpfchen:* ANTIDOT. Bamb. 5 antidotum . . . conpescit . . . chionidos reuma (ANTIDOT. Berolin. app. p.77,4 -itos r.). ARS med. 5 p.423,4 uva, quam Greci -ida vel gargareon vocant.

ciparis, -um, -us, ciperis, -um, -us *v.* cyper-.

ciphula *v.* cepula. **ciphus** *v.* scyphus.

cipiro *v.* cyperum.

***cipolus** hint calf GLOSS. III 683,34 St.-S. *cf.* 1. *campolus, capreolus.

ciporium *v.* 1. ciborium. **cippa** *v.* cippus.

[Stotz]

***cippalis,** -e. *ad cippum custodiendum obligatus – zur Bewachung des Stockes verpflichtet:* CHART. Maurimon. (ed. J. D. Schoepflin, Alsatia dipl. I. 1772. p. 228,4; c. 1144) vigilias ex -bus mansis alternatim providebunt.

***cipparia** (cepa-), -ae *f.* (*ital.* ceppaia) *strues stipitum – Haufen von Holzscheiten:* ALBERT. MIL. temp. 225 Mantuani . . . fecerunt ceparias ad conburendum pontem et naves (*inde* SALIMB. chron. p. 35,5).

***cipparius** (cyp-), -i *m.* *custos carceris – Kerkermeister:* CHART. Argent. I 616,21 (post 1129) si quis dampnationem pellis et pili acceperit, hanc penam -us infliget *eqs.* 616,24 est . . . cy-i officium *eqs.*

***cippata** (cepa-), -ae *f.* (*ital.* ceppata, *cf. H. Bosshard, Saggio di un glossario dell'antico lombardo. 1938. p. 134sq.*) *fascis (lignorum) vel sim. – (Holz-)Bündel o. ä.:* ANNAL. Plac. a. 1271 p. 552,20 Cremonenses . . . factis cepatis lignorum . . . venerunt ad castrum *eqs.*

***cippaticus,** -i *m.* (*cf. francog.* cépage) *malleolus – Ableger:* CAPIT. reg. Franc. 32,8 -os . . . de vineis nostris ad opus nostrum mittere faciant.

***cippo,** -atum, -are. *in cippo includere – in den Stock legen:* THEOD. TRUD. Bav. 27 plus admiror *Bavonem* sponte -tum quam totius populi favore celebratum. *v. et l. 61. in imag.:* RICHER. REM. hist. 3,39 ea *(calceamenta)* . . . sic arta induunt, ut -ti pene impediantur.

cippus (sc-, cyp-), -i *m. (f.* -a: *l. 33)*

1 *instrumentum ligneum, quo captivorum pedes constringuntur, stipes – Vorrichtung aus Holz, mit der die Füße Gefangener umschlossen werden, Stock, Block (exempla nonnulla etiam ad l. 51sqq. spectare possunt et invicem; cf.* GLOSS. II 376,15 St.-S. compes -us vvozdruh. 560,24 stipitem, -um i. stoc. III 210,62 -us vel farnaicus stoch. IV 184,4 -us ciphic stoch ploch [*a*, cyppus ciphith *b*]. 243,20 cippa stoc. *saepe):* **a** *proprie:* ALDH. virg. I 35 p. 279,4 in nodosi -i (cy- *B*) claustrum . . . tibias et suras adstringunt. VITA Elig. 2,80 conpedes . . . dissipatae, -i etiam fracti. ANGILB. eccl. Cent. 2 p. 176a,43 reliquiae . . .: de -o (*cf. Vulg. act. 16,24* ligno), in quo *Paulus* missus fuit. CAPIT. reg. Franc. 54,4 ut . . . malefactores conpraehensi et in -o et in carcere fiant missi. EGBERT. fec. rat. 1,1706 te noster adusque necem iam -us habebit. THEOD. TRUD. Bav. 27 iubet admoveri nervum, quem vulgo -um *(sc. appellant)*, et in eo . . . pedes artari. COSMAS chron. 2,47 p. 154,8 -um, in quo dampnatorum pedes crudeliter constringuntur, fractum forinsecus proiciunt. CHART. select. Altmann 82,8 curia debet habere ex iure scippum, id est stoc. CHART. Argent. I 617,10 reus in cyppo dextra manu truncabitur. *saepe. de loco iudicii:* CHART. civ. Hild. 209,7 (c. 1249) si quis lesus fuerit . . . et si advocatum habere non potest, si ad -um cucurrerit et causam suam exequitur *eqs.* **b** *in imag.:* FLOD. hist. 3,23 p. 534,9 in -o infirmitatis detentus. **c** *meton. i. q. carcer – Stockhaus, Gefängnis:* CAPIT. reg. Franc. 146,3 ad -um, in quem . . . malefactor mittendus est. GESTA Camer. cont. I A 18 alios . . . iniudicatos in -o vilissimo concludens. CHART. Argent. I 616,9 custodem -i sive carceris, in quo rei custodiuntur (*cf.* CHART. Epternac. 225 p. 396,11 de v casis . . ., que pertinent ad custodiam -i). CHART. Maurimon. (ed. J. D. Schoepflin, Alsatia dipl. I. 1772. p. 227,33) isti *(proprii mansi)* . . . vigiles curie . . . dabunt, -um dominicum observabunt. p. 227,52sq. ius -i: -us . . . dominicus loco tuto infra dominicaturam constituatur, ubi non facile quidquam temeritatis oriatur cippato rebellione seu contumace *eqs.* CHART. scrin. Col. A I p. 304,34 domus, que sita est secus -um. CHART. Rhen. med. II app. 15 p. 426,27 -um sive stoch . . ., in quibus homines curtis serventur, qui fideiussores habere non possunt *eqs. al.* **d** *translate i. q. ius homines in cippo detinendi – Stockgerechtigkeit, 'Stock':* DIPL. Loth. I. 90 p. 222,11 (ed. Th. Schieffer. 1966; interp. s. XII.) tradita confirmavimus . . .: basilicam . . . cum . . . banno et cyppo (p. 222,17).

2 *singularia quaedam:* **a** *instrumentum ad bestias capiendas aptum – Falle:* EDICT. forest. Trev. 6 (ed. J. Grimm, Weisthümer. IV. 1863. p. 744,22; s. XIII.in.) si . . . forestarius aliquem deprehenderit, qui -um aut laqueum tendat, pollicem ei amputabit. **b** *gazophylacium – Opferstock:* HEINR. TREV. gest. 33 p. 433,42 cyppum . . ., in quem fideles elemosinas suas proicere consueverant, confringentes aperuerunt. **c** *cooperculum sepulcri – Deckplatte eines Grabes:* NIVARD. Ysengr. 7,527 miseri subducite -um. **d** *truncus – Baumstamm, -stumpf:* SALIMB. chron. p. 56,25 *(in imag.)* omnes . . . Baratti . . . ex uno -o sive ex una radice progeniti sunt. *fort. add.:* PASS. Trudp. 7 p. 361,9 cum . . . reorum ductor asta sua se fulciens supra -um (cy- *var. l.*) eiusdem ripae caute conaretur incedere. *cf.* 2. *cepa. *Stotz*

ciprenus *v.* cyprinus. **cipressus** *sim. v.* cup-.

ciprinus, ciprus *sim. v.* cypr-.

cira *v.* circus. **ciragra** *sim. v.* chi-.

1. *cirata *v.* *caratum. **2. cirata** *v.* choeras.

1. circa. *script.:* cyr-: CHART. com. Mansf. I 35. -cha: *l. 63.*

I *adv.:* **A** *de loco i. q. in circuitu – ringsherum:* WALTHARIUS 510 cunctam -a explora regionem. EGBERT. fec. rat. 2,464 qui fabricam foris et -a perlustrat et infra. BERTH. (?) annal. a. 1067 p. 273,24 in aliis -a contiguis locis. CHART. Bern. II 575 p. 620,15 in banno ville Ergensingen vel -a. *al. abund.:* RHYTHM. 106,16,1 imago summi nummi -a circumscribitur. **B** *de tempore et ratione i. q. circiter – ungefähr:* CHART. Rhen. med. I 110 p. 116,3 (a. 868) ad festivitatem s. Martini aut -a. GESTA Autiss. (MGScript. X p. 522,11) anno . . . tricesimo secundo vel -a. *v. et supra p. 490,69.*

II *praep. (c. acc.; gen.: l. 55; abl.: l. 39.67. p. 589,5. al.):* **A** *de loco:* **1** *strictius i. q. in circuitu(m) – (rings)um:* HUGEB. Willib. 4 p. 99,7 mons est in giro -a vallem. FORM. Augiens. B 34 -a sacra altaria illum duci precepi. WALAHFR. Wett. 25 iacet hanc *(Augiam)* Germania -a. GERH. AUGUST. Udalr. I 12 p. 401,31 lapidibus undique -a eum discurrentibus. *saepe. pendet a subst.:* HRABAN. epist. 111 p. 397,36 castrametatura -a tabernaculum. WIDUK. gest. 3,35 certamen -a murum. WIPO gest. 16 p. 37,8 servi cum torquibus . . . -a collum. *al.* **2** *latius:* **a** *prope, iuxta, ad, in – (nahe) bei, neben, an, auf, in:* FORM. Andec. 60 argento . . . -a me habere. CHART. Rhen. med. I 8 p. 10,35 -a fluvio Prumia monasterio ędificare. TRAD. Lunaelac. 132 actum . . . -a altari. VITA Meginr. 10 qui cum diu eum feriendo -a latus et suras debilitasset. BERTH. (?) annal. a. 1076 p. 287,17 transacto -a Oppinheim . . . colloquio. OTTO FRISING. gest. 1,56 in angulis Galliae, id est -a Brittanniam et Guasconiam. *saepe. pendet a subst.:* OTTO FRISING. gest. 1,13 p. 28,15 omnibus -a Rhenum . . . inclinatis. **b** *per – über (. . . hin):* CONVERS. Afrae 1 splendor solis, dum -a cloacas . . . funditur. WANDALB. Goar. 1,11 animus praelatorum . . . -a multa dividitur. **c** *secundum – entlang:* WANDALB. Goar. 2,21 navi -a ripas tracta (2,28). **B** *de tempore:* **1** *(circiter) ad, in – um, an, in:* HUGEB. Willib. 5 p. 105,10 -a illam fere horam. ANNAL. Fuld. II a. 842 -a autumnum. TRAD. Lunaelac. 157 piscari . . . ebdomadas duas -a natalem Domini. ADAM gest. 2,82 p. 141,6 contigit depositio . . . -a diem XVII. kal. Maii. CHART. Ticin. 233 p. 13, 34 (ed. L. Brentani, Cod. dipl. Ticin. IV. 1954) omni anno -a temporis sancti Martini. FRID. II. IMP. art. ven. 2 p. 172,2 -a sero. *persaepe.* **2** *inter – während, bei:* WALAHFR. exord. 26 p. 506,26 -a immolationem sacramentorum ymnos . . . celebrasse. ANNAL. Sangall. IV a. 1022 -a egressum Italiae. *al.* **C** *de numero i. q. circiter – ungefähr:* ARNOLD. LUB. chron. 5,25 p. 203,10 inter quos . . . -a quadringentos viros signati sunt. CHART. Ticin. 38 p. 122,14 (ed. L. Brentani, Cod. dipl. Ticin. I. 1929) ultra illas libras viginti quatuor vel -cha id. **D** *de relatione (interdum sensu casus simplicis, e. g. dat.: l. 66. p. 589,5.7):* **1** *quod pertinet ad, de – in bezug auf, über:* TRAD. Frising. 11 p. 38,12 (a. 758) causa -a me contigit. COD. Karol. 29 p. 535,2 qualiter -a eis agatur. HUGEB. Willib. 1 p. 88,14 parentum -a illum . . . curam gerentium. DIPL. Ludow. Germ. 15 p. 18,42 auctoritatem . . . -a ipsum monasterium fieri. CAND. FULD. Eigil. I 24 p. 233,28 mulieres -a infantem vivum litigantes. DIPL. Otton. I. 151 episcopus . . . narravit nobis -a donationem. ALBERT. M. metaph. 1,1,9 p. 13,2 (ed.

[Prinz]

B. Geyer. 1960) operatio -a singularia existens. *saepe. pendet a subst. vel adi.:* LIBER diurn. 60 p. 52,8 desideria cordium -a eius electionem. EINH. Karol. 27 -a pauperes sustentandos . . . devotissimus. **2** *erga, contra – gegen:* **a** *in bonam partem:* FORM. Senon. I 43 -a partibus meis inpendere *fidelitatem.* CAND. FULD. Eigil. II 17,88 sitque tua -a nosmet miseratio larga. EPIST. Teg. I 82 pietatis, quam -a me fecistis. *saepe. pendet a subst.:* CAND. FULD. Eigil. I 5 p. 225,11 humanitatis tuae -a nos. THIETM. (?) chron. 4,33 dapsilitatis -a egenos. CHART. archiep. Magd. 343 p. 453,23 bone voluntatis nostre effectus -a incolas. *saepe.* **b** *in malam partem:* RIMB. Anscar. 25 p. 54,6 si . . . aliquid perturbationis -a eum excitarent. OTTO FRISING. gest. 1,58 p. 84,7 ne . . . -a dogmata peccet. CHART. cell. Paulin. 65 p. 78,23 processurus -a illos. *al. pendet a subst.:* HELM. chron. 83 p. 158,8 lenire animum eius -a archiepiscopum. **3** *ad – (gerichtet) an:* DIPL. Karlom. (II.) 9 p. 298,7 si -a servos vel ancillas Dei munificentiam . . . intulerimus. DIPL. Karoli III. 73 si -a servos Dei beneficia largimur. *pendet subst.:* SIGEH. Maxim. 11 (9) nec prius . . . obsecratione -a regem destitit. CHART. Eichsf. 338 donatio -a ecclesiam. **4** *propter – wegen:* OTTO FRISING. gest. 2,18 p. 121,5 natale . . . Domini -a . . . excidium castrorum . . . cum magna celebratur alacritate. **5** *pro – für:* TRAD. Frising. 1253 (post 977) tradit . . . Gotta ad istud altare -a unum denarium *mancipia.* **6** *ab – von:* CHART. ord. Teut. (Thur.) 268 p. 210,44 (a. 1275) quas *(marcas)* -a me iusto empcionis titulo compararunt.

2. *circa (cer-, -cha), -ae *f.* *(cf.* circare) **1** *circuitio – Rundgang, Runde:* **a** *spectat ad custodiam civitatis:* DIPL. Heinr. III. 368$^{in.}$ ut -as et vigilias non faciant *canonici* . . . nisi in obsidione civitatis. **b** *spectat ad disciplinam monasterii:* WILH. HIRS. const. 2,20 p. 1066^{B} facit *prior* unam -am per omnes officinas (1,68 p. 998^{C}.2,20 p. 1066^{C}. HUGO FLAV. chron. 2 p. 482,25). **c** *spectat ad mendicationem fratrum Minorum:* SALIMB. chron. p. 46,12 quousque et -a completa et sporta impleta fuit (p. 45,26.46,25). **2** *fossa vel munitio circularis – Befestigungsgraben, -ring:* ANNAL. Plac. a. 1270 p. 541,42 Iohannes . . . cum milicia . . . fuit in cerchis civitatis Laude. ALBERT. MIL. temp. 254. SALIMB. chron. p. 335,6 fractus est pons in -a. *spectat ad obsessores:* ANNAL. Plac. a. 1240 p. 484,29 qui . . . de civitate exeuntes venerunt usque ad -cham exercitus. **3** *circator – Visitator:* OTTO MOR. hist. p. 38,5 cum domino tunc temporis -a (archa *sim. var. l.*) de Clugnea (p. 39,9).

3. circa *v.* circaea.

***circacinctus,** -a, -um. *in circuitu constructus – ringsum gebaut:* GISLEB. ELN. inc. 4,226 -us paries.

***circacircum** *praep. in circuitu – (rings)um:* FRID. II. IMP. art. ven. 2 p. 177,14 -um sedile sternenda est palea.

***circacitra** *adv. in circuitu – ringsherum:* CHART. Tirol. notar. I 833 (a. 1237) detinet ei ambis peciis terre -a Laucius.

***circacommorantes,** -ium *m. qui in circuitu habitant – die im Umkreis Ansässigen:* VITA Eucher. 6 (MGMer. VII p. 49,15) -es in ea *(coenobia)* . . . diligere.

***circada** *v.* *circata.

circaea (-cea, -ce, -ca), -ae *f.* (κιρκαία) *vincetoxicum – Schwalbenwurz (Vincetoxicum nigrum Moench vel sim.):* ALPHITA II p. 41,7 -cea sive dircea similis est parietarie. *fort. add. (cf. Marzell, Wb. dt. Pflanzennam. I. p. 1007):* GLOSS. III 519,26 St.-S. -ca hertzblat (540,4 -ce. 552,71).

***circaiacens,** -entis. *in circuitu situs – im Umkreis gelegen:* DIPL. Arnulfi 71 in aliis locis ibi in circum -bus. RAHEW. gest. 3,20 p. 191,33 -ium civitatum. *al.*

***circamanens,** -entis. **1** *in circuitu habitans – im Umkreis ansässig:* EINH. Marc. et Petr. I 1,12 -es populi. CHART. Rhen. inf. II 148 p. 79,21 coram . . . hominibus imperii in Aquis et -bus. *al. subst. masc. plur.:* DIPL. Otton. I. 240 p. 336,34 per inquisitionem -ium. **2** *in circuitu situs – im Umkreis gelegen:* HIST. mart. Trev. 29 -ium villarum.

***circamanio,** -are *vel* -ire. *(cf. Sella, Gloss. Lat. Emil. p. 94 s. v.* circamaliare *et DuC. s. v.* circamanaria) *examinare – überprüfen:* CHART. Carinth. V 455 (a. 1280) iuraverunt . . . multi . . . ad -andum terram dicti monasterii . . .; qui -entes designaverunt . . . abbati duas pecias terrae.

subst. **circamaniens,** -entis *m. examinator – Prüfer:* CHART. Carinth. V 453 (a. 1280) que *(peciae terrae)* designate fuerint dicte ecclesie per -es.

***circapositus,** -a, -um. *in circuitu exsistens – im Umkreis befindlich:* BRUNO QUERF. Adalb. A 20 -os proceres. CHART. episc. Hild. I 368 p. 352,15 officinarum -arum.

***circaria,** -ae *f. provincia ordinis Praemonstratensis – 'Zirkarie':* GESTA Hort. Mar. 27 cum annua tocius -e Frisie visitacione (58 p. 600,30. MENKO chron. p. 538,27).

***circata** (cer-, -ada), -ae *f.* **1** *circuitus visitationis – Visitationsrundgang, -fahrt:* CAPIT. reg. Franc. 90,6 quando episcopus per sua parrochia cercata (cir- *var. l.*) fecerit. CHART. Basil. A I 112 p. 173,7 -ae . . . servitium. p. 173,11 dum fieret ab episcopo -a. CHART. episc. Hild. III 484 p. 257, 15sq. in prima -da . . ., in secunda -da. **2** *exactio in visitatione solvenda – bei einer Visitation zu leistende Abgabe:* CHART. episc. Hild. I 430 p. 419,35 (a. 1184) iure -de sue prepositi reservato. CHART. Gelr. 571 p. 579,34 redditus de Stenre, qui -da vulgariter appellantur. 947 p. 914,13 -dam archydiacono solvendam. **3** *processio – Prozession:* CHART. civ. Hild. 120 (a. 1231) ut in -da, que singulis annis post pascha ibidem fieri consuevit, reliquie . . . deportentur.

***circateca** *v.* *chirotheca.

***circatio,** -onis *f.* **1** *circuitus – Rundgang, -fahrt:* **a** *spectat ad visitationem episcopi vel abbatissae:* DIPL. Ludow. Germ. 178 p. 256,26 (spur. c. s. X.^{2}) cum . . . episcopi -es suas ibi agere deberent. CHART. Westph. IV 81 abbatissa -em in villicationibus . . . innovavit. **b** *spectat ad disciplinam monasterii:* WILH. HIRS. const. 1,28 p. 961^{A} donec . . . -em facit *frater* (2,21 p. 1067^{B}. *ibid. al.*). **2** *administratio circariae ordinis Praemonstratensis – Verwaltung einer Zirkarie:* EMO chron. p. 500,28 qui *(abbas)* auctoritate generalis capituli -is (curationis 2) officio in Frisia functus erat. **3** *exactio in visitatione solvenda – bei einer Visitation zu leistende Abgabe:* CHART. Stab. 146 p. 296,17 (a. 1127) dabit . . . archydiacono sacerdos . . . XXX den. -is.

***circator,** -oris *m.* **1** *inspector (circumiens) – (die Runde machender) Aufseher:* **a** *spectat ad monasteria:* EPIST. var. II 4,14 decani et -es summa cura provideant, ne quid . . . inconveniens fiat. CONSUET. Trev. 24 exiens unus -um . . . percutit tabulam. EKKEH. IV. cas. 67 p. 240,8 exactoribus, quos -es vocamus, culpas eorum *(scolasticulorum)* magistro rememorantibus (*cf.* carm. var. II 5,35). WILH. HIRS. const. 2,21 p. 1067^{A} -um munus est, ut omnes negligentias . . . notent et in capitulo reclament. ARNO REICHERSB. scut. p. 1510^{B} disciplinae . . . custodes deputantur, quos -es vel circumspectores vocant *eqs. al. in fabula:* ECBASIS capt. 468 -r veniat, dictum scelus omne revolvat. **b** *spectat ad ordinem Praemonstratensem:* EMO chron. p. 477,47 surgunt -es . . . cum scedulis duo *eqs.* p. 501,12 secundum mandatum -um. p. 512, 28 -es illius anni. **c** *spectat ad curiam Romanam:* CONR. FAB. Gall. 16 -bus iuxta mandatum apostolici monasteria singula perlustrantibus. **d** *usu vario:* ACTA imp. Stumpf 489 p. 689,3 (a. 1171) testes sunt . . . Willelmus -r Metensis, Fridericus, Metensis ecclesie canonicus. CHART. scrin. Col. B 939 p. 230,9 -i unum denarium et campanario unum denarium. *al.* **2** *gyrovagus – ein Herumziehender:* DAVID (?) inquis. 8 *(de Pauperibus Lugdunensibus)* vadunt . . . in diversis habitibus vestium isti -es, ne agnoscantur.

***circatrix,** -icis *f. quae (circumeundo) inspicit – (die Runde machende) Aufseherin (cf. K. H. Schäfer, Die Kanonissenstifter. 1907. p. 181):* CHART. Frauens. 28 (ed. W. Küther, UB Frauensee. 1961; post 1228) Adiltrudis custos, Wendilmudis -x.

***circatura,** -ae *f. exactio in visitatione solvenda – bei einer Visitation zu leistende Abgabe:* DIPL. Heinr. IV. 116^{a} p. 154,31 neque -am neque oblationes episcopo . . . prębeant *abbates.*

***circatus,** -us *m.* **1** *circuitus – Rundgang, -fahrt:* **a** *spectat ad regem:* ANNAL. Guelf. a. 799 p. 45 ad Aquas inde

[Prinz]

perrexit *Karolus* in -um usque Turnes. **b** *spectat ad episcopum:* NOTAE Traiect. (MGScript. XV p.1304,11; s. XII.[1]) -us episcopi: anno bissextili post ipsum bissextum in Flandern *eqs.* **c** *spectat ad vineas:* CHART. Laus. 360 p.319,28 sqq. (a.1223) quelibet colungia debet in -u vinearum I gallinam . . . et tantumdem in vindemiis; item in -u debent tres lunagii III panes *eqs. (cf.* 348). **2** *exactio in visitatione solvenda – bei einer Visitation zu leistende Abgabe:* CHART. Traiect. 196 p.183,22 (a.1040) preter -um et ablacionem *(cf.* 245 p.221,34 ecclesiam . . . liberam a -u, a censu, a denariis, quos oblationes vocant). CHART. Bern. I 5,70 sicut de iure et consuetudine -us nostri in unoquoque quarto anno fieri debet. CHART. Gelr. 1017 p.988,4 ego Rodolfus miles -um ecclesiae de Hyre persolvam. *al.*

***circavicinus,** -i *m. vicinus (in circuitu manens) – (im Umkreis ansässiger) Nachbar:* CAPIT. reg. Franc. 218,10 ut . . . nostri sicut -i, quae necessaria sunt, emant, vicini autem nullatenus carius quam suis -is vendere praesumant. DIPL. Ludow. Germ. 149 p.210,2 ut per idoneos -os et fideles nostros . . . inquiratur. *Prinz*

circe *v.* careum. **circe(a)** *v.* circaea.

***circella** *v.* *cercella. **circellio** *v.* circumcellio.

circellus (-cil-), -i *m.* **1** *anulus, trochus – Ring, Reif:* LEO MARS. chron. 1,19 p.595,17 tunicam unam cum lista aurea et -os de auro *obtulit vir.* **2** *circulus – Kreis:* THEOD. HIRS. loc. sanct. 5 p.13 quae *(columnae)* . . . cancellatum efficiunt -illum.

circensis (cer-), -e. **1** *adi. i. q. ad circum pertinens – Zirkus-:* MANEG. ad Gebeh. 15 p.338,11 spectaculis -bus interesse. *fort. add.:* AETHICUS ISTER 82 p.63,14 quam *(Macedoniam)* philosophus medullam cer-em Graeciae appellavit. **2** *subst. masc. i. q. ludi gymnici – Kampfspiele (cf.* GLOSS. II 663,56 St.-S. -bus rigin): ALDH. virg. I 3 qui *(gymnici)* . . . praeconia -ium adipiscuntur.

circeter *v.* circiter. **circha** *v.* circa.

***circic(u)la** *v.* *cercella.

*?****circifollium,** -i *n. (cf.* caerefolium, circaea *sim.) species herbae – Pflanzenart:* TRACT. de aegr. cur. p.160,35 ad dolorem oculorum collige -um.

***circillatus,** -a, -um. *cirratus – langgelockt:* VITA Elig. 12 p.678,21 caesariem formosam et crinem . . . -am.

circillio *v.* circumcellio. **circillus** *v.* circellus.

circilus *v.* cercilus.

***circinatura,** -ae *f. quod abscinditur (circinando) – Abfälle beim (Rund-)Schneiden:* COMPOS. Luc. I 29 circinetur illud *aurum* a forfici et ipse -e restringe in pannum.

circinna *v.* circinus.

***circinnator,** -oris *m. inspector (circumiens) – (die Runde machender) Aufseher:* ADALH. capit. fragm. 2 (Corpus consuet. monast. I. 1963. p.417,20) non solum a preposito ..., sed etiam ab ipsis -bus . . . castiganda sunt.

***circinnium** (cyr-), -i *n. circulus – Kreis:* CHRON. Pol. 3 epil. p.124,21 stant per cy-um *(ed.;* cyntumium, cincinnium *sim. codd.).*

circino (cyr-, cer-, -cen-, -nn-), -avi, -atum, -are. **1** *de motu:* **a** *circumire – umgehen, umkreisen:* EKKEH. URAUG. Hier. 15,8 -andam esse civitatem nudis pedibus. NIVARD. Ysengr. 1,75 incautus senior versutum -at hostem. *al.* **b** *(per circulum) lustrare – (im Kreis) durchziehen:* LAMB. LEOD. Matth. I 2324 fertque refert pedes et eosdem -at orbes. **c** *refl. i. q. circulo se circumdare – einen Kreis um sich ziehen:* CAES. HEIST. hom. exc. 131 gladio se -vit *miles.* **d** *torquere – drehen:* ARIBO FRISING. mus. p.7 equus indocilis . . . non potest in arto -ari clipeo. **2** *de sectione i. q. (circum)secare – (rundum) beschneiden:* **a** *proprie:* LEX Raet. Cur. 9,18 quicumque soldum minorem fecerit aut -nnaverit. MAPPAE CLAVIC. 270 gressae IIII z. -as et in medio pertundis. *al. v. et l.45. decurtare – verstümmeln:* EDICT. Roth. 341 si quis cavallum alienum . . . disfiguraverit aut -verit (cercen- *sim. var. l.*). **b** *translate i. q. (iura) minuere – (in den Rechten) beschneiden:* CHRON. rhythm. Austr. 435 hic *(imperator)* vicinos principes dire -vit. **3** *de amictu sim. i. q. induere, involvere, circumcludere – anlegen, umhüllen, umschließen:* CARM. de Germ. 1,72,2 (MGPoet. IV p.127) cum . . . -nnaret caligas. THIETM. peregr. 28,18 Samaritani linteo -tum capud habentes. ALBERT. STAD. Troil. 4,767 nobilitas digitos rutilantis -at auri. *al.* **4** *de circulo anni:* **a** *inchoare – einleiten:* CARM. Bur. B 56,1,1 Ianus annum -at. **b** *procedere – ablaufen:* CHRON. rhythm. Austr. 22 anno nonagesimo M°C° cy-ante.

adi. **circinans,** -antis. *per vicissitudines rediens – zyklisch:* CONSTANT. AFRIC. theor. 7,3 p.31a[v] diversitas . . . pulsuum quaedam est ordinata et -s *eqs.*

circinus (-nn-), -i *m. (f.* -a: *l.14; n.* -um: *l.14)* **1** *de instrumentis:* **a** διαβήτης *– Zirkel (cf.* GLOSS. III 268,48 St.-S. -um riza. IV 46,55 -nna id est circil. 199,11 -us passeri. *saepe):* ADSO Frodob. 7 (MGMer. V p.76,17; s. X.) ut . . . -um ad se deportaret, asserens usum illius sibi esse necessarium in scribendo. GERB. epist. math. I 3,2 pedem -i. EGBERT. fec. rat. 1,335 equos a puncto formabit -us orbes. EBERH. FRISING. fist. p.279[b] latitudinem -o deprehensam. HILDEG. div. op. 2,5,17 p.916[D] unamquamque *formam* prius cum -o suo signat. *al.* **b** *forceps – Zange:* THEOPH. sched. 3,16 (ed. W. Theobald. 1933) sunt et -i ferrei duabus partibus compositi *eqs. (cf. notam ed.).* **2** *circulus – Kreis:* NOTKER. BALB. gest. 1,32 capillos brevissimos quasi ad -um tornando decurtavit *diaconus.*

circio *v.* circius. **circircla** *v.* cicercula.

***circita** (cer-), -ae *f. circuitus – Rundgang:* MIRAC. Agripp. 8 (ed. B. Capasso, Mon. Neap. I. 1881. p.32; s. X.) dum fecisset ce-am muri.

circiter (cer-, -cet-) **1** *adv.:* **a** *fere – ungefähr:* CHRON. Fred. 2,9 regnaverunt annis -eter CL. 4,64 tribus annis cerceter. LIUTG. Greg. 5 quadringentorum -r monachorum . . . pater. RUOTG. Brun. 4 p.5,1 proles annos -r IIII habens. FUND. Sangeorg. 30 tradidit . . . praedium . . ., -r III mansos. *al.* **b** *circum – ringsum:* WIPO tetral. 19 alter post Christum regit orbem -r istum *Heinricus.* GESTA Camer. cont. II F 277, 2 castrum . . . occupare et -r obsidere. ACTA imp. Winkelm. I 487 p.407,43 munitionibus omnibus -r explanatis. *al.* **2** *praep.:* **a** *de tempore i. q. circa – um:* FUND. Sangeorg. 13 -r idus Iunii. GESTA Trev. cont. I 19 p.193,13 adolescens -r (circa *var. l.*) annos XX. **b** *de loco:* **α** *iuxta – nahe bei:* CONR. HILD. ad Hartb. p.196,33 -r eundem locum. **β** *versus – zu, nach:* FRID. II. IMP. art. ven. 1 p.116,17 que *(aves)* volant -r loca, in quibus sunt aque magne (2 p.211,2). **c** *de relatione i. q. ad – in bezug auf:* BRUNO QUERF. ad Heinr. II. p.703,22 -r triginta animas christianitate facta.

circito, -are. **1** *(circum) insecare – (rundum) einschneiden:* AESCULAPIUS 11 p.16,4 -ent ex utraque parte scapulas. **2** *circumspicere – herumsuchen:* ARBEO Emm. 23 dum diutius -rent (sciscitarentur *sim. var. l.*).

***circitorium,** -i *n. velamentum altaris – Altarumhang:* PETR. CAS. (?) chron. 3,74 p.753,39 panni de altare sancti Gregorii: -um aureum et alios IV sine auro (3,58 p.744,7. 4,13 p.768,18).

circius, -i *vel* **circio,** -onis *m.* **1** *de ventis:* **a** *caurus – Nordwestwind (cf.* GLOSS. III 405,33 St.-S. -us nortwesterwint. *al.):* **α** *proprie:* HUGEB. Willib. 3 p.91,7 -o flante. EINH. Karol. 29 ut . . . vocaret . . . -um nordwestroni. SYLL. Bern. 3,4 luctam prora subit, carbasa -us inflat. MENKO chron. p.542,43 -us, qui est collateralis boree ad occidentem. *al.* **β** *meton. i. q. regio inter occidentem et aquilonem sita – Nordwesten:* ALDH. epist. 5 p.489,8 ex Hiberniae brumosis -nis insulae climatibus. ANNAL. Pegav. a.1189 p.266,35 ventus gravissimus a -o oritur. *al.* **b** *aquilo – Nordostwind:* GLOSS. III 113,59 St.-S. (cod. E) -us nordostirwint. **2** *de morbo i. q. vertigo – Schwindel:* AESCULAPIUS 2 p.3,16 -um patiuntur et oculi eorum *(scotomaticorum)* obtenebrescunt. GLOSS. med. p.20,9 -um, id est vertiginem. *al.*

circlus *v.* circulus.

circo, -avi, -are. **1** *circinare – umkreisen:* SERMO de sacril. 21 qui de anulo aureo vulnus -at. **2** *perfluere – durchfließen:* Ps. HIPPOCR. phleb. 155 nigra colera . . . -at

[Bansa]

corpus. **3** *inspicere, visitare – inspizieren, visitieren:* CAPIT. reg. Franc. 92,5 quando episcopus sua parrochia -at. VITA Rimb. 21 solatium -andi episcopatum, placita adeundi. FROUM. epist. 55 loca oboedientię nobis commissę . . . contemplando -vi. **4** *rimari – durchforschen:* CARM. var. III 41,15 ista probat mente -ans species diapente.

circom-, circon- *v.* circum-.

circos (kyrucos, yricez) *m.* (κίρκος) *species avis rapacis, fort. i. q. Accipiter nisus (L.) – Raubvogelart, viell.: Sperber:* ALBERT. M. animal. 8,20 avis dicta yricez (*p.609b,3* κίρκος), et est genus aquilae valde forte et magnum *eqs.* 8,107 tertium . . . genus *accipitrum* vocatur kyrucos (*p.620a,18* κίρκος) graece, et . . . a nobis . . . vocatur nisus aut sparvarius.

circuamictus *v.* circumamicio. **circueo** *v.* circumeo.

circuitio (circumi-, -cio), -onis *f.*

I *de motu:* **A** *de motu circulari:* **1** *strictius:* **a** *actio circumeundi, circumvolandi – das (im Kreis) Herumgehen, -fliegen, Umgehen:* **α** *gener.:* HONOR. AUGUST. gemm. 1,139 per choreae (-as *ed.*) . . . -em voluerunt intelligi firmamenti revolutionem. RAHEW. gest. 3,42 p.216,8 his -bus alteram partem civitatis . . . compescuit. FRID. II. IMP. art. ven. 5 p. 172,28 circumeundo ascendunt . . . et accipiunt -em suam sub vento *falcones.* **β** *iur. de examinatione vel constitutione finium:* TRAD. Fuld. I 76 p.156,5 (s. XII.med.) requisivi cum populari -e, que dicitur lantleita, quam plures mansos . . . iniuste direptos. CHART. Sil. D I 45 p.28,33 (ed. H. Appelt. 1963) tres villę, quarum una -e signata est. CHART. Oelsn. 20 p.45,24 comprehendimus . . . eadem -cione terminos villarum. **b** *versatio – Drehung:* GERB. (?) astrolab. 2,4 frequenti -e et crebra retorsione. **2** *latius:* **a** *ambages – Umweg:* **α** *proprie:* ANNAL. Altah. a. 1051 p.47,23 longam -em peregit et . . . solo equestri itinere regionem intravit *imperator.* **β** *translate: anfractus, circumlocutio – Umschweif, Umschreibung:* HROTSV. Abr. 2,2 -e verborum (3,2). *dissimulatio – Verstellung:* LIUTPR. hist. 10 p.167,2 ita aperte saevit, . . . ut nihil -is utatur. **b** *?conversatio – ?Wandel:* HILDEG. scivias 3,5 p.615C ponunt in coelestibus -em mentis suae. phys. 1 praef. p.1125A secundum genus et naturam et mores et omnem -mitionem hominis. **B** *de motu per ordinem facto:* **1** *gener. i. q. accessio – Besuch:* CHRON. Andag. 76 p.181,10 cum . . . ad fratres suos substentandos questionarias -es ageret *abbas.* **2** *eccl. i. q. processio – Umgang:* MIRAC. Trud. 16 p.825,1 sancta huius -is celebrabantur celebria. *v. et p.610,58.* **3** *canon. i. q. visitatio – Visitation:* CAPIT. reg. Franc. 255,5 ut semel in anno episcopi hanc -mitionem . . . faciant. SIGEB. GEMBL. gest. 34 p.538,43 ut ab ecclesia Gemblacensi . . . servitutem -is requirant nullam *episcopi.* **C** *vagatio, erratio – das Umherreisen, Irrfahrt:* HECEL. Clem. 2,10 (MGScript. XXX p.897,45; s. XI.ex.) profectionem illius *(episcopi)* in Ytaliam . . ., -es Germanie, reversionem quoque in Gallias.

II *de situ:* **A** *circumferentia – Umfang(slinie):* **1** *geom.:* Ps. BOETH. geom. p.424,27 si . . . mons in pedis circuitu ΠD et in medietatis -e ĪDC, in cacuminis . . . circumductione C . . . pedes habens fuerit. ANON. geom. I 4,18 embadum si vis invenire, vel tota -o per integrum diametrum ducenda est et tunc quarta sumenda. *al.* **2** *de parte corporis:* ALBERT. M. animal. 1,375 si *nervi* cum tota haererent -e (*ex Avic. can. 1,1,5,3,3; cf. Avic. animal. 13,5 f. 30v,29* parifariam). **B** *laqueus – Schlinge:* FRID. II. IMP. art. ven. 2 p.155,19 longa . . . recolligatur circa digitum minorem manus sustinentis falconem in -es parvas (p.150,9). **C** *de locis:* **1** *quod circumfluit – das Umgebende:* CHRON. Pol. 3,3 castrum . . . municione situque nature et aquarum -e inexpugnabile. **2** *territorium, confinium – Besitz, Gemarkung:* CHART. Sil. D I 45 p.28,24 (ed. H. Appelt. 1963; a. 1175) Bogonouwe cum sua -e et omnibus in ea sitis. CHART. Oelsn. 14 cum . . . omnibus proventibus, qui in -cione prenominata continentur. 36 p.65,1 -em hanc per singula signa circumquaque . . . mandavi . . . limitari. *al.*

circuitor, -oris *m.* **1** *viator – Wanderer:* RUP. TUIT. medit. 2,7 p.386B o -r mundi et perambulator terrae, Satan *([cf. Vulg. Iob 1,7].* REIN. LEOD. fulm. [MGScript. XX p. 615,14]. *al.).* ROD. GLAB. hist. 5,13 unus ex illis -bus regionum, qui numquam saturantur experientia et novitatibus locorum. **2** *custos (circumiens) – (die Runde machender) Aufseher:* CONSUET. Trev. 1 -es cum laternis ingrediuntur dormitorium. *ibid. al. (v. ind.).*

circultus, -us *m. script.:* -coi-: *p.595,35.* circumi-: *l.72.* -uęt(us): *p.595,43. form. abl. sg.* -o: *p.595,15.35. al.*

I *de motu:* **A** *de motu circulari:* **1** *strictius:* **a** *actio circumeundi, gyrus – das (Her-)Umgehen, Kreis(bewegung):* **α** *gener.:* MIRAC. Annon. 1,30 (Siegburg. Stud. III. 1966; a.1183/87) circa tumbam . . . -us frequentavit. CAES. HEIST. Elis. I 3 p.350,33 cum plures -us fierent in chorea. FRID. II. IMP. art. ven. 4 p.85,19 in complendo -um, quem restringendo faciat circa grues *falconarius.* 6 p.200,22 alii *falcones* circumvolant ime duobus vel tribus -bus. *al. meton. i. q. chorus – Reigen:* GODESC. SAXO theol. 18 p.249,5 super . . . revolvendis vel rotandis iustorum et iniustorum -bus. ELIS. SCHON. vis. 1,20 p.11,41 alius . . . magne claritatis -us . . ., quem intellexi esse sanctorum angelorum. **β** *astron.:* AGIUS comput. 4,7 propter geminatos lunę -us. BOVO CORB. Boeth. 17 qualiter . . . coelum in duos sibi contrarios orbes -usque volvatur. **b** *versatio – Drehung:* FRID. II. IMP. art. ven. 2 p.197,10 falconem oportet facere quendam -um et quandam regirationem sui. *ibid. al. v. et p.610,42.* **2** *latius:* **a** *gener. i. q. ambages – Umweg:* **α** *proprie:* POETA Saxo 1,92 ut mare -u longo . . . pererrans suspectum vitaret iter (HERM. AUGIENS. chron. a.1051 p.130,13 l. propter fluviorum illuvionem -u). **β** *translate i. q. anfractus, circumlocutio – Umschweif, Umschreibung:* NOTKER. BALB. gest. 2,17 p. 84,16 -u tardiore diutius explicare. TRANSL. Dion. Ratisb. prol. p.355a,60 longae sunt ambages, longi verborum -us. OTTO FRISING. gest. 2,30 p.136,26 more Italico longa continuatione periodorumque -bus sermonem producturis *legatis. al.* **b** *anat. i. q. nexus – Windung:* ALBERT. M. animal. 1,357 per curvaturas maiores et -us descendunt motivi quam sensitivi *nervi.* **c** *mus. i. q. flexus – Wendung:* REMIG. ALTISS. mus. p.81a,10 ut . . . vox . . . reditus vel -us legitimos . . . sortiatur. GUIDO CIST. mus. p.169a -uum variatio. **d** *de tempore i. q. cursus – Lauf, Kreislauf:* BEDA temp. rat. 19,4 annalis -us seriem. GODESC. SAXO theol. 7,11 p.193,10 per annorum -us. OTTO FRISING. chron. 6 prol. p. 261,17 mundi instabiles ac miserabiliter fluctuantes -us contemplans. *al. comput. i. q. cursus per vicissitudines rediens – Zyklus:* BEDA temp. rat. 36,21 ut ad eundem -um redeatur. **B** *visitatio – Visitation (canon.):* DIPL. Heinr. II. 12 episcopis . . . tempore -us sui . . . singulis annis *servitium* persolvant *monachi.* CHART. Salem. 179 ratione nostri -us (CHART. Turic. 1475 p.184,25). *al.* **C** *vagatio, erratio – das Umherziehen, Umherirren, Irrfahrt:* NOTKER. BALB. gest. 2,8 p.59,10 Karolum defessi . . . reppererunt -u *legati.* OTTO FRISING. chron. 1,26 p.58,24 Ulixis pericula, -uum tedia. gest. 1,3 p.14,25 ab oberrandi -u . . . Giscardus tamquam oberrator . . . appellatus est.

II *de situ:* **A** *gener. i. q. pars exterior, margo – äußerer Teil, Rand:* AGIUS comput. 6,4 eius *paginae* -us concurrentes feriasque . . . retentat. REGINO chron. a.510 aureos . . . habentes . . . in -u scriptum 'gloria Romanorum'. FRID. II. IMP. art. ven. 3 p.47,24 si cor fuerit . . . pingue in -u superiori. ALBERT. M. veget. 6,121 exeunt per totum -um ramorum *spinae. al.* **B** *geom. i. q. circumferentia – Umfang:* ANON. geom. I 4,57 orthogonii, cuius sit cathetus pedum IX, basis XII . . .; -um ipsius . . ., id est XXXVI. ANON. ad Ragimb. p. 534,17 circulum . . ., cuius diametrum VII sit pedum, -us vero XXII. *al. v. et p.593,53.* **C** *archit. i. q. murus vel paries ambiens, ambitus – Umfassungsmauer, -wand, Umgang:* PURCH. Witig. 339 inde morans operi nil iunxit moenia claustri, hic ubi -us fuerat non rite peractus. LEO MARS. chron. 1,17 p.593,14 pavimenti opus . . ., -us . . . chori. **D** *de locis:* **1** *regio circumsita – Umgebung, Umkreis:* CONC. Karol. 2,2 gentium, que in -u nostro sunt (AMALAR. interpr. 52). BONIF. epist. 86 p.193,33 in -u (-umi- *var. l.*) loci

[Bansa]

huius habitare. THEGAN. Ludow. 14 omnes, qui in -u erant paganorum nationum. HILDEG. epist. II 13,1 p.369,16 imaginem . . ., de qua maxima claritas . . . procedens . . . splendorem . . . reddebat laeta in -u suo. *al. v. et l. 18sqq.* **2** *territorium, confinium – Bezirk, Gemarkung:* GERLAC. annal. a. 1184 p.697,30 dedit Podywin in concambio pro Syloensi -u. CHART. Oelsn. 35 p.63,3 aliorum hominum villas eidem villae adiungens . . . unum ex his -um feci. 47 p.80,4. *ibid. al.* **3** *ambitus (terminorum) – (Grenz-)Verlauf:* CHART. Stir. IV 222 p.140,18 (a.1266) cum . . . prenotatorum -um (*antea:* ductus) terminorum . . . distinxissemus. *expressius i. q. terminus – Grenze:* TRAD. Fuld. I 12 (s. IX.) hic est -us nemoris Abydaffa usque in Fullebah; per rivum eius *eqs.* **4** *area – Bereich, Raum:* CONSUET. Trev. 20 consuetudinem loquendi a predicto tempore habent in -o claustri. **5** *orbis – (Erd-)Kreis:* EKKEH. IV. bened. I 7,44 -us terrę tua discat abhinc iuga ferre.

III in -u, per -um *sim. pro adv.:* **A** *circum – ringsum:* BEDA hist. eccl. 5,2 p.283,26 in -u horridi crines stare videbantur. CHART. Rhen. inf. IV 600 in silvam, quę per -um iacet. RHYTHM. 81,29,1 per -um muris magnis ambitur *Ierusalem.* ARS med. 7 p.428,24 engisoma dicitur ossis divisio, aliquando ex parte, aliquando in -um. ALBERT. M. veget. 4, 102 diffunditur in -u quasi de centro quodam ebulliens *humiditas. al. v. et l.4.* **B** *per gyrum – im Kreis:* Iso Otm. 1,9 cum . . . fundum illius *dolii dissoluti* . . . coadunarent, easdem tabulas . . . in -u erigere coeperunt. FRID. II. IMP. art. ven. 2 p.216,32 ambulavit in -u approximando ad ipsam *avem falconarius.* **C** *per ordinem – der Reihe nach:* ORDO Rom. 23,1 non dicunt . . . kirieleison per -um, sed tantum: '*eqs.*' *fort. add.:* CONSUET. Trev. 21 p.21,12 omnes . . . inclinato . . . more monachico capite in -u humiliantur ante abbatem. **D** *undique – überall:* CHRON. Fred. 4,79 ecclesia . . ., quam . . . ex auro et gemmis . . . ornaverat et condigne in -coito fabrecare preceperat. RIMB. Anscar. 34 p.66,3 cum . . . parroechia . . . in -u vastaretur. **E** *ab exteriore parte – außen (herum):* CHRON. Ven. Alt. p.161,6 construxerunt . . . civitatem . . . et a -u fecerunt turres. THEOPH. sched. 3,90[in.] quae *(rotula)* sit in -u tenuis *eqs.* **F** *interius – im Innern, eingebettet in:* ALBERT. M. veget. 4,99 quaedam *plantae* in -u suae farinae producunt germen suum.

IV *abl.* -u *pro praep. i. q. circa – rings um:* CHRON. Fred. 2,62 p.88,15 omnes inimicos meos -ųto cathedram imperatori video. *Bansa*

circularis, -e.

I *adi.:* **A** *in circulum circumactus, orbiculatus, rotundus – kreisförmig, Kreis-, rund:* **1** *strictius:* **a** *spectat ad lineam:* **α** *gener.:* CHART. Rhen. med. I 404 p.461,35 (a.1101) que *(vinea)* -i ambitu . . . terminatur. URSO gloss. 32 p.64,1 secundum sui motum -em aquea . . . trahit *luna* (ALBERT. M. resurr. 1,1 p.241,57 motus . . . -is est semper in principio et fine. epist. Dion. 9[R] p.999[a],25 assignavit tres motus animae, scilicet -em, rectum et obliquum). FRID. II. IMP. art. ven. 1 p.86,28 in -i . . . convolutione *digiti.* 2 p.138,10 tina . . . sit -is et spatiosa. WILH. SALIC. chirurg. 2,1 p.325[F] fractura *cranei* -is. *al.* **β** *geom.:* ANON. geom. I 3,15 a geometra . . . perpendatur, quatenus circumductio putei -is habeatur. ANON. circ. p.537,19 -is *linea* in modum rotae. ALBERT. M. cael. 1,1,2 p.3,26 (ed. P. Hoßfeld. 1971) *linea* recta et -is. *al. qui circumferentiae est – Umfangs-:* ANON. ad Ragimb. p.536,21 a centro . . . ad -em usque lineam. **b** *spectat ad res circuli formam exhibentes:* **α** *ad orampertinens – zum Rand gehörig, Rand-:* WALTH. AGIL. med. 31 p.131,17 cognoscitur *catarrhus* per grana linee -is in urina. **β** *anulosus – ringförmig:* ALBERT. M. veget. 6,179 habet . . . palma lignum . . . non ex -bus tunicis crescens. **c** *spectat ad sphaeram i. q. globosus – kugelförmig:* METELL. Quir. 69,19 -e lumen. ALBERT. STAD. annal. a. 1243 sub cristallo -i. ALBERT. M. cael. 1,3,9 p.73,65 (ed. P. Hoßfeld. 1971) quod . . . dicatur caelum id, quod est superficierum -ium et motus -is. *al. concavus – hohl, konkav:* ALBERT. M. animal. 1,288 os recipiens habet rotunditates -es, in quibus volvitur os receptum. **2** *latius i. q. per vicissitudinem, per ordinem rediens – im Kreis verlaufend, reihum gehend:* **a** *philos.:* ALBERT. M. pol. 6,4[e] p.587[b],10 est anarchia -is principatus *eqs.* anal. pr.2,2,1 p.714[a],7 de syllogismo -i (*'Zirkelschluß'*). 2,2,5 p.725[b],39 -is ostensio, quae est ⟨os⟩tensio propositionum per se invicem facta. metaph. 5,6,1 p.282,10 (ed. B. Geyer. 1960) tempus . . . est -e. *al.* **b** *alch. et natur.:* PS. AVIC. lap. p.634[a],3 sine qua *(resolutione)* -is metallorum transmutatio non fit ad invicem. ALBERT. M. miner. 3,2,6 p.81[b],16 -is est generatio elementorum. *al.* **c** *mus.:* ANON. IV mus. Coussemaker 1,1 p.335[b],16 sic procedit *ordo* . . ., quousque habueris -em processum. *al.* **d** *math. de numero i. q. quadratus – Quadrat-:* CONSTANT. AFRIC. theor. 10,9 p.54b[r],53 impar *numerus* est causa omnis numeri -is. **e** *de disciplina q. d. encyclios:* REMIG. ALTISS. mus. p.93[b],11 disciplinas cyclicas, tortuosas vel -es; nam -e neque initium neque finem habet *(de interpr. v. RAC V p. 372sqq.).* **B** *ad circulum pertinens – den Kreis betreffend:* **1** *strictius:* PS. BOETH. geom. p.423,24 brevibus datis initiamentis de -bus theorematibus. **2** *latius i. q. ad cyclum pertinens – den Zyklus betreffend:* BEDA temp. rat. 44,9 praefixa . . . regula -i.

II *subst. neutr.:* **A** *quod circuli formam exhibet – Kreisförmiges:* ALBERT. M. metaph. 10,1,1 p.432,24 (ed. B. Geyer. 1964) si quis . . . rectum dicat esse magis unum quam sphaericum sive rotundum vel -e. *v. et l.16.* **B** *plur. fort. i. q. communia – gewöhnliche Dinge:* ALBERT. M. pol. 2,7[e] p.163[b],15 'utili . . . existente audacia', militari scilicet, 'ad nihil -ium' (*p.1269[b],35* ἐγκυκλίων), id est rerum publicarum in circuitu circumstantium.

adv. ***circulariter.** *per gyrum, in circuitu – kreisförmig, im Kreis (herum):* **1** *strictius:* ALFAN. premn. phys. 2,92 hanc . . . animam esse circumferentem -r (*PG 40,580A* σφαιροειδῶς) totum. IOH. WIRZ. descr. 4 p.123,23 templum . . . formam habet . . . -r octogonam *eqs.* CHART. Livon. A I 21 intra . . . fossatum, quod ultra . . . domum -r et directe concurrit ad cornu muri. FRID. II. IMP. art. ven. 1 p.18,22 aqua . . . mota -r recedit a motore. GLOSS. Roger. I A 1,2 p.510,39 caput . . . vulnerari contingit . . . -r. ALBERT. M. anim. 1,2,7 p.37,38 (ed. C. Stroick. 1968) cum diceret *Plato* caelum -r (*p.407[b],6* κύκλῳ) moveri. animal. 20,24 ebullitio spiritus a loco spiritus est -r ad omnem dyametrum. *al. per modum globi – kugelförmig:* ALBERT. M. veget. 6,390 rapa est radix -r diffusa in superficie terrae. **2** *latius:* **a** *per vicissitudinem – im Kreislauf:* CHART. Sangall. A 836 (a.1207) -r annorum facta revolutione. PS. ARIST. pract. p.659[b],45 sunt . . . elementa . . . -r conversiva. ALBERT. M. anal. pr. 2,2,1 p.715[a],12 idem est circulo sive -r aliquid ostendere ei, quod est ex se invicem ostendere. metaph. 5,1,8 p.227,70 (ed. B. Geyer. 1960) ista *(sc. multitudo et numerus)* -r diffiniunt se invicem. ALBERT. M. (?) animal. quaest. 19,7/9 p.306,84 folia post casum -r possunt crescere. *al.* **b** *per ordinem – der Reihe nach:* CAES. HEIST. hom. II p.62[a],5 in quibus *distinctionibus* -r computatio . . . discurrit.

***circularitas,** -atis *f.* **1** *strictius i. q. forma circuli – Kreisform:* ALBERT. M. phys. 6,3,3 p.456[a],2 circulus de una -e in aliam *mutatur* secundum continuum motum, qui circulatio vocatur. cael. 1,3,6 p.69,29 (ed. P. Hoßfeld. 1971) qualitatem elementorum corporeorum, secundum quam ad motum localem disponuntur, quae est rectitudo et -s et gravitas et levitas. **2** *latius i. q. plenitudo – Geschlossenheit:* ANON. IV mus. Coussemaker 1,1 p.333[a],24 sic erit una diminutio diversitatis a sua -e.

circulatim *adv. per gyrum, in circuitu – kreisförmig, im Kreis (herum):* AESCULAPIUS 2 p.3,15 cum . . . -m ambulaverint *scotomatici,* veluti rotae figuli vertiginem conspiciunt. GESTA Karoli M. p.179,29 civitatem circumdederunt a parte Danubii -m usque ad aliud latus Danubii.

circulatio, -onis *f.* **I** *motus circularis – Kreisbewegung:* **A** *strictius:* **1** *in univ.:* **a** *gener.:* FRID. II. IMP. art. ven. 1 p.107,15 propter longitudinem alarum . . . maiorem -em faciunt *aves maiores.* **b** *philos.:* ALBERT. M. cael. 1,1,3 p.8, 27 (ed. P. Hoßfeld. 1971) non est spatium aliquod -is nisi ipse

[Dauser]

circulus. caus. element. 1,2,7 p.613^{b},14 motus *caeli* circumagit ignem perfecta -e et aerem *eqs.* anim. 1,2,7 p.36, 28 (ed. C. Stroick. 1968) motus . . . circuli -o est. *al. v. et p.* 596,56. **2** *c. colore quodam:* **a** *cursus – Umlauf:* ALBERT. M. animal. 20,75 videmus . . . superiora tenere motum diurnum quantum ad -em, quae est vocata diurna. metaph. 11, 2,18 p.506,10 (ed. B. Geyer. 1964) necessarium . . . est quamlibet harum ferentiarum *universi* sive -um moveri a . . . substantia separata. *al.* **b** *actio cingendi – Einkreisung:* RICHER. REM. hist. 1,29 ut . . . exercitus -e exciperentur *hostes.* **B** *latius:* **1** *vicissitudo, circuitus – periodischer Wechsel, Kreislauf:* ALBERT. M. cael. hier. 4,7 p.121^{a},23 si unus aequipotentium *angelorum* reduceret alium, . . . esset ibi -o et confusio ordinis. phys. 1,2,11 p.39^{a},1 Empedocles et sui sequaces infinitas fieri dicunt -es (*cf. p.187^{a},24* περίοδον) ex mixto et in mixtum. **2** *ratiocinandi modus circularis – Zirkelschluß:* ALBERT. M. anal. pr. 2,2,1 p.716^{a}, 37sqq. sicut in prima -e syllogizatur una conclusio ex conclusione et conversa alterius propositionis, sic etiam fit in secunda -e. *al.*

II *de figuris:* **A** *forma circuli – Kreisform:* ALBERT. M. veget. 2,105 egreditur arcus *folii* -em. metaph. 7,3,3 p.359,24 (ed. B. Geyer. 1964) circulus non dicit nisi esse -is. *al. forma sphaerae – Kugelform:* ALBERT. M. cael. 2,2,5 p.136,63 (ed. P. Hoßfeld. 1971) uniformitatem caelum . . . non retinuit, licet . . . sit rotundarum superficierum a -e vera non obliquabilium. **B** *linea circuli – Kreislinie:* **1** *circumferentia – Umfang(slinie):* ANON. geom. I 3,5 perpendatur . . . a geometra, quatenus -o putei perpendiculo perpensa aequalis habeatur. GERB. (?) astrolab. 2,2 in . . . tabulae oris dilatiori -e circulus capricorni . . . inscribitur. **2** *tropicus – Wendekreis:* RICHER. REM. hist. 3,51 quae *(fistula)* aestivalem -em indicaret.

circulator (circum-), -oris *m.* **1** *praestigiator – Gaukler:* METELL. Quir. 2^{a},5 -es, pugiles, equestres. ALBERT. M. eth. 4,1,8 p.285^{b},41 -orum deceptione. p.286^{b},10 aleatores et -es. **2** *per confusionem i. qui circino laborat – einer der mit dem Zirkel arbeitet:* GLOSS. II 389,19 St.-S. -r rizari *([Prud. perist. 10,303].* 563,8 -r sculptor rizzare. *al.).* IV 113,31 circumlator rizzari (135,63). *v. et p.620,37.*

circulo, -avi, -atum, -are. *?depon.: l.55.*

1 *trans.:* **a** *ambire – umkreisen:* CARM. de Lamb. 1,5 quod . . . celsior ac reliquis subiectum -et *Saturnus* orbem. *expressius i. q. saeviendo ambire – toben, wüten (um):* ANSELM. GEMBL. chron. a.1117 p.376,43 turbines . . . urbem -verunt. p.376,48 ignis . . . civitatem -vit. **b** *circumdare – umgeben:* METELL. Quir. 70,28 cereus tumbam -ans. **c** *circulis ornare – mit einem Kreismuster schmücken:* CHART. episc. Hild. I 583 (c.1203) unam *pallam altaris* de auro -tam, aliam stellatam (*cf.* CHRON. Hild. 25). **d** *circulo coronare – mit einem Kronreif schmücken:* ARNOLD. LUB. chron. 6,2 p.214,3 regina regio diademate non tamen coronata, sed -ta processit. **2** *medial. i. q. gyrare – kreisen:* **a** *strictius:* ALBERT. M. phys. 8,3,3 p.606^{a}, 31 hoc non movetur -ando, sed reflectendo. *al. fort. huc spectat:* VITA Macar. 63 (MGScript. XV p.619,55; c. 1069) duo . . . -ti orbes . . . apparuerunt in aere similes coronarum. **b** *latius i. q. numerum quadratum esse – eine Quadratzahl sein:* CONSTANT. AFRIC. theor. 10,9 p.54^{b},50 si his quattuor iungamus impar illud, quod vicinatur naturaliter tribus, id est V, fit IX et hic numerus . . . -atur. *al.*

adi. **circulatus,** -a, -um. **1** *strictius:* **a** *crispatus – gekräuselt:* ALCUIN. epist. 19 p.56,3 princeps apostolorum . . . feminas a . . . -is capillis prohibuit. **b** *rotundus – rund, aalförmig:* HONOR. AUGUST. cant. 1,9/10 p.375^{D} murena est piscis . . . -us et conglobatus. **2** *latius de numero i. q. quadratus – Quadrat-:* CONSTANT. AFRIC. theor. 10,9 p.54^{b},43 numerus . . . -us et quadrangulus.

***circulosus,** -a, -um. *circularis – kreisförmig:* HONOR. AUGUST. gemm. 1,100 per o, quod -o orbe undique clauditur.

circulus, -i *m. (n.* -um: *p.600,33.601,14.19.28. al.) script.:* -col-: ORDO Rom. 16,53. -cl-: *p.601,32. adde* CHART. Rhen. med. I 135,112.

I *linea rotunda in se revertens, orbis, arcus – Kreis(linie, -bogen):* **A** *proprie:* **1** *geom.:* GERB. geom. 4,5 -us aequaliter a puncto circumductus. MATHEM. var. Bubnov p. 289,30 mensuram . . . -i, quo orbis includitur. *al. expressius i. q. circumferentia – Umfang:* ANON. geom. I 4,41 ex diametro -um sic quaeras. ADALBOLD. sphaer. 7 -us sphaerae. *al.* **2** *astron. et astrol.:* **a** *strictius de lineis vel zonis caelestibus (terrae: l.18) ab astronomis fictis vel in astrolabio positis:* **α** *in univ.:* BEDA temp. rat. 34,4 aequinoctialis vel solstitialis . . . -i vel zonae. EPIST. var. III 32 p.199,26 ad australem -um, quem mesembrinum Greci vocant (*cf.* ALBERT. M. meteor. 3,1,22 p.608^{b},39 -us meridiei). GERB. epist. math. I 3,1 p.25,21 sphaera . . . ad coelestes -os vel signa osten⟨den⟩da componitur. GERB. (?) astrolab. 2,2 p. 118,25 -us cancri tropicus aestivus dicitur. 12 ut per gradum solis -us diei, sic per nadair -us noctis . . . acquiritur. RICHER. REM. hist. 3,51 -os visibus inexpertos. HONOR. AUGUST. imag. 2,15 primus -us ab India . . . ad columnas Herculis pervenit. ALBERT. M. meteor. 1,3,1 p.499^{b},9 -us . . . altitudinis. 3,1,22 p.608^{b},32 sunt . . . quinque -i magni *eqs.* veget. 1,45 plantam indigere . . . tempore accessus solis in obliquo -o. summ. theol. I 17,68,4 p.708^{b},10 quem -um colurum vocant. *al.* **β** *de cursu stellarum:* RICHER. REM. hist. 3,52 errantium . . . siderum -i. ALBERT. M. serm. 2 (SBMünch. 1966/III. p.31, 27) ubi se -i *solis et lunae* intersecant inter gradus XII. *al. expressius i. q. tempus cursūs – Umlaufszeit:* BEDA temp. rat. 11,25 propter lunae -um, qui XXVIIII semis diebus constat. **b** *latius:* **α** *de zodiaco:* BEDA temp. rat. 6,68 initium zodiaci -i. HROTSV. Abr. 2,5 zodiacum percurres -um. *al. expressius de domibus zodiaci vel horoscopo:* ALBERT. M. animal. 20,68 orbis, qui . . . duodecim -orum comparatione componitur, qui duodecim domus vocantur. nat. anim. 2,7 p.31,2 quod cuiuslibet nativitatis -us duodecim domorum contineat -os. p.31,34 sicut distat -us a stella *principanti,* ita distat vita . . . animae a vita . . . dei illius, qui credidit ipsam corpori. *al.* **β** *de via lactea:* GUNZO epist. 14 p.48,12 zodiaci atque lactei connexionem -i propriis lineis complectitur *geometria.* WIDUK. gest. 1,13 p.23,9 ut Iringis nomine . . . lacteus caeli -us . . . sit notatus. **γ** *de orbibus in caelo interdum apparentibus:* ANNAL. Xant. a.868 p.25,24 -i duo magni apparuerunt in caelo. BRUNO QUERF. fratr. 16 videtur super . . . ecclesiam quasi -us. ANNAL. Brunw. a.1147 -us . . . maximo rotatu ferebatur. *al.* **3** *philos.:* ALBERT. M. anim. 1,2,7 p.36,23 (ed. C. Stroick. 1968) oportet, quod intellectus sit . . . -us (*p.407^{a},20* κύκλον). metaph. 7,3,3 p.359,21 (ed. B. Geyer. 1964) -us nominat quantum integrum rotundum. 7,3,6 (ibid. p.362,39) quaeritur . . . de hoc, quod est -um esse in eo, quod est -us. *adde:* HILDEG. epist. I 127 p. 353^{A} quicunque . . . dicit, quod . . . divinitas non sit Deus, hic nominat punctum absque -o. **4** *usu vario (huc spectare possunt etiam exempla infra allata, e. g. p.601,10.15):* NOTKER. BALB. gest. 1,8 p.10,23 cervicem in modum -i contorquens *cantor.* RATHER. epist. 25 p.131,18 (synod.) oblatam recta cruce signate, id est, non in -o et varicatione digitorum. DIPL. Heinr. II. 418 quae *(forestis)* . . . -um pro⟨secuta . . . in Fuldam⟩. . . pergiratur. THEOPH. sched. 3,42 tolle ferrum . . ., quod foramen habet in cuspide, cuius percussura subtilissimum -um fac. CATAL. thes. Germ. I 111,4 (Mittelalterl. Schatzverz. I. 1967) una *casula* plava cum -is et aurifrigis. FRID. II. IMP. art. ven. 1 p.78,19 ala facit in suo motu portiones -i. *al. in re magica:* CAES. HEIST. mirac. I 5,2 p.277,8 -i legem infra -um posito praedixit. CHRON. Albr. a.1233 p.932,21 fecit . . . -um cum caracteribus suis. *al.* **B** *meton. de rebus orbis formam exhibentibus:* **1** *praevalente notione circumscriptionis:* **a** *strictius i. q. margo (rotunda), ora – (kreisförmige) Einfassung, Rand:* **α** *in univ.:* VITA Ioh. Gualb. 10 (MGScript. XXX p.1109,5; a.1092/1120) circumposuit ipsi *(capitis velamento)* extrinsecus causa ornatus -um de alba pelle. CAES. HEIST. mirac. I 9,14 -us et litterae *hostiae.* CATAL. thes. Germ. I 45,54 (Mittelalterl. Schatzverz. I. 1967) concavitas eius *(acerrae)* patebat in dorso, ubi et -us argenteus cum literis Grecis ambiebat. *al.*

[Dauser]

remissius de nimbo: EKKEH. IV. cas. 45med. cum reliquisset -i (*'Mandorla' ed. in nota)* planitiem vacuam. CASUS Petrish. 1,22 aureum circa caput -um habebat. *al.* β *medic.: tegumentum circa vulnus positum – Schutzring um die Wunde:* ROGER. SALERN. chirurg. 4,132 facto -o de cera vel pasta. ALBERT. M. animal. 22,63 oportet -um pastae vel argillae . . . circumponere inter sanum locum et laesum. *al. sedimen (in ora vasis urinae exsistens) – Sedimentkreis (im Uringlas), 'Zirkel':* MAURUS urin. II p.41,19 prima regio *(urinae)* dicitur -us. *al.* **b** *latius:* α *saepimentum, vallum, murus burgi – Umfriedung, Ringwall, Burgmauer:* NOTKER. BALB. gest. 2,1 p.49,19 terra . . . Hunorum VIIII -is cingebatur. p.49,20 alios -os nisi vimineos cogitare nescius. CHART. Meckl. 284 p.268,6 illius ville burgwerk et brukewerk . . ., -um scilicet urbis Magnopolis. *al.* β *ambitus molarum – Einfassung der Mühlsteine:* ALBERT. M. animal. 12,210 -us ligneus, qui est circa molares molendini, continet lapides molares. *al.* **2** *praevalente respectu formae rotundae i. q. anulus, trochus – Reif(en), Ring (cf.* GLOSS. III 373,41 St.-S. -us reif. 375,25 -us rinc. *saepe):* **a** *strictius de orbibus ex ligno vel metallo factis:* α *de diademate:* ANNAL. Rom. p.469,17 princebs . . . -um, quod ab antiquitus Romani coronabant patricios, . . . in capite posuit suo (*cf.* BENZO ad Heinr. 1,9 p.603,4 cum . . . mitra, cui superponit *imperator* patricialem -um. PETR. CAS. [?] chron. 4,119 p.835, 11). COSMAS chron. 2,37 p.135,5 regalem. CONST. I 170 p. 236,32 ut liceat . . . duci . . . illis temporibus, quibus nos coronam . . . portamus, . . . -um portare. *al. spectat ad phrygium papae (de re v. P. E. Schramm, Herrschaftszeichen und Staatssymbolik. I. 1954. p.63):* BENZO ad Heinr. 7,2 p. 672,7 legebatur . . . in inferiori -o . . . serti ita: *'eqs.'* β *de vinculis, boiis:* VITA Audoini 5 (MGMer. V p.557,8; s. VIII.in.) membra -orum denotatione constricta. ALCUIN. Willibr. 1,27 (MGMer. VII p.136,11) in ecclesia . . . -i pendentes testes *resolutionis* sunt. RATHER. Metr. 6 p.458c -um capularem. CAES. HEIST. mirac. II 2,38 p.122,14 -o ferreo ventrem . . . cinxerat *sanctimonialis. al. adde:* ORD. iud. Dei B 1,7 Iudeo . . . -us ex rubo in collo imponatur. γ *de ansis, apparatibus suspendendi sim.:* ANGILB. eccl. Cent. 3 p.177,26 cloccae . . . XV cum earum -is (*cf.* CATAL. thes. Germ. I 82,35 [Mittelalterl. Schatzverz. I. 1967] -os II argenteos, cuprinos III. HARIULF. chron. 3,3 p.87,31 ex aere -i ad signa pendentes. *al.*). LEX Frision. iud. Wul. 10 cum -o harpare. GERB. (?) astrolab. 2,6 suspendiculares . . . -i. BOVO SITH. Bert. 16 ferreis -is clavisque artatur *scrinium.* THEOD. HIRS. loc. sanct. 20 p.53,5 extracto . . . eius *(portae)* -o. FRID. II. IMP. art. ven. 2 p.176,22 -us unus ligneus . . . habeatur *eqs.* ALBERT. M. animal. 2,30 ponitur -us in naribus *vaccae. al. v. et vol. I. p.1312,42. alleg.:* HRABAN. univ. 14,21 p.394D quatuor -i aurei *arcae* . . . quatuor evangeliorum libri. HONOR. AUGUST. gemm. 1,12 -us *thuribuli* . . . est divinitas. δ *de ligaminibus (plerumque doliorum; aliter: l.56):* LEG. Wisig. 8,3,8 dum de silva . . . -os ad cupas . . . asportare presumat. CONC. Karol. 53 p.693,21 ad abbatis cellarium per vindemias de -is carra X. THEOPH. sched. 3,84 p.321,31 circumpone *argillae* ferreos -os. 3,91 fiunt . . . ex ferro -i tenues, qui ponuntur in manubriis ferramentorum. CHART. Argent. I 616,113 p.475,13 cuparii . . . -is ligaminibusque datis . . . facient omnia, quecunque necessaria habuerit episcopus . . . ad balnea. REGISTR. Trident. I 116 p.98,24 partem de -is et scandulis. CHART. Rhen. med. II app. 15 p.399,16 debet . . . I tonnam ligare cum suis -is salicibus. app. 16 p.456,36 dat . . . XIIII sectiles -os. *al. de signo tabernae:* DAVID compos. 3, 29,1 -us ad tabernam potum venalem designat. CONR. MUR. summ. p.168,10 (ed. W. Kronbichler. 1968). ε *usu vario:* RICHER. REM. hist. 3,52 *sphaeram* ex solis -is constantem. MIRAC. Annon. 2,24 (Siegburg. Stud. III. 1966) vovit . . . argenteum -um pro latitudine capitis sui. GLOSS. Roger. I A 3,1 p.661,2 est *instrumentum* ad modum -i factum inferius et coartatum . . . ad modum serre. **b** *latius:* α *de aedificiis i. q. structura rotunda – Rundbau:* THEOD. TUIT. benef. (MG Script. XIV p.563,31) sanctuarium admodum angustum adiectione medii -i ampliavit. *alleg.:* CAND. FULD. Eigil. I 17 -us . . . ecclesiae . . . regnum perpetuae maiestatis . . . significare videtur (*sim.* II 21,33). β *de opere pistorio i. q. spira (panis) – (Brot-)Ring:* METELL. Quir. 23,12 -um de pane . . ., quem volebat . . . offerendum mysticum sacris dare brachiale. CHART. Basil. C I 238 pro . . . sex -is panis consueti. 326 pro duobus -is simile. II 40 pro . . . duobus -is dandis nomine revisorii. *ibid. saepius (v. ind.).* γ *de tonsura i. q. corona crinium – Haarkranz (plerumque alleg.):* AMALAR. off. 2,5,4 -us . . . capillorum virtutem aequalitatis . . . significat. HONOR. AUGUST. gemm. 1,194 per -um . . . crineum spineam coronam praeferimus. CASUS Petrish. praef. 13 -us ex capillis. *al. cf. p.601,23sqq.* δ *de partibus corporis curvis:* HILDEG. div. op. 1,2,27 p.771D qui *(oculus)* aquosum -um infra albedinem . . . habet (*cf.* BENVEN. GRAFF. ocul. B 2 p.9,10 -us clarus. ALBERT. M. animal. 1,148 -i, qui . . . ambiunt pupillas). NICOL. anat. 730 *haemorrhoidae* terminantur in pudico -o. ALBERT. M. animal. 1,261 *(de cartillaginibus gurgulionis)* ante portionem -i est a latere foraminis . . . additamentum duplex (1,419 ac si -us cartillaginis positus sit super -um). *al.* ε *de pallio (alleg.):* AMALAR. off. 2,23,2 -us circa collum disciplina est Domini. HONOR. AUGUST. gemm. 1,222 -us, quo pontifex circa collum circumdatur, est torques aureus, qui legitime certantibus in praemio datur. *al.* ζ *de candela i. q. spira cerae – Wachsstock:* CASUS Petrish. 4,16 flamma . . . cum consumpsisset, quod erectum erat de -o candelae. *ibid. al.* **3** in -is *i. q. catervatim – in Scharen:* ANNAL. Basil. a.1277 p.201,19 frequentaverunt ecclesias in -is *(v. notam ed.).* **C** *translate i. q. circuitus, cursus (constans), reversio (periodica) – Kreislauf, (regelmäßiger) Ablauf, (periodische) Wiederkehr:* **1** *astron.:* **a** *strictius:* CONC. Merov. p.108, 12 intra anni -um. RHYTHM. 38,4,1 dena quater . . . peracta . . . . . annorum -a. 118,7,2 quingenti . . . -i (*sc. annorum; cf.* PAUL. DIAC. carm. 2,6,3 octodecem et quingenti peracti sunt -i). VITA Sollemn. 9 (MGMer. VII p.319,6) aureus anni -us dierum. PAUL. DIAC. carm. 28,3 explevit necdum vitae tibi -us annum. VITA Gang. I 10 (MGMer. II p.164,10) consummato . . . praesentis aevi -o. CHRON. Afflig. 11 p.412,28 infra unius mensis -um. *saepe.* **b** *latius i. q. cyclus – Zyklus:* RHYTHM. 113,11,1 pro solari -o per vigenos et octonos reliquos *annos* diviseris. 115,7,2 qui *(aucti dies)* sunt septem in noveno atque deno -o. ALCUIN. epist. 126 p.185,16 anno -i decennovenalis novissimo. RUOTG. Brun. 5 p.6,16 sexagesimo tercio indictionum -o. ANNAL. Quedl. p.31,36 primus Dionysii -us inchoat anno . . . DXXXII. ALBERT. M. animal. 5,38 in quindecim diebus, hoc est in duobus -is horariis planetarum. *al. meton. i. q. index – Tabelle:* BEDA hist. eccl. 5,21 p.341,31 -os . . . temporum instantium vobis mittere supersedimus. *al.* **2** *medic. i. q. impetus morbi periodicus – periodischer Anfall:* AURELIUS 1 p.490,6 solet . . . in tritaicis *febribus* levari -us. AESCULAPIUS 20 p.26,42 *anhelitu laborantes* secundum -i tempus occupantur. **3** *philos.:* **a** *strictius i. q. ratiocinandi modus circularis – Zirkelschluß:* ALBERT. M. anal. pr. 2,2,1 p.715b,47 dicitur -us fieri ex conclusione et conversa alterius praemissarum. metaph. 4,2,2 p.174,14 (ed. B. Geyer. 1960) -o non potest fieri demonstratio. *al.* **b** *latius:* EKKEH. IV. bened. I 41,28 -us egreditur fidei, qua ceptus initur. ALBERT. M. animal. 8,232 fantasia . . . perficitur . . . calido . . ., quod per naturam -i unum propellit ad aliud. **4** *mus.:* WILH. HIRS. mus. 33 p.68,3 -i troporum sunt, cum cantus singulorum in regulari suo cursu ductus et reductus ad finalem suam saepius recurrit. **5** *usu communi fort. i. q. motus, conversatio – viell.: Bewegung, (Lebens-)Wandel:* HILDEG. epist. I 75 p.298A ut cum -us animae tuae fuerit otiosus, aedificium *bonorum operum* . . . inveniat.

II *area circumferenti linea inclusa – Kreis(fläche), Scheibe (huc spectare possunt etiam exempla supra allata, e. g. p.599,2sq.):* **A** *strictius:* **1** *geom.:* Ps. BOETH. geom. p.378, 15 -i aequales sunt, quorum diametri aequales sunt. MATHEM. var. Bubnov p.288,4 qua ratione fiat -us quadrato aequus. ALBERT. M. phys. 1,1,1 p.2b,18 -us est figura plana, una linea

[Dauser]

contenta *eqs.* cael. 2,2,1 p.125,58 (ed. P. Hoßfeld. 1971) -us (*p.286b,18* κύκλος) est ante omnes figuras superficiales. *al. (v. ind.)* **2** *astron.:* **a** *de plenilunio:* ALDH. virg. I 9 p.237,5 teres lunaris globi -us. CATAL. reg. Franc. (MGMer. VII p.507,4) in quo anno . . . lunae -um XIII., XIIII., XII. kal. Apr. URSO gloss. 32 p.64,21 secundum sui -i quadraturam . . . ad expellenda aquea . . . virtutem expulsivam coadunat *luna. al. de eclipsi:* BERNOLD. CONST. chron. a.1093 p.457,7 ut -us . . . in illo *(sole)* appareret. **b** *de orbe plagarum:* FROUM. epist. 45 in uno *folio* erat -us continens scripturam quattuor plagarum mundi. *adde:* FUND. Schild. 5 *artifices* -o . . . quadrato punctum . . . orientis fixerunt. **3** *usu vario:* **a** *in univ.:* VITA Bertini 8 (MGMer. VII p.181,20; s. IX.) apparuit -um roris in circuitu humidum. IOH. CANAP. Adalb. 28 p.593,42 formam -i . . . monstrat *insula.* **b** *c. colore quodam:* **α** *de maculis:* ALBERT. M. animal. 22,53 qui *(equi)* quasi -is parvis interpositis nigros albis immixtos habent pilos. MOSES PANORM. marisc. 2 p.149,10 equus, cui patent in pilis pellis sue duo -a similantia -is, que sunt in flanchis. *al.* **β** *de imagine rotunda:* EKKEH. IV. cas. 127 p.411, 14 pictor ita decorus, ut in laquearis . . . ecclesiae -o videre est. **γ** *de cauda pavonis:* ALDH. virg. I 9 p.237,12 licet . . . pavonis gloria tereti -orum rotunditate praecellat. **δ** *de tonsura (cf. p.600,8sqq.):* ARNO REICHERSB. scut. p.1503D mos . . . haereticorum . . . in summitate capitis -um radentium *eqs.* **ε** *de campo:* LEX Ribv. 69,5 cum XII ad stafflo regis in -o et in colore . . . coniurare studeat *(v. notam ed. p.168sq.).* CHART. Rhen. inf. I 433 p.302,36 (a.1169) eques in -o, quod warf dicitur, incedere debet ad custodiendum -um. CHART. civ. Magd. 100 p.52,46 aliquem in . . . -o fuste ledere. *al.* *(?) de Circo Maximo:* ANNAL. Rom. p.478,12 altera pugna . . . commiserunt in circlo maiore. **B** *latius:* **1** *regio circumsita, territorium – Bereich, Umkreis, Bezirk:* CHRON. Noval. 5,13 quae *(caro)* viva redolevit pene -um Italiae. WILH. HIRS. const. 1,44 p.976C in -o ianuae. HILDEG. Disib. 31 cuius *(montis)* -us longus et latus est. ALEX. MIN. apoc. 3, 10 historia . . . -um Romani imperii orbem appellat. *fort. add.:* LIBELL. de Willig. 4 p.745,25 in omni -o loca sua peragravit tempore certo. **2** *circus (orbis) – (Erden-)Rund:* IONAS BOB. Columb. 1,27 p.217,5 paginali . . . stilo orbis discribere -um (VITA Mathild. II 17 p.295,28 in hac die celebratur per -um o. *vigilia.* OTTO FRISING. chron. 3 prol. p. 134,1 per totum o. -um mundus attritus malis. *al.*).

III *sphaera – Kugel, Sphäre (de hemisphaerio ut vid.: l.49):* **A** *geom.:* ANON. geom. I 4,52 -i inaurarturam. ADALBOLD. sphaer. 2 -i crassitudo. *al.* **B** *astron.:* BOVO CORB. Boeth. 16 planetae, quae altiori -o feruntur, acutioris soni melodiam suo concitent cursu. ALBERT. M. veget. 2,69 que figura *(arboris)* . . . causatur ex figura -orum sex signorum. 2,78 in concavo coelestis -i. *al.* **C** *usu communi:* **1** *de oculo (cf. p.600,14sqq.):* ARNOLD. RATISB. Emm. 2,18 p.562b,58 oculares -os suspendi in ecclesia. HILDEG. scivias 3,7 p.649C -us oculi tui habet duo perlucida in se, unum tamen habitaculum existens. **2** *de caepa i. q. bulbus – Knolle:* ALBERT. M. veget. 6,295 in tunicis inferioris -i. *Dauser*

circum *adv. et praep.*

1 *adv.:* *in circuitu, ab omnibus partibus – ringsherum, ringsum:* BEDA hist. eccl. 3,17 p.160,25 sola illa destina . . . ab ignibus -m cuncta vorantibus absumi non potuit. WALAHFR. Mamm. 24,12 ut facta silentia -m sensit. hort. 138 ante . . . quam . . . arida -m restiterit cutis. CAND. FULD. Eigil. II 17,103 turba . . . premens cum lumine -m vi multa *eqs.* ERMENR. ad Grim. 35capit. de fluminibus ipsius terrae et gentibus -m. DIPL. Otton. III. 374 p.801,13 infra . . . civitatem ac praedictum spacium -m ingredi. GLOSS. Roger. I A 4,3 p. 711,39 ne partes carnose -m ledantur (circumledantur *ed.*). *al. abund.:* MARIAN. chron. a. Chr. 263 p.519,11 ut cognoscant omnes -m circumastantes. **2** *praep. c. acc. (postpon.: l.70. p.602,1sq.):* περί – *rings um:* ALDH. ad Acirc. 106,11 *(de Scylla)* pignora . . ., quae latrant inguina -m. BEDA hist. eccl. 4,14 p.238,17 bini aestus oceani, qui -m Brittaniam ex . . . oceano septentrionali erumpunt. HRABAN. carm. 13,31 cum *hostis* pergit ovilia -m. WANDALB. mens. 15 captare volucres, per campos volitant, colles quae et flumina -m. *al. Payr*

circumactio, -onis *f.* **1** *circumferentia – Umfang:* GERB. (?) astrolab. 2,2 qui *(circulus astrolabio inscriptus)* . . . quantum centro est vicinior, tantum -e (circuitione, circuitu *var. l.*) contractior. **2** *ambitus – Umlauf:* ALBERT. M. epist. Dion. 7,4J p.922a,22 convertitur *caelum* rursus ad locum, unde regredi coeperat . . . 'ita supernaturalissimis -bus', id est miraculosis circumvolutionibus 'contrariis' (*PG 3,1080D* ἀντιπεριαγωγαῖς).

circumadiacens (circuad-), -entis. **1** *adi.:* *in circuitu contiguus – ringsum liegend:* MIRAC. Hucberti 1,6 p.909,44 per quedam -ia loca. MIRAC. Columb. 10 (MGScript. XXX p.1002,27) cum clericis de -bus plebibus. FUND. Brunw. 14 p. 133,34 omnem -em *(sc. circa sanctum)* regionem. CHART. Gosl. I 346 p.371,24 cum duobus molendinis cum -bus pratis. CHART. Oelsn. 46 p.77,5 villas cum parvis villis -bus et aliis pertinenciis suis. DIPL. Pipp. 34 p.49,35 (spur. s. XII.) sepulturam -ium proborum hominum. *al.* **2** *subst. neutr. plur.:* *possessiones in circuitu contiguae – ringsum liegende Besitzungen:* GESTA Trud. cont. I 12,14 p.311,32 milites per omnia nostra circuadiacentia se diffuderunt.

***circumadiacentia,** -ae *f.* *territorium in circuitu contiguum (et pertinens) – ringsum liegendes (und zugehöriges) Gebiet:* DIPL. Conr. II. 203 p.274,25 terram . . . cum omnibus suis integritatibus, finibus et c⟨ircuma⟩diacentiis (*inde* DIPL. Heinr. III. 139 p.175,3). GALB. Karol. 114 p.614,42 conquisitis -is villarum circa Gandavum.

circumadsto *v.* circumasto.

***circumaedificatio,** -onis *f.* *saeptio in circuitu facta – Einfriedung:* IOH. WIRZ. descr. 16 p.164,19 locus -e aliquantula a publico usu discretus.

circumaedifico, -atum, -are. *circumstruere – rings umbauen:* THEOD. HIRS. loc. sanct. 33 p.79,5 est . . . praesepe marmore . . . -tum. *per compar.:* HILDEG. scivias 3,2 p. 580D Abraham et Moses speculativam scientiam circumtegebant, quasi eam -rent cum pretiosis lapidibus.

***circumagito,** -are. **1** *in gyrum trudere – herumtreiben:* DAVID compos. 3,34,3 p.236,3 Dalila . . . tradidit eum *(Samsonem)* . . . ad molam trahendum, -andum. **2** *huc illuc movere – umherbewegen:* ALBERT. M. meteor. 3,2,7 p.623a,47 *aqua* sub terra diffunditur et superiora -at.

circumago, -egi, -actum, -ere. *in tmesi: l.54.*

1 *in gyrum movere – im Kreise, in einer Kreisbahn bewegen:* **a** *proprie:* AGIUS vita Hath. 11 cum rota, quam fluvius subtercurrens . . . -egerat. ALBERT. M. epist. Dion. 7,4H p.921b,43 sol et luna 'non -bantur' (*PG 3,1080C* οὐ συμπεριήγετο), id est non movebantur circulariter. **b** *translate i. q. consummari – sich vollenden:* BEDA temp. rat. 47,66 DXXXII annis circulus paschalis -itur. **2** *circumvenire – umzingeln:* RIMB. Anscar. 33 p.64,25 latrocinantium insidiis -tus. ROD. GLAB. hist. 1,9 p.12,21 Sarraceni . . . -ti ab exercitu Willelmi. **3** *in circuitu producere – ringsum hervortreiben:* WALAHFR. hort. 164 lucet agens circum lomenti bulla salivam. **4** *huc illuc ducere – umherführen:* RUOTG. Brun. 8 p.9,9 quocumque . . . -bantur tabernacula aut castra regalia. *mus. de melodia:* HUCBALD. harm. inst. p.119a,31 ultra citraque variabiliter -ta *cantilena.* **5** *huc illuc pellere – umhertreiben:* VITA Serv. 53 p.124,12 rates . . . turbines . . . -bant. VITA Eberh. Salisb. I 13 p.84,6 dum siti . . . -retur. *al. in imag.:* GERHOH. psalm. 35,6 p.425,15 vento vehementi sancti spiritus -ente.

***circumagro,** -atum, -are. *circumequitare – umreiten:* WILLIB. Bonif. 9 p.57,12 -to colle.

circumambio, -itum, -ire. *circumdare – rings umgeben:* ROB. TOR. chron. a.1124 p.487,55 civitas . . . dupplici muro -ta. CHART. Burgenl. I 364 metis antiquis, quibus -itur *terra.* ALBERT. M. animal. 17,25 testa autem ovi assimilatur telae -enti matricem.

***circumambulativus,** -a, -um. **1** *huc illuc gradiens – hin und her gehend:* ALBERT. M. summ. theol. II 9,33,2 p. 368a,38 *angelus* mobilis et -us in Dei obedientia. **2** *huc illuc*

[Kohlwes]

se movens – sich umherbewegend: TRACT. de aegr. cur. p.219, 34 dolor -us prohibens infirmum de latere in latus mutare.

circumambulo, -are. **1** *huc illuc ire – umhergehen:* ADO VIENN. Theud. 9 (MGMer. III p.528,17) vir Dei -ans iuxta Iairam fluvium. **2** *a lateribus incedere – zur Seite gehen:* WERR. (?) Albert. 39 (MGScript. XXV p.163,18; c. 1193) quorum *(satellitum)* qui . . . -bant militi Olivero.

circumamicio (circuam-), -ctum, -ire. **1** *undique induere – ringsum bekleiden:* **a** *proprie:* NOTKER. BALB. gest. 2,17 p.86,21 quidam de gliribus -ti procedebant. ROB. TOR. chron. a.1141 imperatrix . . . circuamicta vestibus albis. *al.* **b** *in imag.:* ALDH. virg. I 15 regina . . . -ta meritorum varietate ([*Itala psalm. 44,10 cod. Veron.*]. CHART. episc. Hild. II 789 p.400,14 [a.1247] ecclesia . . . -ta v.). ELIS. SCHON. vis. 2,9 p. 44,8 Petrum et Paulum . . . claritate -tos. **2** *undique inducere – ringsum überziehen:* CONSTANT. AFRIC. theor. 3,24 p. 12b^{V} pellicula, unde bucca circuminduitur, pellicule circumamittenti (-enti *ed. Basil., recte ut vid.*) os stomachi et ipsum stomachum connectitur. **3** *in circuitu astruere – ringsum anbauen:* GESTA Trev. cont. I 7 p.181,2 hanc *ecclesiam* . . . eisdem columpnis quasi -tis (circumactis *B1*) basibus . . . resolidavit *episcopus.*

***circumamictio,** -onis *f. indumentum – Gewand (in imag.):* HILDEG. epist. I 12 p.165^{D} vestimentum obedientiae -o humanitatis Domini est.

circumamitto *v.* circumamicio *l.17.*

circumamplector, -i. *circumdare, complecti – rings umgeben, umfassen:* HILDEG. scivias 3,11 p.722^{B} fetor ille diabolicam elationem -ens. div. op. 2,5,1 p.902^{A} ut eaedem alae eamdem mediam rotunditatem *terrae* extra firmamentum -endo tegerent (*sim.* 2,5,10 p.911^{B}).

***circumapprehensivus,** -a, -um. *circumamplectens – rings umfassend:* ALBERT. M. summ. theol. I 3,13,1 p.53^{a},25 omnium . . . *Deus* existens -us (*Ps. Dion. PG 3,593^{A}* περιληπτική *sc.* ἀκτίς) et comprehensivus et praeapprehensivus.

***circumapto,** -atum, -are. *in circuitu addere – ringsum hinzufügen:* COD. Lauresh. 95 p.378,11 monasticis mansionibus congrue -tis *(sc. monasterio).*

***circumassidentes,** -ium *m. qui in circuitu assident – die im Umkreis Dabeisitzenden:* WOLFHER. Godeh. I 34 p. 192,38 -ium concivit suffragium *Sophia.*

circumasto (-adsto, circum asto), -are. *in circuitu astare – im Umkreis dabeistehen:* DIPL. Otton. I. 399 p.543, 24 ibi *(sc. in placito regis)* . . . residentibus . . . scabinis . . . et reliquis pluribus -bus. DESID. CAS. dial. 3,3 p.1145,27 puerum . . . cum his, qui -bant, loquentem. CHART. Raitenh. 293 quod Hainricus . . . mansum suum . . . multis -bus . . . obtulerit.

adi. **circumastans,** -antis. *in circuitu astans – im Umkreis dabeistehend:* DIPL. Loth. II. 15 p.407,26 (ed. Th. Schieffer. 1966) consilio . . . optimatum . . . nostrorum -adstantium. CHART. Old. VIII 3 testes . . . in atrio ecclesie circum astantes. *in imag. c. sensu arcendi:* AGNELL. lib. pont. 29 pone, Domine, custodiam ori meo et hostia -adstantia labiis meis *(cf. Vulg. psalm. 140,3).*

subst. **circumastantes,** -ium *m. qui in circuitu astant – die im Umkreis Dabeistehenden:* IONAS BOB. Columb. 1,28 p.217,21 regi et omnibus -adstantibus. VITA Burch. Wirz. 6 omnium -ium nares. BERNOLD. CONST. chron. a.1087 p.446,47 rogavit *schismaticus* -es. *al. v. et p.601,68.*

***circumbrevis** *subst. amphibrachys – Amphibrachys: v. vol. I. p.585,25.*

***circumcapio,** -captum, -ere. **1** *occupatum tenere – in Besitz halten:* DIPL. Ludow. Germ. 38 quicquid *terrae* . . . Ratpero clericus -bat. **2** *cingere – umschließen:* RUODLIEB XV 66 anulus . . . digitum -it undique totum. GESTA Karoli M. p.156,21 firmitate sepium et arborum -ta *curia.*

circumcellio (circellio, circillio), -onis *m. monachus vel clericus vagans – umherziehender Mönch oder Kleriker (cf.* GLOSS. II 121,34 St.-S. -um slophezaro. III 180,45 -o monachus vagans lŏfere. IV 199,29 -o umbigengil. *al.):* ARDO Bened. 29 p.211,22 circillionem . . . suarum animarum . . . oratorem . . . clamabant. NOTKER. BALB. gest. 1,8 p.10,17 quidam clericus de -bus (*syn.* coctio), ignarus disciplinę Karoli. EPIST. Hann. 108 p.184,25 per sarabaitas tuos et -es (circelliones *H*). BENZO ad Heinr. 5,1 p.648,30 pellatur ab urbe -o. LIBER de unit. eccl. 2,41 p.273,1 monachi . . . invadunt parochias alterius episcopi, quales dicuntur -es iuxta sententiam . . . Augustini *(in psalm. 132,2).* WIBALD. epist. 294 p.420,30 in Hasteriensi monasterio erant duo -es *eqs.*

circumcido, -cidi, -cisum, -ere. *undique amputare, incidere – ringsum ab-, ein-, beschneiden:* **1** *spectat ad res:* LEG. Wisig. 7,6,2 qui solidos adulteraverit, -erit sive raserit (*cf.* CHART. Sangall. A 882,10 ut nullus denarium aliquem -at). THEOPH. sched. 3,60 p.255,15 cum illo *(ferro)* ex omni parte -es *ceram.* 3,81 p.311,28 partes *ligneae* . . . -antur . . . et radantur. *dissecare – zerteilen:* WENR. carm. 316 (MittellatJb. 4.1967. p.115) -ere carnes. **2** *spectat ad homines:* **a** *de praeputio:* LEG. Wisig. 12,2,12$^{tit.}$ ne Iudeus christianum mancipium -at. BEDA hist. eccl. 3,25 p.185,18 *non* licitum fidelibus . . . -i. LIBER ordin. Rhenaug. p.61,29 antiphona: -sus est Dominus. *al. v. et p.606,3.* **b** *de genitali muliebri:* THIETM. chron. 8,3 p.494,33 si qua meretrix inveniebatur, in genitali suo . . . -batur (precidebatur CHRON. Thietm.). **c** *usu vario:* GALB. Karol. 115 p.615,39 -sis . . . crinibus et reiectis vulgaribus indumentis (*cf.* p.616,24). TRACT. de chirurg. 703 *ungula* acu ab oculo separetur et cum flebotomo -sa (circum incisa *var. l.*) abstrahatur.

adi. **circumcisus,** -a, -um. **1** *undique caesus – ringsum behauen:* GISLEB. ELN. inc. 4,38 -arum petrarum *(alleg. de Iudaeis).* **2** *in praeputio amputatus – an der Vorhaut beschnitten:* CHRON. Fred. 4,65 a -sis gentibus. WALAHFR. carm. 20,5 Iesus. GUNZO epist. 8 p.35,15 Achar. *al.* **3** *parcus – sich einschränkend:* CONR. EBERB. exord. 4,1 p.224,8 (Series script. ord. Cist. II. 1961) -us ac temperans erat *Alquirius.*

subst. **circumcisus,** -i *m. qui in praeputio amputatus est – ein an der Vorhaut Beschnittener:* CONST. II 85,6 (a. 1220) Chataros, Patarenos, . . . -os et omnes hereticos . . . dampnamus.

adv. **circumcise.** *breviter – bündig:* GODESC. SAXO theol. 24 p.340,7 illud . . . dictum est scite, circumspecte, -e.

***circumcinctio,** -onis *f.* **1** *amictus – Umhüllung, Gewand:* HILDEG. euang. 13,1 p.283,11 'iuvenem . . . coopertum' in -e, 'stola', scilicet prima veste innocentiae *(cf. Vulg. Marc. 16,5).* *in imag. c. sensu tuendi:* HILDEG. epist. II 99 ut -o gratiae suae *(sc. Dei)* illis *(parentibus)* cito veniat. **2** *circumscriptio – Umgrenzung:* CHART. Osn. I 138 p.118,33 (a.1237/52) churtim . . . cum sepium atque aedificiorum -e.

circumcingo, -cinxi, -cinctum, -ere. *script. et form.:* *inf.* -concigi: *p.605,1.* *perf.:* -nsit: *l.53. cf. l.60.* -ngsit: *l.53.* -ncxit: *p.605,7.* *in tmesi: l.56.64.*

1 *de indumentis, armis sim.:* **a** *succingere – umgürten:* TRAD. Frising. 634 p.539,16 (a.839) Ratolt viriliter -tus gladio (ANNAL. Ratisb. a.1184 Hainricum filium suum g. -ngsit *imperator;* . . . Fridericum . . . etiam g. -nsit). THIETM. chron. 1,23 se armis -ens *rex. al.* **b** *amicire, circumtegere – rings umhüllen, bekleiden:* ALDH. virg. II 237 punica neu granis temnuntur mala rotundis, quae circum simplo cortex velamine cingit. THIETM. chron. 4,63 quarum *(matronarum)* magna pars menbratim iniuste -ta. *in imag. c. sensu tuendi:* CARM. de Herm. 2,2 (MGPoet. II p.135) bellatorum . . ., quos perfecta caritas -xit (-cinsit *cod.*). **c** *circumligare – herumbinden:* HILDEG. phys. 6,7 p.1291^{D} cor eius *(vulturis)* . . . in cervinam corrigiam positum . . . et ita homini -tum. **d** *redimire – umkränzen:* WALAHFR. imag. Tetr. 15 hederis circum bene tempora cincti *poetae.* **e** *undique comprehendere – ringsum zusammenhalten (de re v. p.581,48sqq.):* CHART. Carniol. II 103 p.78,18 (a.1238) iudex ultra manum non extendat ad res furis nisi in furem et quod cinculo -xit. **2** *de circumdatione, circumscriptione:* **a** *in circuitu saepire – ringsum einfrieden:* TRAD. Frising. 309^{b} (a.813) locum . . . aptum ad curtem -endum (*sim.* 367). GERH. AUGUST. Udalr. I 10 p.399,22 castellum ligno -xere. CHART. Argent. I 383 almendam unam muro uno -xisse. CHART. Traiect. 1652 p.402,

[Kohlwes]

25 quam cito . . . terram aggeribus circoncigi . . . contigerit. **b** *circumsistere – umzingeln:* ANNAL. Xant. a.871 p.30,28 undique ecclesia catholica infestatione gentilium -ta. WALTH. SPIR. Christoph. I 8 *Christophorum* velut agnum mitissimum in medio luporum -xit *civitas*. GERH. AUGUST. Udalr. I 12 p.401,47 exercitus . . . ex omni parte ad expugnandam civitatem -cincxit. **c** *circulatim ambire – kreisförmig umschließen:* ANNAL. Xant. a.841 circuli tres apparuerunt in caelo . . ., minimus solem sibi medium -ens. **d** *terminare – begrenzen:* COD. Lauresh. 245 qui *(bifangus)* -itur ab oriente fluvio Suarzaha. **3** *de aedificatione i. q. circumstruere – ringsum mit Anbauten versehen:* PURCH. Witig. 219 quam *(ecclesiam)* -ens et fundum lacius augens.

adi. **circumcinctus,** -a, -um. *in circuitu saeptus – ringsum eingefriedet:* FORM. Andec. 1^{c} p.5,5 casa cum curte -e (TRAD. Frising. 131 c. -a). FORM. Sangall. 19 rectam curtem cum sepe -am. FORM. Sal. Bign. 19 mansus. *al.*

subst. **circumcinctum,** -i *n. possessio in circuitu saepta – ringsum eingefriedeter Besitz:* FORM. Andec. 54 transcribo . . . casa cum curte vel omni -o suo (*sim.* 40.55).

circumcirca (circum circa). **1** *adv.:* **a** *in circuitu – ringsherum, im Umkreis:* ANNAL. Fuld. II a.869 p.67,30 iunctis sibi Behemis et ceteris -a vicinis. VITA Landel. 8 (MG Mer. VI p.444,6) astantibus -a . . . filiis. WIDUK. gest. 1,6 proxima -a (circum circa *var. l.*) loca. CHART. Rhen. med. II 52 p.91,27 in civitate Mettensi et -a. BENVEN. GRAFF. ocul. A p.36^{B},11 tumescunt palpebra et oculus -a. *al.* **b** *circumquaque – überall (umher):* CARM. Cantabr. 10,3,2 vere novo . . . nemorosa -a frondescunt . . . brachia. 47,2,2 -a volitando filiorum pascua querit *Rachel*. BERTH. (?) annal. a.1079 p.323,19 Heinricus . . . per totam circum circa errabundus Bawariam. *pendet gen.:* BERTH. (?) annal. a.1078 p.313,1 falsarii . . . circum circa terrarum . . . affirmabant. **2** *praep.:* περί *– herum (um):* FRID. II. IMP. art. ven. 3 p.11,31 vadat *falconarius* . . . deambulando in girum -a falconem.

***circumcircapositi,** -orum *m. qui in circuitu habitant – die im Umkreis Wohnenden:* MIRAC. Bav. 3,3 p.596,12 senex a -is auxilii supplementa exorabat.

***circumcircino,** -avi, -are. *circulo circumscribere – einen Kreis beschreiben (um):* CAES. HEIST. mirac. I 5,2 p.277,8 Philippus . . . gladio illum *(militem)* -vit.

circumcisio, -onis *f. script.:* -con-: *l.65. adde* COMPUT. cod. Bern. 3. -issi-: *l.63.*

1 *incisio circularis – kreisförmiger Einschnitt:* Ps. HELIOD. chirurg. 60 -em facimus in rotundo. **2** *actio dissecandi – Zerteilung:* WENR. carm. 320 (MittellatJb. 4. 1967. p.115) iusticie non est hec -o *(sc. carnium)*. **3** *notatio arborum insecando facta – Markierung der Bäume durch Einschneiden (cf. Heyne, Hausalt. II. p.5):* DIPL. Otton. I. 198 silva, quae ex ipsa Schidinga . . . -bus . . . separata *est*. **4** *de ritu i. q. praeputii amputatio – Beschneidung der Vorhaut:* **a** *proprie:* LEG. Wisig. 12,2,7$^{tit.}$ ne Iudei carnis faciant -es. OTTO FRISING. chron. 7,7 p.317,20 universitatem Sarracenorum . . . -em recipere. CHRON. reg. cont. IV a.1237 p.270,29 -em addunt *Iacobitae Aegyptii*. ALBERT. M. sacram. 22 p.17,3 quaeritur de -e *eqs. al. v. et p.606,3*. **b** *in imag. (cf. Vulg. Rom. 2,29):* LEG. Wisig. 12,3,4 si cordis . . . -e gauderet *Iudaeorum perfidia*. RUOTG. Brun. 21 p.22,30 vera et spirituali -e. **c** *meton.:* **α** *praeputium – Vorhaut:* CHRON. Noval. 3,16 *pignora* ex lacte . . . Mariae . . . et de -e Domini. NOTAE Hild. (MGScript. XXX p.765,11). **β** *memoria Christi circumcisi – Gedächtnis der Beschneidung Christi:* CONC. Merov. p.127,2 in ipsis Kalendis *Ianuarii* -issionis missa . . . celebretur. RATHER. epist. 13 p.68,1 in vigilia -is Domini. CONST. II 383,7 in circoncisione Domini. *saepe.* **γ** *tempus legis veteris – die Zeit des Alten Bundes:* HILDEG. scivias 3,3 p.592^{A} quae *(voluntas Dei)* in -e multis modis . . . manifestata est. IOH. WIRZ. descr. 20 p.174,9 Dominus . . . volens -em finire. **δ** *ratio Iudaeorum – Anschauung der Juden:* NOTKER. BALB. notat. p.65,19 quorum *(hagiographorum)* primum est psalterium iuxta -em, apud nos *(Christianos)* vero *eqs.*

circumcisor, -oris *m. qui praeputium amputat – der Beschneider der Vorhaut:* LEG. Wisig. 12,3,4 que *(mulieres)* aut circumcisiones exercere presumpserint aut circumcidendos quosque cuilibet -i obtulerint.

circumcludo (-clau-), -clusi, -clusum, -ere.

I *(undique) cingere, ambire – (ringsum) einschließen, umfassen:* **A** *proprie:* **1** *strictius:* **a** *de munitione:* BRUNO QUERF. ad Heinr. II. p.702,39 quem *(terminum)* . . . longissima sepe undique -clausit. GESTA Camer. cont. II F 131,4 castello . . . -clauso lapidibus. **b** *de obsidione:* WIDUK. gest. 1,19 Avares . . . ingenti vallo -si. GESTA Camer. cont. II F 244,1 civitas -clausa. **c** *de circumscriptione:* DIPL. Otton. II. 39 *loca* hoc terminorum ambitu -sa. CHART. Salem. 549 fundi . . . infra ambitum parochie ecclesie de Erfstetin -si. **2** *latius:* ALDH. ad Acirc. 122 p.169,24 *in amphimacro* ab utraque parte longis sillabis -sa ⟨brevis⟩ cingitur. **B** *translate et in imag.:* VITA Mathild. I 11 p.579,31 per totum diem diversis populorum -sa *Mathilda* sermonibus. RUD. TRUD. epist. p.322,40 tot . . . exemplis . . . te -imus. HONOR. AUGUST. cant. 5,17 p.446^{A} omnia tempora -ens praesentialiter *Deus*.

II *circumstruere – herumbauen:* CONC. Karol. 22^{B} licentia sit . . . sepem -endi.

adi. **circumclusus,** -a, -um. *in circuitu saeptus – ringsum eingefriedet:* CHART. Sangall. A 60 p.60,17 (a.771) curte -clausa.

***circumcogito,** -are. *circumspecte considerare – umsichtig erwägen:* DIPL. Zwent. 21 p.57,21 quod *(sc. reclamationes Rathbodi)* nos -antes . . . abbatiam . . . reddidimus.

***circumcom(m)orans,** -antis *adi. in circuitu habitans – im Umkreis ansässig:* CHART. Salem. 549 (a.1276) cum consensu nobilium -comorantium.

***circumcunque** *adv. qualibet parte in circuitu – überall ringsherum:* ALBERT. STAD. Troil. 4,41 velut intorti sint -e capilli.

circumcurro, -ere. *vagari – umherschweifen:* GERH. STED. annal. p.226,45 a -entibus . . . latrunculis.

***circumcursatio,** -onis *f. tumultus huc illuc properantium – Gewimmel:* CHRON. Erf. mod. a.1275 p.272,36 (adn.) magna sollempnitas et -o.

circumcurso, -are. *huc illuc properare – umherlaufen, -eilen (auf):* VITA Dagob. 14 p.521,1 illos *(pueros)* . . . -are iuxta monumentum. PASS. Ursulae (ed. J. H. Kessel, St. Ursula. 1863. p.206,14) que *(virgines)* . . . prohibentur -are plateas. *al.*

subst. **circumcursantes,** -ium *m. qui circumquaque properant – überall Umhereilende:* MIRAC. Wigb. 5 (MGScript. VIII p.521,42; a.1112) *Everelmus* videbat propter se quaerendum hac illac -es.

***circumcursus,** -us *m. trames ad defensionem circumductus – ringsherum geführter Wehrgang:* GALB. Karol. 37 p.581,31 murus . . . propugnaculis et -u ad extra pugnandum altior et fortior stabat.

circumdatio, -onis *f.* **1** *circumfusio – das Umfließen, Umgeben:* ALBERT. M. aet. 2,2 p.318^{b},45 *(de aere)* a -e illius, quod tangit nos. **2** *commissura complectens – umspannendes Gefüge:* ALBERT. M. mot. proc. 2,8 p.68,63 -o ossium retro in spondilibus, a latere in costis et ante in ossibus pectoris *eqs.* **3** *saeptio – Umfriedung, Absperrung:* ANDR. STRUM. Ariald. 12 chorus . . . alti -e muri concluditur. **4** *actio circumveniendi – Umzingelung:* PAUL. BERNR. Greg. 120 plebis horribili -e . . . coartatus episcopus. **5** *circumferentia(e mensura) – Umfang(smaß):* CYMBALA VIII 2 qua *(formula cymbali)* per omnia usque ad -em *(sc. certam)* planificata. 5 quartae formulae protensam -em in XVIIII *partes* partito et nonam decimam abicito et quinti cymbali circumdaturam habebis. *ibid. al.*

***circumdatura,** -ae *f. circumferentia(e mensura) – Umfang(smaß): v. l.66.*

circumdensatus, -a, -um. *dense cinctus – dicht umgeben:* PASS. Agil. 23 (ASBoll.^{3} Iul. II. p.725^{b}; s. XI.^{1}) locus . . . silvarum -us opacitatibus.

[Kohlwes]

***circumdiffundo** (circum diffundo), -fusum, -ere. *in circuitu dispergere, disponere – ringsum ausbreiten, verteilen:* Hrotsv. Gong. 204 circum diffusis arboribus. gest. 510 domnam clausam . . . servare . . . -sis custodum . . . turmis.

circumdo, -dedi, -datum, -are. *script.:* -com-: *p. 608,25.* -cun-: *l.22.37.44sqq.70. p.608,4. al. form.: ind. perf.:* -avit: *l.55.* -a(ve)runt: *p.608,4.10. ind. plusq.:* -averat: *p.608,19. depon.: l.45. in tmesi: l.12. de structuris cf. D. Norberg, Syntaktische Forschungen. 1943. p. 115sqq. rhythm.* -dátus: *l.27.*

I *circumponere – herumlegen (um):* Walahfr. hort. 103 *hedera* toti sua bracchia circum laxa dedit ligno. Waltharius 1432 uxori . . . perverso amplexu -bis . . . sinistram? Gerh. August. Udalr. I 27 p.415,2 camisale sacro corpori -dederunt. Cymbala VIII 1 fac *cymbalorum* formulas ligno -tas. *al.*

II *undique tegere, ornare – ringsum bedecken, schmücken, ausstatten:* **A** *proprie:* **1** *in univ.:* Walahfr. hort. 395 viburna rosae . . . -are gemmis. Vita Liutg. II 2,21 p.120,9 ferro -tos *iuvenes.* Hrotsv. Mar. 124 cernit *Anna* . . . pullos plumigeris volucres -are pennis. Berth. (?) annal. a.1062 imperatrix . . . sacro velamine -ndata. Otto Frising. gest. 1,61 p.87,32 viri corruptibili carne -ti. Albert. M. animal. 1,316 musculos, qui eam *iuncturam* cingunt et -ant. metaph. 5,5,5 p.280,18 (ed. B. Geyer. 1960) a vestimento -ante. *al. pass. c. acc. (cf. l.63sq.):* Rhythm. 35,2,1 Lazarus . . . -tus ulcera. **2** *c. colore quodam:* **a** *succingere – umgürten:* Statut. ord. Teut. p.129,14 -atur gladio *miles.* **b** *(aliqua re) ambire – rings umlegen (mit):* Mappae Clavic. 41 -a aforis carbonibus *vas.* **B** *in imag.:* Walahfr. Wett. 217 tenebris -aris *(sc. mens)* atris. Hrotsv. lib. 2 app. 2,23 mulier pulchre fulget -ta sole. Epist. Mog. 23 p.359,12 nos *(episcopi)* . . . ecclesiae pellis sumus, qui sacramenta illius . . . amplectimur et -amus. **C** *translate i. q. afficere – erfassen:* Iso Otm. 1,10 p.51a,31 capitis gravitate nimioque stupore -atur *iuvenis.* Helm. chron. 32 p.62,10 rex confusione -ndatus.

III *circumcludere, cingere – (rings) umschließen, umringen, umgeben:* **A** *spectat ad situm:* **1** *gener.:* Chart. Fuld. B 261 p.370,19 (a.799) altera *arealis* duabus partibus -ta est hereditate sancti Bonifatii. Wett. Gall. 2 p.258,28 quam *(habitationem)* murorum aedificia . . . -bant. Dipl. Loth. I. 39 p.120,36 (ed. Th. Schieffer. 1966) curticellam . . . cum suis -ndatis lateribus. Dipl. Karoli III. 84 p.136,9 quod *(monasteriolum)* ex omni parte -ndatur fluvius. Adam gest. 4,21 p.250,10 quae *(Nortmannia)* suis alpibus -ndat Sueoniam. *al.* **2** *spec.:* **a** *geom.:* Gerb. geom. 5,1 duae . . . rectae lineae nihil possunt spatii -are. **b** *astron.:* Thietm. chron. 7,37 quas *(ursas)* serpens *(sc. sidus)* unus . . . -at et dividit. **c** *medic.:* Ars med. 7 p.429,34 ragada . . . dicitur eminentia matricis cum inflatione -antium eam partium. **B** *spectat ad custodiam:* Conc. Karol. 39,18 p.446,15 ut monasteria puellarum . . . undique firmissimis -ent munitionibus *abbatissae.* Chart. Sangall. A 542 curtem sepe -tam. Chron. Ven. Alt. p.145,12 -davit eam *(vineam)* muro. Gerh. August. Udalr. I 3 p.390,34. *saepe.* **C** *spectat ad actionem includendi:* **1** *in univ.:* **a** *proprie:* Beda hist. eccl. 4,3 p.208,27 *vox laetantium oratorium* totum implevit atque in gyro -dedit. Walahfr. Mamm. 9,18 *Mammem* humili -are gestu. Hrotsv. asc. 95 angelicus . . . coetus ipsum *Christum* dulcisonis . . . -dedit hymnis. Albert. Stad. Troil. 3,581 tumbam -ant funebre ludo. *medial.:* Arbeo Corb. 36 -ta multitudine. *pass. c. acc. (cf. l.26sq.):* Vita Desid. Vienn. 7 omnem . . . familiam -tus pontifex. **b** *in imag.:* Hrotsv. asc. 93 tua *(sc. Mariae)* vita . . . obsequiis -ta virginitatis s. Iohannis. **2** *sensu hostili:* **a** *proprie:* Chron. Fred. 2,62 p.87,11 undique -emus castra Wandalorum. Lex Frision. 17,4 qui manu collecta hostiliter villam vel domum alterius -dederit. Annal. Mett. a.737 p.29,8 urbem obsidione -ndat. Rimb. Anscar. 16 p.37,7 contigit . . . pyratas . . . Hammaburgensem civitatem navigio -dedisse. Hrotsv. Gall. 9,1 undiquesecus -amur. Gerh. August. Udalr. I 12 p.401,21 ut exercitum . . . ad expugnandam civitatem -are viderunt. *saepe. intrans. c. dat.:* Chron. Fred. 2,62 p.87,17 phalangis uterque -emus inimicis. Annal. Ianuens. III p.151,18 -ndaverunt ei *(sc. papae)* undique inimici. **b** *in imag.:* Wett. Gall. 37 quam *(Altam Germaniam)* -dederunt angustiis magnis. Hrotsv. Gong. 443 fraudis miserum -dedit armis deceptor. gest. 601. *intrans. i. q. undique ingruere – sich rings einstellen:* Annal. Ianuens. III p.114,2 audito in civitate Ianue casu infortunio dolor undique et angustia -ndarunt. *in nomine diei de dominica in Septuagesima* 'C-dederunt' *(denominatum a missae introitu):* Registr. abb. Werd. 6,1 p.168,6 (s.XII.med.) in nativitate Domini . . ., in dominica C-dederunt . . ., in pascha. *ibid. al.* **D** *usu vario:* **1** *complexum tenere – umfaßt halten:* Rhythm. 21,6,1 -antem *(sc. in utero)* masculum . . . prece pulsemus . . . Mariam (*cf.* Ekkeh. IV. carm. var. I 2,2). Rimb. Anscar. 3 p.23,13 ipse Deus omnia exterius -bat (*cf.* Albert. M. metaph. 5,4,2 p.273,68 [ed. B. Geyer. 1960]). Odo Glann. Maur. 30 malo, quem inhaerendo -daverat *nauclerus. in imag.:* Dipl. Otton. II. 315 p.372,31 imperator . . . de misericordia Dei -tus. **2** *ab utroque latere includere – von beiden Seiten einschließen, umrahmen:* Walahfr. (?) carm. 50,1,25 gurgite quo geminis tantum -ta cignis nostra Thalia sedet. Anon. mus. Sowa 1c p.69,28 quomodo *semibreves* . . . ab aliis -omdantur. *ibid. al.* **3** *circumplicare – umschlingen (metiendi causa):* Cymbala VIII 2 -a imum eiusdem formulae *cymbali* cum abscissione unius membranulae. **4** *in circuitu terminare – ringsum abgrenzen:* Hariulf. (?) Richar. 2 (MGScript. XV p.920,29) quod . . . probi homines . . . eligerentur, quorum fideli iudicio terra illa -retur.

IV **A** *circuire – herumgehen (um):* Frid. II. Imp. art. ven. 4 p.89,25 *falconarius* -et eas *(grues)* a longe et circueundo approximet paulatim ad eas. **B** *intrans. i. q. huc illuc ire – umhergehen:* Ioh. Neap. Sever. 10 p.295,14 in ecclesia . . . orare et -ando psallere. **C** *circumquaque peragrare – überall umher durchwandern:* Land. Mediol. hist. I 1,3 p.39,49 totum orbem terrarum . . . -dedi et vidi.

V *in gyrum movere – im Kreise bewegen:* Frid. II. Imp. art. ven. 3 p.25,4 si . . . -atur (*syn.* circumducatur) loyrum aut iactetur.

circumdoleo, -ere. *undique dolore vexari – ringsum Schmerz empfinden:* Aesculapius 13 p.17,22 capiti dolenti et -enti sanies per nares solvitur. *Kohlwes*

circumduco, -duxi, -ductum, -ere.

I *proprie:* **A** *in circuitu ducere, circumagere – (rings) herumführen, -ziehen, im Kreis bewegen:* **1** *iur. de circuitione finium:* **a** *obi. homines (res: l.48):* Lex Baiuv. 16,17 tollat de ipsa terra vel aratrum -at. Trad. Ratisb. 16 p.16,32 omnis commarca, sicut . . . episcopum . . . -entes consignavimus. Trad. Frising. 570 Salomon -xit missum . . . episcopi. Libell. de conv. Baiuv. 11 p.12,24 Chezil . . . -xit praefatos viros *(sc. testes)* in ipsum terminum. *al. c. acc. dupl.:* Trad. Frising. 588b p.504,20 (a.829) -xerunt missos . . . episcopi omnem rem, quam . . . tradiderunt. 1037 quas *(res)* ipse . . . episcopum . . . cavallicando -xit. *ibid. al.* **b** *obi. loca fere i. q. circumire – umgehen:* Trad. Patav. 73a (a. 818/38) illam *(marcam)* in giro -xerunt (*cf.* Dipl. Arnulfi 75 p.113,8 terminus . . . fuit -tus atque limitibus distinctus). Chart. Fuld. A 471 qui hanc capturam -xit. Chart. Mog. A I 251 p.156,1 advocationem . . . -i et determinari fecimus. *al.* **2** *geom. de circino:* Gerb. epist. math. I 3,1 dum circinum -xeris. *fort. huc spectat:* Albert. M. animal. 1,491 pede immobili circumposito in umbilico et -to ad spatium extensi brachii. *expressius i. q. (circulum) describere – (einen Kreis) schlagen:* Gerb. geom. 4,5 duos aequales circulos . . . -ito, ut uterque circumductione sua medium secet alterius punctum. epist. math. I 3,1 -ta linea. **3** *usu vario:* **a** *in gyrum librare – im Kreis herumschwingen:* Frid. II. Imp. art. ven. 3 p.23,15 debet -ere loyrum. 6 p.202, 27 -at cirotecam cum manu dextra in circuitu supra caput suum. *ibid. al.* Albert. M. animal. 23,50. **b** *circulatim percurrere – im Kreis durchziehen:* Annal. Xant. a.839

[Bansa]

acies apparuerunt . . . in caelo in modum domus rotundae totum caeli ambitum -entes. **c** *torquere – drehen:* THEOPH. sched. 3,80[med.] ut ferrum -atur et fistula quieta maneat. HERACLIUS II 7 p. 59,9 -es *pastam vitri* . . . in girum et formabis, quod tibi placuerit. **d** *circumflectere – (im Bogen) herumführen:* CHART. Merseb. 166 p. 141,40 (a. 1219) quot marchio . . . stratam -at. **e** *cingere – umgeben:* SIGEB. GEMBL. chron. a. 972 urbem muro -xit. **f** *undique inducere – ringsum überziehen:* VITA Liutg. I 24 sub altari . . . undique linteaminibus -to. *medial.:* ALBERT. M. animal. 5,32 -itur ei *(sc. erucae)* pellis dura anulosa ad naturam cornu accedens. 6,10 membrana -itur fortis *(sc. circa substantiam ovi)* et circa illam testa dura. *expressius i. q. implere – erfüllen:* HROTSV. Dion. 3 orbem nocturnae -xere tenebrae. **B** *huc illuc ducere – umherführen:* **1** *strictius de hominibus:* NOTKER. BALB. gest. 2,6 p. 55,16 ut -rentur per Alpes et invia *legati.* VITA Mathild. II 3 p. 286,20 -batur per civitates *Mathildis. c. colore abducendi:* THIETM. chron. 6,22 ducibus corruptis . . . per solitudines paludesque -tus *exercitus.* OTTO FRISING. gest. 2,17 p. 119,24. **2** *latius de rebus:* **a** *circummovere – umherbewegen:* DAVID compos. 1,8,1 ut non habeamus potestatem -endi manus hinc inde in nudo corpore. **b** *secum ferre – mit sich führen:* RUOTG. Brun. 8 bibliothecam suam sicut arcam dominicam -xit. CARM. var. Walther 1,87,2 unus *gentilis* urnam, alter cratem didicit conficere, quibus suam deitatem vellent -ere.

II *translate:* **A** *decipere – täuschen:* HIST. de exp. Frid. imp. p. 108,14 obducta glacie parva nive -tus dux. CHART. Oelsn. 69 p. 103,3 in bona valetudine corporis ac rationis meae, non -tus. **B** *adnullare, abrogare – zunichte, ungültig machen:* RYCCARD. chron. a. 1224 p. 117,8 edictum . . . in terra vestra iussimus -i. ALEX. IV. registr. 464 p. 429,16 allegabat *procurator* . . . tempora precedentia constitutionem . . . -ta fuisse per constitutionem. **C** *avertere – ablenken:* HERM. IUD. conv. 9 p. 97,12 (ed. G. Niemeyer. 1963) eos *(clericos)* . . . per ambages verborum ad aliam mihi solvendam questionem -bam.

adi. **circumductus,** -a, -um. **1** *in orbem sinuatus – kreisförmig:* Ps. BOETH. geom. p. 375,3 circulus . . . est figura quaedam plana et -a. **2** *de oculis i. q. distortus – verdreht:* ALBERT. M. animal. 1,623 color ignitus lucentibus occulis et -is ad insaniam vergit.

vociferari, magna voce loqui – schreien, (laut) rufen (cf. GLOSS. I 58,16 St.-S. -are *[a. c,* chamare *b]* haren. 713,41 -verunt erscriuun. II 351,28 increpitans -ans brahtent. IV 289, 37. *al.):* **I** *absol. vel c. enunt., interi. sim.:* **A** *strictius:* **1** *gener.:* **a** *de hominibus (diabolo: l.62):* **α** *in univ.:* HUGEB. Willib. 3 p.91,7 remigiis crepitantis, classis -antibus. VITA Liutb. 26 p.29,20 *diabolus* -vit ad eam. WIDUK. gest. 2,17 p.82,29 fugam, ut -tum est, inierunt. HROTSV. Agn. 337 Deum verum -ans dixit fore Christum. *al. pendet interi. vel oratio recta:* AGIUS vita Hath. 23 'euge! euge!' -bat. WIDUK. gest. 1,22 p.32,12 fertur -asse: 'proh', inquit, *'eqs.'* WALTH. SPIR. Christoph. I 8 'ite, ite', -at, 'o populi'. FROUM. carm. 2,15 -antes multum, cuperent quia perdere stultum: 'ecce *eqs.*' CARM. Bur. B 210 (cod. B; ed. B. Bischoff. 1970. p.59) omnis enim 'mattum' -at. *al. c. acc. c. inf.:* CONC. Merov. p.60,21 ut . . . -verit *episcopus* se . . . peccasse. TRAD. Frising. 466 populus -vit una voce hoc legem fuisse. HROTSV. Theoph. 32 consensus plebis -bat . . . hunc fore . . . aptum . . . vicedomnum. *al. seq.* ut: AGIUS vita Hath. 13 -are coepit, ut Dominus misereretur. **β** *iubilare – jauchzen, frohlocken:* CAND. FULD. Eigil. II 17,9 turba . . . -ans . . . consequitur. RUD. FULD. mirac. 11 p.337,26 presbyter . . . mulierem sanam populis in divina laude -antibus ostendit (*cf.* WIPO gest. 38). **γ** *fremere – murren:* THIETM. chron. 7,8 omnes populi mussant et christum Domini peccare occulte -ant (clamitant CHRON. Thietm.). **δ** *cantare – singen:* FROUM. carm. 36,16 -ant *pueri innocui* modulando carmine pulchro. *de cantu liturg.:* CONC. Karol. 24[A] p.211,28 ut omnis populus . . . discant 'Kyrieleyson' -are (EKKEH. IV. carm. Gall. 16,5). *adde:* THIETM. chron. 4,20 dux . . . in infirmitate sua semper Kirieleison ex corde -ans *eqs.* **ε** *stridere – kreischen:* HIER. MOR. mus. 25 p.188,27 nec nimis basse, quod est ululare, nec nimis alte, quod est -are, sed mediocriter, quod est cantare, . . . semper incipiant. **ζ** *canere – blasen:* CHRON. Salern. 158 p.165,28 princeps -are iussit tubis (*ex* PAUL. DIAC. Lang. 5,10 tubis insonare). *cf. l.28.* **b** *de animalibus:* **α** *in univ.:* FRID. II. IMP. art. ven. 6 p.217,6 falco . . . -at et diverberat se. p.230,28 persequuntur *corvi* . . . falconem -ando in eum. **β** *alta voce colloqui – sich durch Zuruf verständigen:* FRID. II. IMP. art. ven. 4 p.80,14 quod *grues* -ant una cum alia. **γ** *cacillare – gackern:* HILDEG. epist. I 2 p.151[D] gallina . . . in nocte -ans. **δ** *coaxare – quaken:* ALBERT. M. animal. 1,28 quoddam genus ranunculi . . . non -at nisi post quartam horam diei (4,93). **c** *de instrumento musico i. q. sonare – ertönen:* ALDH. virg. II 2789 -at barbita bombis. *cf. l.18.* **2** *de precatione:* **a** *in univ.:* BEDA hist. eccl. 2,2 p.84,20 si adversum nos ad Deum suum -ant *christiani.* VITA Goar. 9 populus totus -bat ad regem, ut *eqs.* GERH. AUGUST. (?) Udalr. II 25 flendo et orando -are coepit *caecus* . . . ad sanctam Afram. BRUNO QUERF. Adalb. A 2 perpetua virgo sic in se -antium ad Deum portat hominum vota. CARM. Bur. B 148,1[c],2 Venus assit omnibus ad eam -antibus. *al. v. et p.671,52. in imag.:* BRUNO QUERF. Adalb. A 32 p.219[b],27 -at tibi, . . . martyr, nostrarum miseriarum magnus clamor. CHART. Mog. A I 451 p.358,17 totus in me -at orbis terrarum. CHART. Hamb. 336 p.295,14 cum sanguis . . . de terra -ret *(cf. Vulg. gen. 4,10).* CONST. II 215, 12 -antibus apud eum *(papam)* rebellium . . . incendiis.

adde: EPIST. Worm. I 59 p.99,22 non differam pro gratię tuę . . . visione factorum lingua -are; quodsi turba peccatorum . . . te, ne -antem exaudias, inpedierit *eqs.* **b** *supplicare, cupere – bitten, wünschen:* DIPL. Otton. III. 278 p.700,8 concursus populorum -antium, ut legem acciperent. CHART. Ital. Ficker 99 p.144,24 amicis . . . volentibus et -antibus . . . iudices talem protulerunt sententiam. **c** *mendicari – betteln:* DIPL. Otton. I. 237 p.329,25 in usum peregrinorum ad portam monasterii -antium. **d** *orare (alta voce) – (laut) beten:* EKKEH. IV. cas. 41[in.] accidit . . ., ut . . . altaria . . . circuiens, ut solebat, -ret. **3** *de evocatione (cf. p.671,9):* LEX Franc. Cham. 37 (ed. K. A. Eckhardt, Lex Ribvaria. [2]1966) quisquis audit 'arma' -are et ibi non venerit (ANNAL. Egm. a. 1152 p.159,21 ut in ipsa die . . ., ut vulgo dicitur, a. -rent). *v. et p.666,67.* **4** *de rumore i. q. palam sermocinari – öffentlich (davon) reden:* SUMMA dict. Saxon. 7,17 p.256,24 quod inquisicionem clamosa insinuacio precesserit, videlicet quod vicinia -et et murmuret. **B** *latius:* **1** *gener. i. q. dicere, loqui, annuntiare – sagen, sprechen, verkünden:* **a** *in univ.:* TRAD. Patav. 11 (a.764/90) -at vox egregii predicatoris *(sc. Pauli)* omnibus pie viventibus *eqs.* GODESC. SAXO theol. 22,1 p.295,16 scriptura divina, quae per os apostoli Pauli -at et dicit *(cf. Bened. reg. 7,1).* THIETM. chron. 7,38 de quo Dominus per Esaiam -at: *'eqs.' al.* **b** *asserere – bekunden:* CONST. II 163,4 p.201,28 (a.1232) ut -ant iura omnesque leges. **c** *praecipere – vorschreiben:* WALAHFR. imag. Tetr. epil. 3 Strabonem quamquam dicendum regula -et. **d** *suadere – zureden:* CYPR. CORD. carm. 1,5 (MGPoet. III p.144; c. s. X.[1]) veri inianti ad aethera victum pergere mansurum parat *bibliotheca* et tollere -at. **2** *iur. i. q. conqueri, actionem instituere – sich beschweren, Klage erheben:* **a** *in univ.:*

[Heßler]

CAPIT. reg. Franc. 44,2 ut in publicis iudiciis non dispiciantur *viduae et pupilli* -antes. 261,7 nullus modo super eos *(latrones)* -at. DIPL. Heinr. II. 517 p.666,15 (spur. s. XII./XIII.) si super aliquo de familia . . . -verit *advocatus. cf. p.670,2.* **b** *de appellatione:* CAPIT. reg. Franc. 201,5 si ad palatium pro hac re -verint *reclamatores.* NICOL. I. epist. 64 p.376,26 etiamsi numquam -asset, numquam vocasset *Rothadus. al.*

II *c. obi. acc.:* **A** *de exclamatione, promulgatione:* **1** *strictius:* **a** *publ. de praeconio i. q. pronuntiare – ausrufen, -schreien:* CHART. Tirol. notar. I 7 (a.1236) *iudices* pronunciaverant in bannum . . . Ottonem . . .; et preceperunt Calvo . . . viatori, qui ipsum cridet in dictum bannum; qui . . . Ottonem -vit in dictum bannum (9 Calvus eum alta voce extra b. -vit. *ibid. al.*). 159^{b} viator . . . terram in . . . palatio et per civitatem -vit ad vendendum (*syn.* praeconare). STATUT. ord. Teut. p.114,25 quidquid ipse *praeco* -verit ex precepto. RYCCARD. chron. a.1192 p.14,8 pace tandem hinc inde -ta. **b** *usu communi:* **α** *praedicare – verkünden:* CONST. II 123 p.168,21 (a.1229) quod ibi *(in templo Domini)* lex eorum *(Sarracenorum)* -atur ab eis et colitur. WILH. RUBRUQU. itin. 32,1 (Sinica Franciscana I/3. 1929) due mahummerie, in quibus -atur lex Machometi. **β** *protestari – laut bezeugen:* AGIUS vita Hath. 1 neque . . . alia scribimus, quam quae omnes passim minores -ant. **γ** *clara voce offerre – laut darbringen:* CARM. Bur. B 52,2,2 cantemus canticum victorie et -emus . . . laudes regi glorie. **δ** *acclamare – bejubeln:* CONST. II 224,17 (a.1240) Romano populo -ante nostrum *(sc. imperatoris)* ad Urbem gratanter accessum. **ε** *deplorare – beklagen:* EKKEH. IV. carm. Gall. 7,4 -ant damna dęmones. **2** *latius* (*cf.* GLOSS. II 275,27 St.-S. -verat sageta): **a** *iur. i. q. declarare, affirmare – erklären, bestätigen:* **α** *de cessione sim.:* GESTA Camer. cont. II C 3 comes . . . possessionem episcopo liberam -vit. CHART. Lux. II 129 ipsi omne illud quictum -verunt, quicquit in eadem villa reclamabant. CHART. Basil. A I 337 p.507,18 comes Firret . . . libere quietum -vit eidem totum ius, quod dicebat se habere. CHART. Eichsf. 370 p.214,20 vicedominum . . . et . . . heredes de omni recepto . . . dimisimus et -amus publice absolutos. CHART. Traiect. 1460 p.222,32 quitamus et quitam -amus ecclesiam. *al.* **β** *de apocha, acquitancia:* CHART. Merseb. 233 (a.1237) civis . . . recepta summa pecunie, quam ipsa cella ab ipso receperat, . . . cellam absolvit et quitam -vit. CHART. Tirol. notar. I 925 in -ando se . . . ab eis bene solutum. CHART. Rhen. med. III 1283 abbatem et conventum -o quitos et bene me pagatum. CHART. scrin. Col. B 754 magister . . . heredes liberos et quitos -vit super una marca. *al. v. et* *quieteclamo. **b** *usu communi:* **α** *indicare – anzeigen:* ENGELH. LANGH. Hildeg. (NArch. 6. 1881. p.516,34) femina fuit hic homo; nemo cognovit, quamquam hoc infirmitas crebra -verit. **β** *nominare, vocare – nennen:* ALDH. carm. eccl. 2,6 quem -ant Titan. 3,36. BONIF. carm. 1,43 -or (gloss. C: vocor) cuncta Dei cernentis praevia legis *(sc. fides catholica).* **γ** *asseverare – behaupten:* CONC. Karol. app. 9 p.839,34 haec . . . cotidie ante vos . . . -ant (*syn.* dicunt) et approbare . . . volunt. **δ** *attestari – bezeugen, Zeuge sein (für):* WANDALB. martyr. comm. 18 sic . . ., Cypriane, Christum doctrina atque pio cruore -as. **ε** *?probare – ?beweisen:* DIPL. Otton. II. 254^{b} p.294,20 rem, quęm -verint (quę claruerit 254^{a}) per . . . veraces homines . . . pertinere . . . monasterio. **B** *de increpatione, reprobatione (usu iur. et eccl.):* **1** *strictius i. q. maledicendo appellare – schelten, (be)schimpfen:* LEX Sal. Merov. 30,4 si quis alterum vulpem -verit. *al.* PACTUS Alam. II 31 si femina aliam stria aut erbaria -verit. STATUT. ord. Teut. p.59,8 nullus frater aliquem christianum audeat -are . . . filium meretricis. **2** *latius:* **a** *blasphemare, reprehendere – anfechten, 'schelten':* LEX Ribv. 59,3 si testamentum regis . . . falsum -verit. **b** *arguere, vituperare – bezichtigen, tadeln:* WILH. HIRS. const. 1,3 p.936^{D} ut pro ea *culpa* tunc vel ab aliquo fratrum vel ab ipso magistro in capitulo -etur *novicius.* CHART. Friberg. 605 p.399,8 (epist. papae) si *soror* . . . in illam, a qua in capitulo . . . est -ta . . ., minas . . . protulisse fuerit deprehensa. *ibid. al.* **c** *crimini dare – zum Vorwurf machen:* CAPIT. reg. Franc. 73,2 quod pauperes se reclamant expoliatos esse . . .; et hoc . . . -ant super episcopos *eqs.* **C** *de accersitu, adhortatione, petitione:* **1** *strictius:* **a** *advocare – (herbei)rufen:* BEDA hist. eccl. 4,14 p.234,13 -a . . . ad te presbyterum! WALTH. SPIR. Christoph. II 1,64 matrem -vit Aristeus. *al. remissius:* ALBERT. M. animal. 8,32 labraoz et fastoreoz *(sc. animalia maris)* -ant se ad invicem (*cf. p.610^{b},11* συναγελάζονται). **b** *allicere – (an)locken:* FRID. II. IMP. art. ven. 2 p.253,14 -ando alterutrum illorum *falconum.* **c** *implorare – anrufen, -flehen:* EUGEN. VULG. calend. 66 (AnalBoll. 84. 1966. p.363) Iulianam altaria -ant. FROUM. carm. 36,24 uvida vos, sancti, -at mea palpebra fletu. **d** *magna voce cohortari – laut ermahnen:* AMALAR. off. 3,20,2 in . . . oratione *sacerdos* -at populum, . . . ut gratias agant Deo. **2** *latius:* **a** *iur.:* **α** *appellare – angehen, -rufen:* CAPIT. reg. Franc. 22,10 regalem dignitatem pro suis causis -are. **β** *vindicare – beanspruchen:* GESTA Camer. 1,86 -turus *episcopus* . . . villam . . . Perronam. **b** *eccl. et publ. i. q. accire, eligere – berufen, wählen:* ALTERC. inter Urb. et Clem. 62 (MG Lib. Lit. II p.171) quos -as, -o; quos eligis, eligo tales. CHART. archiep. Magd. 206 p.262,45 si in eligendo prępositio vota partium se diviserint aliis alium -antibus.

subst. **clamans,** -antis *m.* **1** *qui alta voce loquitur, orat – der Rufende, Bittende: v.p.668,44.* **2** *actor, petitor – Kläger:* CAPIT. reg. Franc. 93,1 si . . . super eos clamor ad iudicem venerit, mittat iudex -em . . . ad episcopum. *remissius i. qui iustitiam petit – der um Rechtshilfe Bittende: v. p.667,11.*

***clamodicus,** -a, -um. *famosus, suspiciosus – übel beleumundet, verdächtig:* CAPIT. reg. Franc. 278,3 p.343,35 de illis liberis hominibus, qui infames vel -i sunt de testeiis vel latrociniis *eqs.*

clamor, -oris *m. (?f.: l.50) metr.* -mŏ-: *l.69.72. signif.: sensus vergit in pass.: p.671,31.44.*

clamatio, (magna) vox, vociferatio – Ruf(en), Schrei(en), Geschrei (praecipue sensu collectivo, rarius de vocibus singulis, e. g. l.41.54.58.63.65): **I** *strictius (cf.* GLOSS. I 168,32 St.-S. -r hroafandi, harendi *Gl. K.* 770,30 -r hruof *a* rv̊m *b.* II 321,4 -r gehruafti. 437,51 -bus giscreigin. *al.):* **A** *gener.:* **1** *de hominibus:* **a** *spectat ad affectum:* POETA Saxo 3,389 luctus, -r, fuga . . . . omnia complebant. WALTHARIUS 937 qui post terga ruens -em prodidit atrum. IOH. CANAP. Adalb. 30 p.47,3 (ed. J. Karwasińska. 1962) lęto -e sua scelera laudantes. THIETM. chron. 7,4 cum -e et eiulatu deducitur *mulier.* LEX fam. Worm. 17 si quis in placito iniustum -em fecerit. OTTO FRISING. gest. 2,40 p.148,27 hoc signo tamquam victoriam presagiente -r et cantus attollitur. *al. nimia vocis prolatio – starkes Schreien:* TRACT. de aegr. cur. p.228, 34 aperitur . . . vena ex saltu . . ., percussione, -e. **b** *spectat ad certamina sim.:* LEX Alam. 33 si quis in curte duci pugna comiserit et ibi -r orta (ortus *var. l.*) fuerit. WIDUK. gest. 1,36 p.53,11 cum -e valido. THIETM. chron. 6,7 audito -is immensi strepitu. STATUT. ord. Teut. p.112,21 si -r et tumultus exortus fuerit. *al.* **c** *spectat ad accersitum, commonitionem:* ARBEO Corb. 18 p.208,7 rem ad aures viri -bus obtulit Dei. VITA Heinr. IV. 6 p.24,3 vix . . . se a -e . . . abstinebat *scutarius.* AMARC. serm. 2,248 (ed. K. Manitius. 1969) inmani iussit -e silere diversos strepitus. STATUT. ord. Teut. p.111,28 audito -e preconis *fratres* ascendent equos. ALBERT. M. Iob 39,7 (ed. M. Weiss. 1904) animalia domestica -e vocantur et . . . incitantur. *al. in imag.:* PASS. Petri et Pauli 282 non siluit sanguis . . ., sed -e suo aetheris alta subit. CHART. Tirol. 1019 (epist. papae a.1234) cum mater ecclesia multis excitetur terre sancte -bus. **d** *spectat ad contumeliam:* LAMB. HERSF. annal. a.1076 p.251,20 ut . . . omnes eum *(canonicum)* . . . inconditis -bus et canticis perurgerent. HIST. de exp. Frid. imp. p.88,30 quantas . . . -es et insultationes . . . exercitus . . . in terra Turcorum pertulerit. *in imag.:* CARM. de Nyn. 152 quem *(presbyterum)* novo incesti pulsabat mania demens sacrilegum patrare nefas cum -e latrans. **e** *in nom. propr.:* CHART. Salisb. III 593 p.77,30 (c.1207/15) Ortwin C-r. **2** *de animali i. q. rugitus – Gebrüll:* CARM. de Nyn. 222 bomboso processit -e taurus. **3** *de rebus (cf. l.61):* **a** *sonitus,*

[Heßler]

clangor – Schall, Klang: ALDH. ad Acirc. 79,3 reboans tanto -e resulto *(sc. salpinx).* **b** *fremitus – Brausen:* AESCULAPIUS 1 p.1,14 aut ex nimio frigore aut ex -e turboris . . . in magnos dolores veniet *cephalia.* **4** *de sono vario i. q. strepitus – Lärm:* THIETM. chron. 6,45 quadam . . . nocte audiens -em inmensum *eqs. al.* OTTO FRISING. gest. 1,54 p.76,15 sedato -e. BERTH. RATISB. serm. (SBWien 147/V. 1904. p. 26,22) divinum officium . . . dicunt *haeretici* esse -em infernalem. **B** *iur. (cf. L. L. Hammerich, Clamor. Kgl. Danske Vidensk. Selskab. Hist. filol. Meddelelser. 29/1.1941):* **1** *de promulgatione iniuriae, doloris:* FORM. Turon. 32 quod . . . sine eius -e aut vociferatione eam *(feminam)* volentem rapuisset *homo.* CHART. Wism. A 811 (ed. F. Techen, Das älteste Wismarsche Stadtbuch. 1912; a.1260/70) pro tribus percussionibus et effusione saguinis *(sic)* et triplici -e tribus vicibus LX sol. *cf. p.670,43.* **2** *de evocatione, citatione:* CHART. march. Misn. II 446 p.309,30 (a.1181) nisi publico -e, id est wafen heiz, *ad comprovinciale ius* venire cogantur (CHART. Xant. 98 p.77,8 excepto iudicio de pena capitis, quando cum -e fit wapeniow. *cf.* CHART. Traiect. 1538 p.290, 25 nec -em, qui a vulgo 'arma' dicitur, . . . fuerunt prosecuti *pauperes*). CHART. Westph. VII 182 cum . . . -e, quod . . . scrye dicitur. **3** *de rumore (cf.* GLOSS. I 303,11 St.-S. -r rv̊m vel gelph. *al.):* CAPIT. reg. Franc. 252,22 p.225,21 ut videamus, utrum -em populi compleverint ([*cf. Vulg. gen. 18,21*]. HONOR. III. registr. 79 p.58,17). CONST. I 140,7 si iudex -e (ad -em *var. l.*) populi aliquem pacis violatorem . . . secutus fuerit. *al. adde:* CHART. Raitenh. 368 (a.1278) -r infamie adversus . . . plebanum . . . nos *(sc. episcopum)* . . . compulit, ut *eqs. ?mala fama – ?schlechter Ruf:* EPIST. Worm. I 22 p.45,8 -em . . . mei ordinis video in causa extitisse. **C** *publ. et eccl. de acclamatione, congratulatione, laude:* RATHER. concl. 33 (PL 136,360A) populi tam nobilis -em (WIPO gest. 2 p.19,10 fit -r p., omnes . . . in regis electione . . . consentiebant. *cf.* WIDUK. gest. 2,1 p.65,11 omnis populus . . . cum -e valido ['*Heilrufe*' *C. Erdmann, DtArch. 2.1938. p.322*] inprecati sunt prospera novo duci). RUOTG. Brun. 13 laudem Deo . . . universi -e . . . personuerunt. CAES. HEIST. mirac. I 4,9 his exemplis non reprehenditur devotus -r, quo Deus laudatur . . ., sed tantum inanis gloria. *v. et p.670,37. in nom. propr.:* HROTSV. lib. 2 praef. 1,3 ego, C-r Validus Gandeshemensis. *meton. i. qui laudibus attollitur – Gegenstand des Rühmens:* EKKEH. IV. carm. var. II 12,12 Erimpertus *magister* . . ., discipulum -r, fratribus altus amor. **D** *theol. et liturg.:* **1** *proprie:* **a** *de voce iracundiae (cf. Vulg. Eph. 4,31. Greg. M. moral. 31,45):* HRABAN. inst. cler. 3,38 p.275, 15 -i *contraria est* gravitas verborum. GERH. AUGUST. Udalr. I 9 p.396,44 ira cum sua prole,...-e et indignatione. ALBERT. M. summ. theol. II 18,119,2 p.378a,15. **b** *de precatione:* CAND. FULD. Eigil. II 17,115 elevat . . . plebs 'kyrie eleison', fit -r ad astra. RUP. TUIT. vict. 8,12 p.257,20 (ed. R. Haacke. 1970) -es eorum *(Iudaeorum),* quibus vel quantis clamaverint in cęlum. STATUT. ord. Teut. p.129,19 Domine, exaudi oracionem meam et -em. *adde:* LIBRI Karol. praef. p.2,5 -em intellegendum, id est cordis affectum. *cf. p.668,38. spectat ad superstitionem:* PIRMIN. scar. 22 p.55,13 luna quando obscuratur, nolite -es emittere. **2** *meton. i. q. carmen (a choro) recitandum – Sprechverse (eines Chores):* ORDO liturg. p.364 (ed. K. Young, The drama of the medieval church. I. 1951; s. XII.ex.) tunc incipiat ipsa plebs istum -em: 'giengen dreie vrowen *eqs.*'

II *latius:* **A** *querela, querimonia – Beschwerde, Klage:* **1** *in univ.:* CAPIT. reg. Franc. 23,27 ne . . . aliquis -r super episcopum . . . sit. 253 p.250,14 questus -rque . . . Bawariorum . . . ante Hlodowicum regem venerant. WIPO gest. 5 p.27,17 pauperum -es audire et eorum causas finire. CHART. episc. Hild. I 527 ut ulterius inde iustum non audiamus -em (ACTA imp. Winkelm. I 339 quod ad nos iustus -r eorum . . . non recurrat. *al.*). *remissius c. sensu petendi, lamentandi:* DIPL. Otton. III. 405 p.838,26 cuius *(abbatis)* -bus potiusque ecclesie damnis condolentes *eqs.* TRAD. Ratisb. 791 p.370,8 -r illorum *(censualium)* nobis frequenter aperuit *rem.* **2** *de accusatione, actione instituta:* **a** *proprie:* CONC. Karol. 10,15 de iudicio puplico et -e pauperorum per singulas sabbatis fiendi. CAPIT. reg. Franc. 77,13 usquedum . . . eo, qui -em vel causam ad eum habuit, *satisfecerit latro.* PAX Valenc. p.606a,50 clericus aut armiger potest se purgare ad unum -em cum trina manu . . . adiurata. CHART. Helv. arb. 70 p. 111,6 de omnibus controversiis, petitionibus aut -bus, que vertebantur . . . inter nos. *al. v. et p.670,25. expressius de causa dilata:* CAPIT. reg. Franc. 161,4 -es, qui per neglegentiam ducum aut iudicum fuerint inventi. **b** *meton. de scripto:* CHRON. Andag. 90 p.233,3 eique *(papae)* huiusmodi compositionis -em . . . presentavit *abbas.* **3** *de vindiciis i. q. postulatio – Anspruch, Forderung:* GESTA Camer. 1,26 p. 411,12 (chart.) omnes . . . iudiciarias potestates excludimus *(sc. papa)* omnemque -em et omnem invasionem ab aecclesia. DIPL. Heinr. III. 325 p.445,32 ipse et coniux . . . ius et -em suum perpetuo cessarunt. *abund.:* CHART. Bern. I 5,74 p. 469,3 (a.1182) Ulricus adversum domum de Frienisperc diversos querimoniarum -es habens super vineis *eqs.* **B** *oratio ambitiosa – effektvolles Gerede:* LEG. Wisig. 1,1,2 negotia rerum non expetunt in teatrali fabore -em, sed . . . legem.

clamorosus, -a, -um. **1** *(saepe) clamans – (oft) schreiend:* FRID. II. IMP. art. ven. 2 p.135,8 nidasii *(falcones)* sunt magis -i et hiantes quam ramagii (p.136,13). **2** *clare (sonans) – laut(schallend): v. l.45.* **3** *cum clamore iunctus – laut: v. l.53.*

clamositas, -atis *f.* **1** *clamor – Geschrei:* DUNGAL. epist. 4 p.580,8 propter nostram *(sc. pauperum et peregrinorum)* . . . inportunitatem et -em. GREG. CAT. chron. II p.133, 3 aliquorum . . . importuna -s. **2** *gloriosa eloquentia – Marktschreierei: v. l.62.*

clamosus, -a, -um. *sensus vergit in pass.: l.56sqq.* **I** *adi.:* **A** *gener. (cf.* GLOSS. IV 113,40 St.-S. -us . . . lutreister. *al.):* **1** *de anim. (partibus corporis: l.46sq., voce: l.44sq.):* **a** *strictius:* **α** *saepe vel valde loquens, clamans – oft oder laut redend, schreiend:* PURCH. Witig. 38 vanis mulier -a querelis. EPIST. Hann. 18 p.43,7 spectabiles et -i doctores totius perversitatis. HILDEG. phys. 6,45 inquieta est *laudula* et -a (*item de avibus:* ALBERT. M. animal. 23,77 macies nimia . . . facit -um falconem. *cf.* HEINR. AUGUST. planct. 1812 -us quasi corvus). *c. sensu precandi:* EKKEH. IV. pict. Mog. 685 *Christus* mundans -os dena sibi voce leprosos. **β** *clare sonans – laut (schallend):* ALDH. virg. II 2817 Dominum . . . -a voce tonantem (RAHEW. gest. 4,40 p.282,17 cum audissent voces -as [clamorosas *var. l.*]). *adde:* CARM. anon. (SBMünch. 1873/III. p.724,8; s. XI.2) collo. NIVARD. Ysengr. 5,428 erige -ę faucis ad astra melos. **b** *latius i. q. magna voce praeditus – stimmgewaltig:* EPIST. Mog. 56 p.406,21 (a.1153/58) dives...statuit ad mensam suam puerum duri oris et -um, qui . . . clamaret *eqs.* ABSAL. serm. 51 p.291D hic *est* -ior in choro. **2** *de rebus, actionibus sim.:* **a** *cum clamore (et strepitu) iunctus – laut:* CAES. HEIST. mirac. I 6,23 p.376,16 *vidua* cum regi -is (clamorosis *var. l.*) fletibus . . . esset importuna. STATUT. ord. Teut. p.47,22 venaciones . . . -as . . . fratres non exerceant (CHART. Lux. III 374 p.405,15). *alta voce peroratus – laut (vorgebracht):* BERTH. (?) annal. a.1079 p.321,20 multaque id genus adinventionum accusationumque -arum. **b** *eiulatu plenus – voller Geheul:* EBERH. ALEM. labor. 836 *poeta* sedet in . . . carcere -o luctisonaque domo. **c** *gloriosus et eloquens – marktschreierisch:* GERHOH. psalm. 31,3 p.18,11 pro mala et -a taciturnitate hoc . . . reputatur (*opp.:* pro taciturna clamositate). **B** *iur. de rumore:* **1** *famosus, suspiciosus – übel beleumundet, verdächtig:* CAPIT. reg. Franc. 278,3 p.344,32 si servus . . . ita -us est (*syn.* infamis, clamodicus). **2** *e mala fama pendens – auf üblem Leumund beruhend (cf. Plöchl, Kirchenrecht. 2II. 1962. p.359):* CONST. II 262,3 (a.1245) nec per inquisitionis modum, quem -a insinuatio non precessit. *v. et p.668,58.*

II *subst. masc.:* **A** *evangelizator – Prediger:* EKKEH. IV. bened. I 39,22 paci -is sit pax pedibus speciosis. **B** *fere i. q. clamator – etwa: Rufer (nom. propr.):* CHART. Chil. 143

[Heßler]

p.14 (ed. P. Hasse, Kieler Stadtbuch. 1875; a.1270) Osbernus gener C-i *(i.* Rope, Ropere *ind.)*.

adv. **clamose.** **1** *magna voce – mit lauter Stimme:* EKKEH. IV. cas. 84$^{med.}$ milites ... -e salutant, familia gratulans vociferatur. 127$^{med.}$ -e ... dixit. IOH. AFFLIG. mus. 21,38 c diversarum dictionum principium est, veluti ... -e. **2** *cum clamore, strepitu – lautstark, lärmend:* NIVARD. Ysengr. 7,160 tollere -e (*syn.* fortiter) carmina prima (*cf.* CAES. HEIST. mirac. I 4,9 clericis ... fortiter, id est -e, non devote, cantantibus). STATUT. ord. Teut. p. 44,8 ut fratres ... honesta non -e loquantur. **3** *claro cum sono – laut:* HIER. MOR. mus. 24 p.177,6 *gradus* -e ... in diatesseron salit. p. 177,12 si in principio sui cantus mediocriter ascendit ..., reliquum ... -e determinet.

***clanctus,** -us *m.* *sonitus – Klang:* EKKEH. IV. cas. 48 tubas alio ... -u inflare didicerant.

1. clanculo, -are. *occultare – verbergen:* ALDH. epist. 5 p.492,2 necnon frustra talenti foenora ... -antur.

2. clanculo *v.* clanculus.

clanculus (-ngu-), -a, -um. **1** *adi.:* **a** *clandestinus, occultus, furtivus – heimlich, verborgen, verstohlen:* ALDH. virg. II 1489 -a furta. ad Acirc. 4 p.74,5 -o cordis cogitatu. ABBO SANGERM. bell. 3,108 virtus ... coalescit ... pectoris in portu clandestina; nam cluit illic -e; non constare diu ... valebit -a (gloss.: occulta). RAHEW. gest. 3,2 p.168,22 non -am, sed evidentem ... rebellionem moliri. *al.* **b** *arcanus, obscurus – geheimnisvoll, dunkel:* ALDH. virg. II 837 -a (-gula, claucula *var. l.*) ... misteria. ad Acirc. 7 p.76,16 enigma -um et latens propositio. **2** *subst.:* **a** *fem.: canis vestigans – Spürhund:* GLOSS. III 49,5 St.-S. -a spurhunt. **b** *neutr.: intimum, arcanum – das Innerste, Geheimnis:* ALDH. ad Acirc. 120 p.164,22 neutra ut ... -um, ferculum. HROTSV. Abr. 3,18 -a cordium. in -um, -o *usu adv.:* WALTH. SPIR. Christoph. I prol. p.65,30 malens...ferulas in propatulum quam...invidię scorpiones in -um. CHART. Pommerell. 113 p.101,23 in -o (*syn.* occulte) ... terram devastare. *cf. l. 50.*

adv. **1. clancule.** *clam – heimlich:* WOLFHARD. Waldb. 2, 2 (1) haec *mulier* dum ... factum -e fateretur dispendium (2,17 [11]). *v. et l. 24.*

2. clanculo. **1** *clam, secreto – heimlich, insgeheim* (*cf.* GLOSS. II 124,62 St.-S. -o getovgeno. 143,26 -o dakno): WILLIB. Bonif. 6 p.31,4 alii ... -o, alii autem aperte sacrificabant. CONC. Karol. 21,11 si ... sese sive -o corruperint seu publicae nupserint. NOTKER. BALB. gest. 2,15 p.79,10 primates ... eum -o despicientes. HIST. peregr. p.136,1 *hostes* inconmoda peregrinorum palam et -o machinantes. *al.* **2** *ex improviso, subito – unversehens, plötzlich:* CARM. Aldh. 2,86 alter ... de ergastulo carnis evulsus -o. OTTO FRISING. chron. 7,15 p.330,19 Stephanus ... fines regni -o invasit.

3. clanculum *(cf. l. 33).* **1** *clam, secreto – heimlich, insgeheim:* LIUTPR. antap. 2,39 Hulodoicus ... suis -um (-gulum *B*) infit: '*eqs.*' THIETM. chron. 2,22 epistola, quae -um ... deferebatur. *ibid. al.* **2** *mysterialiter – geheimnisvoll:* THIETM. chron. 6,24 invicem -um mussantes *idolorum ministri.* **3** *ex improviso – unversehens:* THIETM. chron. 7,64 pedites ... Boemiam -um petentes.

clancum *v.* 1. cancer. ***clandaticum** *v.* *glandaticum.

***clandestino,** -are. *celare, occultare – verheimlichen, verbergen:* ABBO SANGERM. bell. 3,103 si quis noxam -at (gloss.: occultat). UFFING. Ida 2,5 Idam Dominus sub telluris aggere non passus est -ari.

clandestinus (-dis-), -a, -um. *script.:* gl-: GLOSS. I 32,18 St.-S. -amd-: *l.69.71. p.674,17. metr.* -stĭ-: *p.674,7.*

1 *adi.:* **a** *clanculus, occultus, secretus – heimlich, verborgen, geheim:* **α** *de rebus, actionibus:* ALDH. virg. I 53 p.311,7 -distinae castitatis cognitor Deus. THIETM. chron. 6,5 ad quaerendam...hostis conversationem -am. BERTH.(?) annal.a.1069 p.274,20 heresis non ... -a, quin potius publica ... principabatur. LAMB. HERSF. annal.a.1073 p.148,23 -a (clam- *var. l.*) conventicula. ACTA imp. Stumpf 87 p.98,20 manifestis vel -is molitionibus. CHART. Port. 14 p.26,9 clam-a coemptione. METELL. buc. 8,139 (ed. P. Ch. Jacobsen. 1965) fraude -orum vel apertorum spoliorum. *al. v. et p.673,24.* **β** *de hominibus:* ANNAL. Sangall. IV a.965 p.291,11 Ruodman ... nocturnus claustrum intravit et -us (*sim.* EKKEH. IV. cas. 91$^{med.}$). **b** *arcanus, obscurus, profundus – geheimnisvoll, dunkel, tief* (*cf.* GLOSS. I 2,33 St.-S. -um uuidarzomi): ALDH. ad Acirc. 11 p.97,8 quo pandere ... enigmata queam -istina fatu. LULL. epist. 92 p.211,14 -istina divinarum scripturarum eloquia. **c** *tutus, securus – sicher, geborgen:* ALDH. virg. I 59 p.320,8 otium ... -istinae quietis et remotio secretae solitudinis. **d** *inopinatus, subitus – unerwartet, plötzlich:* THEOD. PALID. annal. a.1164 p.93,12 hec -a plaga ... facta est *eqs.* **2** *subst. neutr.: intimum, arcanum – das Innerste, Geheimnis:* HUGEB. Willib. 3 p.90,5 cordis sui -a cunctis occulta.

adv. ***clandestine.** *clam, secreto – heimlich, insgeheim:* CHART. Westph. V 178 (epist. papae; a.1200) communia ... inter se -e dividentes. 265 p.125,7 (epist. papae) clam-e. ACTA imp. Winkelm. I 961 de combustione ... domus ... -e combuste. ALBERT. M. animal. 13,51 quoddam -e repositum.

***clanga,** -ae *f.* (*cf.* clangere) *campana – Glocke:* NIVARD. Ysengr. 5,221 nonam ... -a profestam tinnit. 5,683 calices et -as. *ibid. al. (v. ind.).*

clango, clanxi, -ere. *script.* gl-: *l.49. form.* -iunt: *l.35. adde* ALDH. ad Acirc. 131 p.180,16.

1 *intrans.:* **a** *de hominibus, musis:* **α** *vocem emittere – die Stimme erschallen lassen:* HUGEB. Wynneb. 13 p.117,4 eliganter -entes clamabant *homines.* WALAHFR.(?) carm. 50,1,34 -ret ipsa *(Thalia)* vacans. HERM. AUGIENS. vit. 223 cane cara *(musa),* -e, canta! **β** *canere (classico) – blasen, Signal geben (cf.* GLOSS. I 360,7 St.-S. -gueris plasis. *al.):* BONIF. epist. 78 p.170,8 *(in imag.)* talibus ... cum tuba Dei -amus. **b** *de avibus* (*cf.* GLOSS. II 429,68 St.-S. -ens zuiziruntaz): **α** *clamare – schreien:* ALDH. ad Acirc. 131 p. 179,20 aquilae -unt (-iunt *var. l.*), anseres crinciunt. CARM. Bur. B 132,2^{b},9 aquila -it, milvus lipit. **β** *fritinnire – schlagen:* CARM. Cantabr. 23,5,2 -it coturnix, gracula resultat. **γ** *tinnipare – piepsen:* ARIBO FRISING. mus. p.7 more -entis barrae et recinentis cicadae. **c** *de rebus i. q. (re)sonare, personare – ertönen, (er)klingen* (*cf.* GLOSS. III 410,49 St.-S. -ent schaellent): **α** *strictius de instrumentis musicis, vasis sim.:* WALAHFR. carm. 4,4 monitor quidam ... melius de frigore -it (*item de campana:* ANNAL. Xant. a. 867 -entibus signis). IOH. AFFLIG. mus. 3,1 instrumentum quoddam musicae decenter ... -ens. NIVARD. Ysengr. 5,1065 infula *(sc. lagena)* -xit (*antea:* bombilat). *de tubis sim. (cf. M. Appel, Terminologie in den mittelalterlichen Musiktraktaten. Diss. Berlin. 1935. p.82).:* ALDH. virg. II 280 dum salpix crepat et -it (gl- *R*) vox clara tubarum (VITA Pirmin. I 6 p.27,11 donec tuba herilis -it ab alto). EKKEH. IV. bened. I 37,3 classica de cęlis -ant (gloss.: bucinent). *in imag.:* ALDH. virg. I 21 -ente evangelica bucina. **β** *latius de dictis:* CARM. biblioth. 6,2,23 prophetarum nobis oracula -unt. CHART. Lub. I 354 (a. 1274) fame -ente preconio. **2** *trans.:* **a** *insonare – erschallen lassen:* ABBO SANGERM. bell. 3,112 concinnas ϑηο ... -ere (gloss.: personare) laudes *(cf. Missale Gallic. vet., ed. L. C. Mohlberg. 1958. p.76,11).* GERH. AUGUST. Udalr. I 12 p.402,3 *rex* suum classicum ... -ere praecepit. *(crocitando) exclamare – (krächzend) ausschreien:* SYLL. Bern. 2,24 cornix omina -it. **b** *praedicare – verkünden:* EKKEH. IV. bened. I 4,10 de se quid -xerit (gloss.: evangelizaverit) ipsa *aquila* ([*sc. Iohannes evangelista*]. *de eodem:* 4,44 ecclesiis Asiae sibi prodita -xerat [gloss.: prędicavit et scripsit] alte). **c** *cum clangore comitari – schmetternd begleiten:* ALBERT. STAD. Troil. 4,184 his *(Troianis)* tuba -it iter.

subst. **clangens,** -entis *m.* *qui (tuba) canit – der Blasende, Bläser:* AEG. ZAM. mus. 15 p.389^{b} manu -is ad os ponitur *tuba.*

clangor, -oris *m.* *sonus, sonitus – Schall, Klang* (*cf.* GLOSS. I 417,8 St.-S. -e lutnussi. II 296,18 -is luti. 310,24 -is ... dera chlinganti. IV 6,9 -is calmes): **1** *spectat ad res:*

[Heßler]

a *strictius de tubis sim.:* ALDH. virg. II 372 tuba raucisonis reboat -bus (NOTKER. BALB. gest. 2,1 p.50,23 -r tubarum). HRABAN. carm. 39,76,1 -r buccinae. *al. in imag.:* ALDH. virg. I 57 resultantibus apostolicae salpicis -bus: 'dico *eqs.*' ad Acirc. 142 p.203,27. **b** *latius i. q. strepitus – Lärm:* HROTSV. gest. 162 bellorum . . . saevo -e tacente. **2** *spectat ad vocem hominum:* SIGEBOTO Paulin. 37 p.928,8 ut cantorem non tam -r tubae sonorae quam corporis commendet habitudo. ELIAS SAL. mus. 30 p.59[a] maiori -e astra ferit.

***clangorium,** -i *n. campanarium – Glockenturm:* GESTA Camer. 1,75 p.428,47 desuper trabibus -i. p.429,9.

clans *v.* glans. *Heßler*

***clapona,** -ae *f. vel* **-um,** -i *n. vel* **-us,** -i *m. (cf. ital.* ciappa, *hisp.* chapa, *v. Corominas, Dicc. etim. castell. II. p.195sq.) lamina – Platte, Beschlag (pl. i. q. cataphractes – Panzer):* ANNAL. Ianuens. III p.57,9 equus . . . ferratus -is argenteis. p.57,10 equus sive destrarius . . . cum -is argenti et panno aureo cohopertus. *Antony*

***clara(e)tum** *v.* *claretum.

clarea *v.* 1. glarea. **clarecatio** *v.* clarigatio.

***clarefacio** (clare facio), -factum, -ere. *notum vel manifestum reddere – bekanntmachen, nachweisen:* CHART. Ital. Ficker 19 p.25,1 (a.903) clare facimus de ipsa terra, quia *eqs.* 40 p.61,8 si . . . ullum datum . . . clare factum fuerit. *cf. p.677,2.684,13.*

clarefico *v.* clarifico.

clareo, -ui, -ere. *ind.praes.* -rit: *l.29. c.gen.: l.39.*

1 *splendere, fulgere – glänzen, leuchten (cf.* GLOSS. I 118,9 St.-S. -it [-et *c*] haitrit. 200,20 -et hluttaret. *al.):* **a** *in univ.:* POETA Saxo 5,306 -et amor maximus alloquio. VITA Bonif. II 10 nusquam . . . tam magna sanctitas -et ut in supradicta ęcclesia. RAHEW. gest. 3,39 p.213,27 fortitudinem corporis . . . adeo sub oculis omnium -ere fecerunt *eqs.* CARM. Bur. B 151,4,3 restat una *puella* . . . -ens luna oportuna. *al.* **b** *c. colore quodam:* **α** *excellere – sich auszeichnen:* POETA Saxo 5,244 nec patrio tantum -uit eloquio. WIDUK. gest. 1,30 -uit religiositate *rex.* DIPL. Otton. I. 382 quod *(monasterium)* . . . nobiliter monachorum -et collegio. VULC. Bard. 2 p.318,37 -uit industriae. CHART. Basil. A II 192 p.250,20 erga nos et imperium . . . -ere *(item dipl. Rudolfi regis:* CHART. Rapp. I 139 merita, quibus . . . semper e. n. et i. -uerunt). *al.* **β** *nobilem, celebrem esse, florere – vornehm, berühmt sein, in hohem Ansehen stehen:* REGINO chron. a.123 Iustinus philosophus -et. WIPO gest. 2 p. 15,27 ex materno genere -uerant. NIVARD. Ysengr. 3,486 tribus a denis hinc sua -et avis. *al.* **γ** *valere – etwas gelten:* BEDA hist. eccl. 1,12 p.27,4 nomen Romanae provinciae, quod apud eos *(Brettones)* tam diu -uerat. **δ** *plena luce adesse – lichterfüllt dasein:* FLOR. LUGD. carm. 10,1 -ent angelici sublimia festa diei. METELL. Quir. 37,7 (ed. P. Ch. Jacobsen. 1965) -ente paschę tempore.

2 *patere, notum, in conspectu esse, se ostendere – deutlich, bekannt, sichtbar sein, sich zeigen:* LIBER diurn. 84 p.102,22 ut sinceritas . . . nostrae fidei vestrae claritati manifestius -at. HRABAN. epist. 41 p.480,15 neque humano usui sunt digna *pecora,* ubi abominatio -et maxima. NIVARD. Ysengr. 3,853 -et probitatis . . . tibi secta lupinę? *in recordatione esse – in Erinnerung sein:* SEDUL. SCOT. carm. 2,46,15 -ant priscae miserationes. *impers.:* LIBELL. de conv. Baiuv. 9 sicut iam multis . . . -et locis. GODESC. SAXO theol. 1 p.85,19 ut -et. *ibid. saepe (v. ind.). c. (acc. c.) inf.:* LIUTG. Greg. praef. -et testimoniis sanctae scripturae . . . patribus honorem . . . impendendum *eqs.* DIPL. Ludow. Inf. 15 salubre fore cunctis fidelibus liquido -et *eqs. al. interr. indir.:* RIMB. Anscar. 42 p.79,6 ex his . . . -et, quantae vir iste sanctitatis . . . fuerit. *pendet* quod: GODESC. SAXO theol. 6 p.136,23 -et omnino sine scrupulo . . ., quod *eqs. ibid. saepe.* POETA Saxo 2,357 indicio -bat aperto, quod *eqs.* CHART. Turic. 424 p.304, 28. *al. pendent* qualiter, quia, quoniam: GODESC. SAXO theol. 3 p.96,23. 6 p.140,4. fragm. p.44,12.

adi. **clarens,** -entis. *praeclarus – herrlich:* METELL. buc. 1,62 (ed. P. Ch. Jacobsen. 1965) sacram signis -bus aram.

claresco, clarui, -ere. *script.* -ris-: GLOSS. I 116,32 St.-S.

I *proprie:* **A** *intrans.:* **1** *sensu incohativo vigente:* **a** *lucescere, radiare incipere, luminosum fieri – aufleuchten, zu strahlen beginnen, hell werden (cf.* GLOSS. I 116,29 St.-S. -uit piplichta. II 248,9 enitescere -ere scinan): **α** *in univ.:* AETHICUS ISTER 9 qui *(diabolus)* primus in luce -uit (gloss.: refulsit). WALAHFR. Blaithm. 133 aurora . . . -uit. ANNAL. Xant. a.841 nubecula . . . -uit. *al. per compar.:* VITA Liutb. 20 veluti . . . -ente sole dissipabitur nebula. **β** *c. colore quodam: fulgendo inire – strahlend anbrechen:* POETA Saxo 3,322 cum . . . -ret aestas. *efflorescere – erblühen:* CARM. Bur. B 144,1,4 ornatus . . . florum lete -uit. **b** *albidum vel albidioris temperamenti fieri – hell werden, eine hellere Tönung annehmen:* ALBERT. M. animal. 3,115 aeris viridis virore aliquantulum albescente et -ente. 16,53 ipse *(aer)* est perspicuus et facit -ere substantiam eius, cum quo miscetur. **c** *limpidum fieri – klar werden:* WALTH. AGIL. med. 100 si . . . exeat spissa et subito -at *urina.* **2** *sensu incohativo evanido i. q. limpidum esse – klar sein:* ALBERT. M. animal. 1,206 varius *color oculi* . . . significat spiritum visivum . . . -ere. **B** *trans. i. q. purgare – reinigen:* RHYTHM. 1,9,2 sordis auribus . . . -it exetram.

II *translate et in imag.:* **A** *intrans.:* **1** *sensu incohativo vigente:* **a** *splendescere, enitescere, splendendo conspicuum fieri – erstrahlen, aufglänzen, strahlend sichtbar werden:* **α** *in univ.:* WILLIB. Bonif. 5 p.23,27 cum . . . doctrinae lux . . . -ret. HUGEB. Wynneb. 7 p.112,39 semper sacra in suo pectore permanentes -uerunt oracula. LIUTG. Greg. 4 ex eo die quantum -uerit sapientia ipsius omni regno Francorum. CAND. FULD. Eigil. I 12 quod in ministro Christi vera Christi susceptio -uisset. GODESC. SAXO conf. p.75,3 quatenus in ecclesia . . . fidei claritas -ret. WALTHARIUS 306 in hoc . . . -at gratia vestra, ut *eqs. al.* **β** *c. colore quodam: clare evenire – sich in herrlicher Weise ereignen:* ARBEO Emm. 25 in qua *(ecclesia)* . . . innumera ex merito martyris -unt signa (HROTSV. Agn. 399). *(laudabiliter) exsistere – (rühmlich) hervortreten:* AETHICUS ISTER 2 Aethicus, Histriae regione, sofista -uit (gloss.: refulsit vel resplenduit vel emicuit). REGINO chron. a.158 Clemens . . . presbiter et Panthenus philosophus -unt. *al.* **b** *glorificari, celebrem fieri, se manifestare – verherrlicht werden, zu Ansehen kommen, sich offenbaren:* RUD. FULD. mirac. praef. p.329,13 quibus . . . signis et virtutibus . . . -uerint *sancti* (DIPL. Loth. I. 110 [ed. Th. Schieffer. 1966] quorum [*martyrum*] s. et v. . . . Dei maiestas . . . infidelibus aperte -at). LIUTOLF. Sever. II 3 in itinere miraculis -uerunt *reliquiae* (MIRAC. Annon. 2,1 [Siegburg. Stud. III. 1966]). CHART. Rhen. inf. I 402 -entibus meritis b. Nicolai . . . mansum reddidit. *al. adde:* WALTH. SPIR. Christoph. I epist. p.64,20 quatinus tuo favore -at *libellus limatus. c. adi.:* BERTH. (?) annal. a.1075 p.280,3 qui . . . miraculis . . . sanctissimus -uerat. *c. nom. c. inf.:* DIPL. Heinr. IV. 408 p.540,32 qui *(sanctus)* . . . fundator illic per miracula . . . -uit esse veracissime. **c** *apparere, notum, evidentem fieri, cognosci posse – klar, deutlich, bekannt werden, sich herausstellen, erkennbar werden:* **α** *gener.:* WILLIB. Bonif. 4 p.17,6 si quanam in parte huius populi evangeli umquam aditus -ret. COD. Lauresh. 12 p.290,35 -entibus culpis. WETT. Gall. 41 quod *(sc. vindicta sceleris)* absque mora plurimis -uit. THIETM. chron. 2,23 p.66,25 ut fides tua in conspectu omnium -at. *al. c. nom. c. inf.:* GODESC. SAXO gramm. 2 p.442,2 hostis antiquus . . . -uit magna sibi suisque esse ruina. *impers.:* REGINO chron. a. 864 p.81,6 ut postea -uit. THIETM. chron. 2,3 ut signis post obitum -uit. *al. c. acc. c. inf.:* VITA Liutb. 35 p.40,18. NARR. de lib. Fab. 3 ubi episcopo -uit sibi adesse litteras. *al. interr. indir.:* LIUTG. Greg. 2 p.68,17 praedicatio ex quo fonte processerit, statim -uit. TRANSL. sang. Dom. in Aug. 11. *al. pendet* quod: THEGAN. Ludow. 18 postmodum -uit . . . in nonnullis miraculis, quod *eqs.* **β** *iur. (interdum i. q. probari – nachgewiesen werden):* TRAD. Frising. 439 (a.820) quicquid . . . de alode . . . -uisset. DIPL. Karoli III. 89 p.147,19 quatenus rei veritas lucide -at. DIPL. Arnulfi 131 p.196,32

[Schmidt]

unde investitura . . . ecclesie -ere potuerit. DIPL. Heinr. III. 339 p.463,33 si . . . ullum datum . . . -uerit. *c. nom. c. inf.:* DIPL. Otton. I. 405 p.552,8 quę . . . vęra esse -uerunt. DIPL. Otton. II. 254[a] p.294,20 quę *(res)* -uerit . . . pertinere monasterio. *impers.: pendet* quod: DIPL. Karoli III. 25 p.43,14 notitia, qualiter -ere potuisset, quod *eqs.* TRAD. Teg. 14. *al.* qualiter: TRAD. Teg. 299 (c.1160). **2** *sensu incohativo evanido i. q. praestare – hervorragen:* DIPL. Karoli III. 125 p. 201,17 qui *(abbas)* . . . moribus et doctrina -at. HROTSV. prim. 62 tua progenies . . . culmine . . . -et honoris. **B** *trans.:* **1** *notum reddere, patefacere – bekannt-, offenbar machen, mitteilen:* **a** *gener.:* HUGEB. Willib. 2 p.89,12 statim . . . abbas . . . -uerat ista congregatione *(cf. p.681,44).* CARM. de Nyn. 183 Dominus venerandum -uit orbi . . . illum. **b** *iur. i. q. evidentem facere – evident machen:* DIPL. Arnulfi 131 p.197,1 quicumque sue proprietatis firmitates . . . amiserint et -ere vel comprobare potuerint. **2** *in lucem proferre – hervorbringen:* AETHICUS ISTER 72 p.56,3 quamvis . . . Graecia prima . . . inlustres medicos (illustribus medicis *var. l.*) -uisset.

adi. **clarescens,** -entis. *praeclarus – herrlich:* METELL. peripar. 11,22 (ed. P. Ch. Jacobsen. 1965) -s Chrisogonus.

***claretum,** -i *n. (francog. vet.* claret, *cf. theod. vet.* claret, *v. et v. Wartburg, Frz. etym. Wb. II. p.740) script.:* -rat-: *l. 28.* -raet-: *l.44.*

vinum melle et speciebus vel herbis conditum – mit Honig und Gewürzen oder Kräutern versetzter Wein, Würzwein, Kräuterwein (cf. GLOSS. III 373,24 St.-S. -um luterdranc. 697,57 -atum. *al.):* **1** *gener.:* WILH. HIRS. const. 1,14 quae *(potio pigmentata)* -um, id est liittranch, dicitur. CHRON. Ebersh. 27 p.445,6 situlam plenam -i. CARM. Bur. B 197,4,4 (ed. B. Bischoff. 1970) -um forte, nectareo sapore. CONR. FAB. Gall. 27[ex.] -o permixta toxica. ALBERT. M. Is. 5,22 p.80,54 -um . . . et cetera, quae possunt inebriare. **2** *spec.:* **a** *pharm. et natur.:* TRACT. de aegr. cur. p.136,1 laxativum. IOH. PLATEAR. simpl. med. p.14b[v] cataputie contrite bene cum melle decoquantur et cum tali melle et vino fiat -um. HILDEG. caus. 4 p.186,26 haec *(cariophyllum et piper)* . . . in optimo vino fervere faciat atque ad praedictas herbas in saccellum fundat et ex his -um paret *mulier.* THADD. FLORENT. cons. 41,35 aliquantulum . . . -i facti cum diureticis aperitivis splenis. ALBERT. M. euch. 3,2,1,3 p.282[b],16 -um . . . et moretum extra modum sunt calida et . . . libidinem provocantia *eqs. al.* **b** *iur.:* CHART. Turic. 384 p.270,22 (c. 1218) cellerarius quotannis quartale vini reddit . . . ad -aetum. CHART. Rhen. med. II app. 15 p.403,16 venatoribus . . . unum sextarium -i dare. CHART. Ger. Col. 102 p.101,28sq. ut pincerna in pascha . . . non det -um, sed pro -o det unam amam vini . . . et habebit nichilominus omnia iura -i, mel scilicet et piper, ad usus suos. REGISTR. Pant. Col. 23 p.142,24 propinationem -i. *al.* **c** *eccl.:* ALBERT. M. euch. 3,2,1,3 p.282[a], 46 liquores . . ., ex quibus . . . sanguis Christi confici non potest, sicut est . . . -um, cervisia, medo.

***claricanus,** -a, -um. *voce clara praeditus – mit heller Stimme begabt: v. p.679,49.*

clarificatio (-cio), -onis *f.* **1** *proprie:* **a** *spectat ad liquores, substantias i. q. actio limpidandi – Klärung, Reinigung:* SALERN. comp. 21 de -e siropi. *alch.:* Ps. AVIC. lap. p.634[a],30 res . . . puras . . . exaltate et . . . reducite, et factum est totum -um et fixionum rei magisterium. Ps. PLATO quart. 3 p.148,1 si reduxeris ex eo, quod clarificatum est quadam -e, super turbidum, convertit ipsum ad clarum. p. 152,40 tempus . . . autumnale . . . convenit separationi rei et -i eius. 4 p.169,30. **b** *spectat ad oculos i. q. virtus aciei restituendae – Vermögen, die Sehkraft wiederherzustellen:* TRIUMPH. Remacli 2,31 ex divinae -is praesentia . . . lux orbibus *feminae caecae* refulsit. **2** *translate:* **a** *glorificatio, laus – Verherrlichung, Lobpreisung:* ANSCAR. mirac. Willeh. 3 (2) virtus . . . ad -em Dei publice manifestata est. pigm. p. 41 ut in tuae resurrectionis -cione . . . exultet *ecclesia.* VITA Serv. 67 p.145,28 quos . . . sanctorum tuorum -bus iocundas. HUGO HONAUG. div. 23,5 (ArchHistDoctrLitt. 37. 1962. p. 157) ex -e . . ., qua filius patrem clarificabat, non est aucta patris divinitas. **b** *transformatio in statum caelestem – Verklärung:* ALCUIN. epist. 41 p.84,36 corporis Christi -o gloriosa esse credenda est.

***clarificativus,** -a, -um. *ad clarificationem valens – wirksam zur Erhellung:* CONSTANT. AFRIC. grad. p.382,14 alumen . . . est . . . visus . . . obscuritatis -um.

clarifico, -avi, -atum, -are. *script.* -ref-: *l.30.*

I *proprie:* **A** *spectat ad visum:* **1** *de candore, luciditate i. q. radiantem, splendidum, clarum reddere – strahlend, glänzend machen, erhellen:* **a** *natur.:* Ps. ARIST. lap. I p. 186,39 rubor eorum *(lapidum)* augebitur et -buntur. *al. medial.:* ALBERT. M. miner. 1,2,2 p.17[a],13 in combustione . . . perspicuum *vitri* . . . -atur. **b** *eccl.:* HERM. IUD. conv. 11 p.104,18 (ed. G. Niemeyer. 1963; s. XII.[med.]) -tam in monte Moysi faciem . . . aspicere. VITA Hildeg. Bing. 3,58 (PL 197, 130[B]) montem -bant *cruciculae in firmamento exsistentes.* **2** *de perspicuitate, puritate:* **a** *spectat ad liquores, substantias i. q. limpidum, perlucidum reddere, liquare – klar, durchsichtig machen, klären (cf.* GLOSS. I 174,3 St.-S. -at hluttrit): **α** *gener. (medial.: l.23. al.):* WALTH. AGIL. med. 30 p.128,4 -etur sirupus . . . cum albuminibus ovorum *(sim.* ALBERT. M. animal. 17,21 fit, quod, cum ova immittuntur vino . . ., -atur vinum *eqs. al.).* ALBERT. M. veget. 6,164 -atur *mustum* infra duos menses. **β** *alch.:* GEBER. investig. 4 p. 482 cuperosa dissolvenda est in aceto . . ., -anda per filtrum. Ps. PLATO quart. 4 p.170,8 hoc alkien terreum -at et mundificat. *al. v. et p.677,60.* **b** *spectat ad oculos i. q. perspicacem, clare videntem reddere – schärfen, klar (sehend) machen:* ANTIDOT. Cantabr. p.161,19 adipem . . . piscium . . . si quis unguatur, -eficantur *oculi.* REGIMEN san. Salern. 300 lumina -at . . . phlebotomia. ALBERT. M. animal. 1,208 qui *(visus)* . . . per extenuationem -atur *eqs. saepe. de mente:* HILDEG. epist. I 62 p.283[A] -a animum tuum in me *(sc. Deum).* ALBERT. M. animal. 12,123 factum est cerebrum frigidum . . ., ut subtiliet et -et spiritum. **c** *spectat ad cutem i. q. purgare – reinigen:* TROTULA 58 p.33,13 facit . . . recedere . . . omnes maculas faciei ipsamque -at *aqua quaedam* (ALBERT. M. veget. 6,303). **B** *spectat ad vocem sim.:* **1** *incipere – anstimmen:* CONSUET. Eins. 12 p.78,29 primum . . . -et responsorium *hebdomadarius melodiae.* **2** *lēvem, magnum, acutum reddere – klar(klingend), laut, hell machen:* ODO MAGD. herb. 188 -at raucam crudum *allium* . . . vocem. *medial.:* ALBERT. M. animal. 5,48 ut ex coitu -etur (*p.545[a],12* μείζω καὶ λαμπροτέραν) vox eius *(equae). al.*

II *translate et in imag.:* **A** *glorificare, splendore augere, celebrem reddere – verherrlichen, mit Glanz ausstatten, zu Ansehen bringen:* **1** *saec.:* CONST. II 154 p.189,24 (a.1231) imperiale fastigium . . . potentie sue sceptra -at, cum . . . sue radios claritatis effundit. *insignem reddere – auszeichnen:* FORM. Marculfi 2,1 p.170,2 (ed. A. Uddholm. 1962) *clericos* erudicio scribturarum -at. WIDUK. gest. 2,28 p.96,11 *dominus* me . . . magna potestate -vit. *medial. i. q. gloriam assequi – zu Ruhm gelangen:* CONST. II 200,1 (a.1236) dum -amur in fama. **2** *eccl. (interdum c. sensu clare manifestandi, comprobandi, e. g. l.62):* ANNAL. regni Franc. a.827 p.174,11 corpora . . . martyrum . . . multis signis atque virtutibus -ta sunt. RIMB. Anscar. 2 p.20,23 quanta gratia Dominus servum suum . . . -are dignatus fuerit. METELL. buc. 7,6 (ed. P. Ch. Jacobsen. 1965) laudes dignare tuas *(sc. Quirini)* ita -are, quo radius virtutis . . . non obscuretur. MIRAC. Annon. 2,1 (Siegburg. Stud. III. 1966) ad certificandam . . . sanctitatem . . . Annonis Christi pietas eum longe vel prope -are non destitit. *c. sensu sublimandi:* CHART. Stir. IV 305 p.181,30 (a.1268) universa humane nature conditio lumine divine ymaginationis -ta. *al. medial. i. q. beatitudinem aeternam assequi – zur ewigen Seligkeit gelangen:* DIPL. Heinr. IV. 489 quoniam . . . in futuro nos feliciter -ari credimus. **B** *exornare – schmücken:* SALUTARIS POETA 2 (MittellatJb. 5. 1968. p.229; c. s. XIII.) collige flores *(sc. morales doctrinas)* et puerile caput -are stude. **C** *explanare, ostendere – deutlich machen, zeigen:* **1** *manifestum reddere, probare – klarstellen, beweisen:* EPIST. Bonif. 80 p.178,29 si -tum fuerit ita

[Schmidt]

eum confiteri. *fort. huc spectat:* CHART. Ital. Ficker 29 p. 40,31 (a.976) quas *(res)* . . . in Venetias adduxi, . . . invenire et -are. **2** *aperire – bekanntgeben:* CHART. Basil. A II 72 (a. 1260) presentibus -o noticiam subscriptorum. *interr. indir.:* CHART. Wirt. I app. 21 (s. XII.) fidelibus -amus, quomodo *eqs.* **D** *luce intellegentiae complere – erleuchten:* NADDA Cyriac. I 22,6 de apostolis iam sancti spiritus presentia -tis. METELL. Quir. 1,57 (ed. P. Ch. Jacobsen. 1965) -a duces!

adi. **clarificatus,** -a, -um. **1** *liquatus, limpidus – geklärt, klar:* LAMB. ARD. hist. 87 p.601,46 vino . . . pigmentato et -o *('clairette, Würzwein' ed.)* . . . in cuppis fluctuante. **2** *magnus – laut:* CARM. Bur. B 61,13[a],2 risus.

***cocavus** *vel* **-um,** -i *m. vel n. (cf. francog. vet.* cochavon, *v. Tobler-Lommatzsch, Altfrz. Wb. II. p.512) cochlea – Schnecke:* GEBER. clar. 2,13 accipe -um nudum, id est limacas nudas, id est marucas. *Dauser*

1. *cocca (ko-, coc(a), coch-, cog(a), -gg- *sim.*), -ae *f. vel* ***coggo** (coc(o), -cc-, coch-, cock-, codc-, cog(o) *sim.*), -onis *m. (f.: l.60sq.) (cf. ital.* cocca *a* caudica *et theod. vet.* kôgcho, *v. Meyer-Lübke, REW^{3} nr.1775) species navis, navis mercatoria vel oneraria vel bellica – Kogge, Handels-, Fracht-, Transport-, Kriegsschiff (cf. P. Heinsius, Das Schiff der hansischen Frühzeit. 1956):* OLIV. hist. reg. 97 p.145,14 classis quinquaginta vel plurium cogonum. CONST. II 101,1 centum naves cockonibus et sneccis computatis. RYCCARD. chron. a.1217 p.79^{a},28 una conducta cohone (cobone *cod.*). CHRON. Reinh. a.1218 p.592,59 coccones, super quas erant propugnacula. *al.* IOH. CODAGN. gest. 4 p.471,9 Saraceni . . . in christianorum coca ascenderunt. 16 cochas et galeas et barchas armaverunt (*inde* ALBERT. MIL. temp. 220 p.488,31 chochas). CHART. Hans. 201 p. 63,10 cogam Boidini . . . carcatam vinis. HEINR. LETT. chron. 14,1 p.73,1 peregrini de -bus (cogenibus *var. l.*) exeunt. 19,11 emerunt -em munientes eum . . . tamquam castrum. CHART. Livon. A III 169 p.31,39 in coggam inferre *siliginem.* CHART. Hans. 272 koga si naufragium . . . pertulerit. CHART. Lub. I 122 cochgam. CHART. Wism. A 696 (ed. F. Techen, Das älteste Wismarsche Stadtbuch. 1912) Ermengardis r(esignavit) filio suo . . . dimidium kokkonem. 784 naves et codcones. CHART. Rost. B I 3,106 p.83 (ed. H. Thierfelder, Rostocker Stadtbuch. 1967) dominus Meineke amisit cokonem. CHRON. Erf. min. p.670,24 naves magne . . ., tam trieres quam coccones ([cocicones, occones *var. l.*]. *cf.* CHRON. Erf. mod. II a.1265 cocones). CHART. Hans. 716 p.252,20 -es et magne naves. ALBERT. MIL. temp. 220 p.478,1 -as (coceas *cod.*). *saepe.* *Antony*

2. cocca *v.* coccum. **coccanum** *v.* cotoneus.

***coccarion** (-in) *n.* (κοκκάριον) *coccum – Kermes:* COMPOS. Luc. R 32sq. mittis vermiculum lib. I, -in lib. I (-in nascitur . . . in folia cedri) non tritate.

***coccia,** -ae *f. (cf. ital.* coccia, *francog.* cosse, *v. C. Battisti – G. Alessio, Dizionario etimologico Italiano. II. 1951. p.992) testa – Schale:* ANTIDOT. Augiens. p.58,20 oleo lentiscino -a ovi. *cf.* 1. coccus.

coccina *v.* coquina.

coccineus, -a, -um. *script.:* -cti-: *l.32sq.* -ni(us): *l.40.49.* -oci-: THOM. TUSC. gest. p.495,23.

1 *adi.:* **a** *strictius:* **α** *e cocco confectus – Kermes-:* MAPPAE CLAVIC. 237 iottam. **β** *cocci colorem exhibens, ruber – scharlachfarben, rot (cf.* GLOSS. III 173,23 St.-S. -a vestis rot cleit. *al.):* ALDH. virg. I 58 p.318,2 tonica -a (cogc-, coci- *var. l.*) sive iacintina. FORM. Sangall. II 39 p.421,16 palliolum . . . -um. EGBERT. fec. rat. 1,1185 ursus . . . carnem a cervice diremit, nam de -o res est manifesta galero. BENZO ad Heinr. 2,12 -i galeri videbantur sicut carbones ignis. CATAL. thes. Germ. I 63,11 (Mittelalterl. Schatzverz. I. 1967) mappulę -ę. CAES. HEIST. mirac. II 1,40 p.68,23 propter modicum ruboris, qui ad instar fili -i in maxilla eius *(morientis)* apparuit. *al. fort. add.:* Ps. AVIC. anim. 1,8 p.76 prima *petra* fuit de igneo et secunda de coctineo *(sc. colore). alleg. et in imag.:* AMALAR. off. 2,21,1 per colorem -um (coct- *P5*) opera misericordiae . . . intellegimus (*cf.* HONOR. AUGUST. sacram. 26 p.761^{B}). HEINR. WIRZ. cur. 969 -i fuerint si crimina vestra coloris *(cf. Vulg. Is. 1,18).* **b** *latius i. q. ex textili pretioso (cocco tincto) confectus – aus kostbarem (Scharlach-)Stoff hergestellt (hic illic fort. i. q. sericus – seiden, cf.* GLOSS. III 418,68 St.-S. -am sidin. *al.):* AETHICUS ISTER 93 ornamenta -ia arte[m] pretiosissima. VITA Mathild. I 15 p.580,46 palliis, uno -o et alio lineo, *sibi relictis.* CATAL. thes. Germ. I 35^{b},5 (Mittelalterl. Schatzverz. I. 1967) sindones lineas VIIII, -as XI, . . . IIII laneas. *al.* **2** *subst.:* **a** *masc.: homo tela serica ornatus – ein 'Seidener':* NOTKER. BALB. gest. 2,17 p.88,8 quodsi quisquam inferiorum . . . aliquid de serico . . . habens eum forte incurrisset, his verbis increpatus . . . abscessit: '. . . o te totum -um!' **b** *neutr.: color cocci, color ruber – (scharlach)rote Farbe:* GLOSS. III 274,68 St.-S. fecinium -ium retze.

coccino *v.* coquino.

coccinus, -a, -um. (κόκκινος) *script.:* conc-: *l.54.* -cti-: *l.67.*

1 *adi.:* **a** *e cocco confectus – Kermes-:* COMPOS. Luc. E 24 tolle iotta co[n]ccina. **b** *cocci colorem exhibens, ruber – scharlachfarben, rot:* BENED. ANDR. chron. p.7,6 corium *Iuliani* . . . -um. **2** *subst. masc. (l.64.72) vel neutr.: quod coccineum est – etwas (Scharlach-) Rotes (cf.* GLOSS. III 314,62 St.-S. -um rotez. *al.):* **a** *color coccineus – Scharlachfarbe (cf.* GLOSS. III 297,24 St.-S. -um reizza, color rubeus. *al.):* GERHOH. novit. 40 p.80,28 -um, qui color est rubeus sanguineus. **b** *filum vel textile pretiosum cocco tinctum, vestis pretiosa cocco tincta – (scharlach)roter Faden oder Stoff, kostbares (scharlach)rotes Gewand (cf.* GLOSS. III 416,46 St.-S. -o rotpfellel. IV 136,18 -us gotweppe. *al.):* DIPL. Otton. II. 35^{b} p.45,18 proprietatem . . . excepto auro et -o . . . contradidit. CATAL. thes. Germ. I 81,2 (Mittelalterl. Schatzverz. I. 1967) tres paraturę coctino variatis albis. VITA Mathild. II 16 p.294,24 induit -um unius coloris . . . sub lineo vestimento. TRANSL. Dion. Ratisb. p.352^{b},38 (epist.) metallorum copiis, bissi, -i . . . redundat. *alleg. de filo (cf. Vulg. gen. 38,27):* EKKEH. IV. bened. I 34,24 -us in planta crucis est nota morsque cruenta. **c** *pu-*

[Dauser]

stulae (rubrae) – (roter) Ausschlag: GLOSS. III 429,30 St.-S. vuarencibla et varix et -um vuarca.

1. coccio *v.* cocio. **2. coccio** *v.* 1.coctio.

***coccion** (cokion) *n.* (κοκκίον) *species pilularum – Pillenart:* MATTH. PLATEAR. gloss. p.385^{E} trochisci cokion taliter ab Avicenna vocati. p.385^{G} descriptio trochiscorum cokion. *ibid. al.*

***coccius** (cochi-), -a, -um. (*coccion) *speciem pilularum designans – eine Pillenart bezeichnend (per pravam interpretationem i. q. capiti aptus – für den Kopf geeignet, Kopf-):* MATTH. PLATEAR. gloss. p.389^{E} istae pilulae . . . dicuntur cochiae, id est capitales, a cochos, quod est caput, eo quod mundificant caput. TRACT. de aegr. cur. p.139,5 solvatur venter cum pillulis cochiis. THADD. FLORENT. cons. 12, 101 fiat evacuatio cum pillulis cochiis Almansoris. THEOD. CERV. chirurg. 2,4 p.146^{A} dentur pilulae cochiae. *al.*

cocclear *v.* coc(h)lear.

***cocclii** *v.* *cochlias. ***cocco** *v.* 1. *cocca.

***coccodaphnon** (cocodafn-), -i *n.* (κοκκόδαφνον) *baca lauri – Lorbeere:* PAUL. AEGIN. cur. 171 sandarace ʒ VI, cocodafna (*3,28,13* κοκκόδαφνα) II resolvens cum melle.

cocconidium *v.* coccum (cnidium).

***coccora, -um** *v.* *cucurum.

coccugnidium *v.* coccum (cnidium).

coccum, -i *n. vel saepius* **coccus,** -i *m. vel* ***cocca,** -ae *f. (l.41)* (κόκκος) *script.:* coc(um): *l.47.65. al.* coct-(um): *l.31.*

I *de vermiculo:* **A 1** *excrescentiae arboris (Quercus cocciferae L.) ad tinguendum aptae – Kermes:* COMPOS. Luc. S 75qq. pisas . . . -um . . .; delabas hurina, donec expendatur ipsud -um (*cf.* MAPPAE CLAVIC. 174 coctum). ALDH. ad Acirc. 2 p.64,19 purpureis ostri et -i coloribus. *al.* **2** *color coccineus – Scharlachfarbe:* COMPOS. Luc. F 1 temperas -um et ipsa temperatione mittis in ipsas pelles tinctas (*cf.* MAPPAE CLAVIC. 234). COSMAS chron. 2,10 p.97,6 baltheis bis -o tinctis. **3** *filum vel textile pretiosum coccineum, vestis pretiosa coccinea – (scharlach)roter Faden oder Stoff, kostbares (scharlach)-rotes Gewand (cf.* GLOSS. II 49,6 St.-S. subtemine -i wevel. III 150,15 -us rothphello. 282,54 ostrum -us rotphellol. *al.):* **a** *proprie:* AETHICUS ISTER 94 -us . . . et byssus pulchrae. AGNELL. lib. pont. 66 p.324,30 mediam habens *endothis* -am. CATAL. thes. Germ. I 118,27 (Mittelalterl. Schatzverz. I. 1967) facitergula -o imaginata. WALTH. SPIR. Christoph. II 1,122 postquam strato licuit discumbere -o. TRAD. Ratisb. 279 p. 227,25 albam . . . argento -oque textrino opere elaboratam. NOTAE Mediol. (MGScript. XVIII p.385,34) planetam de coco. *al.* **b** *alleg. (cf. Vulg. exod. 25,4. al.):* HRABAN. univ. 21,14 p.569^{A} -us bis tinctus charitatis perfectionem *figurat* (CAES. HEIST. hom. exc. p.20,38 in ipsa *tunica* . . . flammescit -us b.t. apostolorum). *al.* **B** *per confusionem i. q. purpura – Purpurschnecke (Murex trunculus L. vel sim.):* **1** *proprie:* ALBERT. M. animal. 5,61 vocatum est *animal* -us bis tinctus propter sui ruboris intensionem (*cf. ind. s. v.*). Is. 1,18 p.27,2 -us est ostreum in concha latens et ruborem magnum effundens, quod murex . . . vocatur. *al. species conchylii – Muschelart:* ALBERT. M. animal. 5,63 perforat *purpura* testam halzum (*p.547^{b},7* τὰ κογχύλια) sive -i. **2** *in imag.:* ALBERT. M. euch. 3,2,5,6 p.304^{a},24 dicitur *Christus* . . . -us sine virili semine conceptus.

II -um cnidium (cho-, cu-, co(c)co(g)nidium, -cu(g)n- *sim.*): **A** *laureola – Seidelbast (plerumque de fructibus i. q. grana laureolae – Seidelbastkörner; de frutice: l.69):* **1** *Daphne oleides (L.), Daphne Cnidium (L.) vel sim. – Bergseidelbast, Südlicher Seidelbast o. ä. (cf. André, Lex. bot. p. 95):* PAUL. AEGIN. cur. 199 p.129,1 euforbii, gnidii coci (*3,43,* ʒ Κνιδίου κόκκου) puri . . . tantundem. AESCULAPIUS 22 p.36,2 gargarizent oxymelle de pulvere cocognidio. ANTIDOT. Sangall. p.91,21 cocunidiu Ƶ II. p.91,34 cocumnidiu ⟨ III. RECEPT. Bamb. 7 p.64,29 coccugnidiu grana quatuor. ANTIDOT. Glasg. p.110,11 coccunidium dr. III. DYNAMID. Hippocr. 2, 104 semen eius *(chamelaeae)* siccum, quod cucunidim dicitur. GLOSS. Roger. III 816 ⟨seminis⟩ rafani, coconidii. *al.* **2** *Daphne Mezereum (L.) – Seidelbast (cf.* GLOSS. III 298,32 St.-S. coconidio idest cilantesbere. 519,22 choconidium zwilintbere. 584,39 cotognidium citlant. *al.):* CONSTANT. AFRIC. grad. p.364,20 cocognidium calidum *eqs.* SALERN. comp. 16 gravia *provocantia vomitum* simplicia sunt ut . . . cocconidium. THADD. FLORENT. cons. 69,3 cocondii (cocogridii *cod.*), castaneole . . . ana unziam I. *al.* **B** *per confusionem:* **1** *lathyris – Spring-Wolfsmilch (Euphorbia lathyris L.):* GLOSS. III 49,37 St.-S. coconidium spinwrz vel springwrz, lithere goltwrz. **2** *codia(e semen) – Mohn(samen):* ALPHITA II p.134,15 papaver album . . ., cuius semen coconidium appellatur.

***coccurum** *v.* *cucurum.

1. coccus (cocus), -i *m. gallus – Hahn:* LEX Sal. Pipp. 7,6 si quis -um aut gallina furaverit. *fort. add. (ni cohaeret c. francog. vet.* coque, *cf. Tobler – Lommatzsch, Altfrz. Wb. II. p.835):* FORM. Senon. II add. 4,25 (ed. G. J.J. Walstra. 1962) non vales uno coco.

2. coccus *v.* coccum. **3. *coccus** *v.* *cottus.

4. coccus *v.* coquus.

coccymela (quoquem-, cocim-, -ctune-, -lla), -ae *f.* (κοκκύμηλον) **1** *prunus – Pflaumenbaum (Prunus domestica L.):* DYASC. p.68^{a} cocimella arbor, quam Latini prunam vocant *(ex Isid. orig. 17,7,10). ibid. iterum. fort. add.:* ALPHITA I p.285,12 coctunella, pinus (prunus *var. l.*) arbor idem. **2** *color pruni – Farbe der Pflaume, Braunviolett:* GLOSS. IV 363,1 St.-S. quoquemela color brun, ut pruna *(cf. Isid. loc. cit.).*

coccyx (koky, cocix *sim.*), -ygis *m.* (κόκκυξ) **1** *cuculus – Kuckuck (Cuculus canorus L.):* ALBERT. M. animal. 17,6 avium . . . species, quae kokokoz (*p.750^{a},11* κόκκυξ) graece et latine guguli vocantur. 23,124 karkoloz avis est pigra, quae nec ova sua fovet nec *eqs. ibid. al.* **2** *Corvus frugilegus (L.) – Saatkrähe:* ALBERT. M. animal. 6,50 cocix . . . latine vocatur avis, quae maioris est quantitatis quam cornix . . .; graculum vocant, in lingua . . . Germanica ruch vocatur. *ibid. iterum.* **3** *piscis q. d. Trigla cuculus (L.) – Knurrhahn:* ALBERT. M. animal. 4,92 koky (*p.535^{b},18* κόκκυξ), hoc est vitulus maris. 7,77 ekokoaz.

***cocha** *v.* 1. *cocca.

cochade *v.* cenc(h)ris. *adde ad p.447,19sq.:* ARNOLD. SAXO fin. 2,5 p.59,28 aves uncorum ungium sunt paucorum ovorum preter cochade (*Arist. p.558^{b},28* κεγχρίδος).

***cochera** *v.* *porphyra.

cochereo *v.* cohaereo. ***cochga** *v.* 1. *cocca.

cochilium *v.* conchylium. **cochimus, -um** *v.* cotoneus.

***cochius** *v.* *coccius.

coc(h)lea (clo-, -onc-), -ae *f. (n.* -um: *l.61)* (κοχλίας) **I** *limax – Schnecke:* **A** *proprie:* **1** *strictius:* **a** *in univ.:* **α** *gener.:* TRANSL. Libor. 20 coclearum more in suo victitans *mulier* suco. ALBERT. M. animal. 4,35 alia *concha* est rotunda quasi coclea spiralis (*cf.* 4,38). 24,21 cocleae tam aquaticae quam etiam terrestres. *v. et l.55sq.* **β** *pharm.:* RECEPT. Sangall. II 15 cocleas cum testes. Ps. ODO MAGD. herb. 402 non admirandae -arum sunt medicinae; . . . harum terrenae quaedam quaedamque marinae. *al.* **b** *purpura – Purpurschnecke:* BEDA hist. eccl. 1,1 p.10,11 cocleae . . ., quibus tinctura coccinei coloris conficitur. **c** *per confusionem i. q. conchylium – Muschel:* GLOSS. III 202,60 St.-S. concae et concleae musclun. *al.* **2** *latius i. q. testa limacis – Schneckenschale, -haus (cf.* GLOSS. I 444,22 St.-S. cocleum snechin hus. *al.):* **a** *gener.:* NOTKER. BALB. martyr. XIX. kal. Febr. p.1035^{B} cocleis ac testulis superpositus *martyr.* ALBERT. M. animal. 24,21 aliquando relinquunt *genera limacum* cocleas. *ibid. iterum. adde:* AETHICUS ISTER 36 p.23,13 in modum testitudinis cocleis adamantinis. **b** *techn.:* COMPOS. Matr. 20,7 poli . . . cum dente aprino vel cloclea marina (*sim.* MAPPAE CLAVIC. 33). **B** *translate:* **1** *scalae in circulum ductae – Wendeltreppe (cf.* GLOSS. II 737,16 St.-S. cocleam leitera. IV 168,38 coclęę givvntin stegi. *al.):* FORMA mon. Sangall. p.10^{b} ascensus per cocleam (colc- *cod.*) ad universa super inspicienda. WIDUK. gest. 2,1 p. 66,21 ducitur *Otto* ad

[Dauser]

solium, ad quod per cocleas adscendebatur. MIRAC. Pirmin. 4 turris cacumen per cocleas (clo- *cod.*) ascendit. INVENT. Matth. 9 (6) p.451[D] ad quam *(domum superiorem)* de inferiori per -am ascenditur. *al. fort. add.:* STEPH. EDD. Wilfr. 22 domum . . . variis liniarum anfractibus viarum aliquando sursum aliquando deorsum per cocleas circumductam *(v. et notam ed.).* **2** *turris (quae scalas in circulum ductas tegit) – Turm (mit Wendeltreppe; cf.* GLOSS. III 296,33 St.-S. coclea turris, in qua per circuitum ascenditur, wendilisten. *al.):* BERTH. ZWIF. chron. 24 p.218,25 cloclea *('Schnegg')* . . . in Constantiensi civitate constituta de castello Mercisburc . . . nunquam visa. CATAL. Weing. (MGScript. XV p.1314,6) constructa est coclea vel turris monasterii. *al. cf.* *cochlias.

II *cochlear – Löffel (cf.* GLOSS. III 622,49 St.-S. coclea lepfil): IONAS BOB. Columb. 2,9 p.250,19 contrarium esse religioni, si coclea (-ar *var. l.*), qua christianus lambit, . . . crucis signo muniri *(cf.* p.249,20). CATAL. thes. Germ. I 78,5 (Mittelalterl. Schatzverz. I. 1967) theca I argentea cum coclea. HERACLIUS II 7 p.57,14 mittes eum *(cinerem)* in mortariolis tuis cum coclea ferrea.

coc(h)lear (cho-, clo-, cucil-, -lia-, -re), -is *n. vel* **coc(h)learis,** -is *m. (f.: l.67) vel* **coc(h)learium** (cul-, -l(i)a-, -lir-, -eum), -i *n. (m.* -us: *l.30.65; f.* -a: *l.68) form. abl. sg.:* -i: *l.33.46. p.764,2.8.* -e: *l.28sq.52.*

I *ligula – (Schöpf-)Löffel (cf.* GLOSS. III 496,7 St.-S. cocl-e lefel. IV 229,16 cocliare lepfil. *al.):* **A** *strictius:* **1** *proprie:* **a** *gener.:* BOTAN. Sangall. 5,1 cum cucilare. RUD. FULD. Leob. 15 lac . . . in os iacentis guttatim cum cocl-e stillavit. FROUM. carm. 34[tit.] cocl-us. CONSUET. Trev. 11 copas et chocl-a . . . ponit. WILH. HIRS. const. 1,98 p.1032[C] nunquam deesse debent in coquina . . . quatuor coch-a, unum ad fabas, alterum *eqs.* THEOPH. sched. 3,73[ex.] cum coch-i ligneo . . . commovebis *liquefactum.* CHRON. Camer. 2,19 coch-r argenteum, quod tenebat, ei porrigit *imperator.* FRID. II. IMP. art. ven. 1 p.90,12 rostrum recurvum ad modum cocl-ris. CHART. Rost. E 212 p.191,28 (ed. H. Thierfelder, Rostocker Stadtbuch. 1967) dedit filiis suis . . . arma sua, cyfos argenteos et cocl-a. *saepe. de censu:* TRAD. Udalr. August. app. p.135,8 (s. XII.) in pentecoste . . . L cocl-a. CHART. Stir. I 401 p.385,19 ut . . . ciphos . . . et ipsa . . . cocl-a supputantes pro debito nobis imponerent. CHART. Rhen. med. II app. 16 p.458,45 qui *(mansus)* solvit triginta cocl-a cornea. **b** *liturg. (cf. J. Braun, Das christliche Altargerät. 1932. p.444 sqq. p.632sqq.):* WILH. HIRS. const. 2,30 p.1083[D] quas *(hostias)* cum argenteo coch-i offerentibus distribuit. CATAL. thes. Germ. I 6,14 (Mittelalterl. Schatzverz. I. 1967) turibula argentea, cocl-a II, unum aureum, alterum cristallinum. REGISTR. Pant. Col. 51 p.191,19 instrumentum venditionis cum quibusdam pignoribus . . . deposuerunt, videlicet . . . cocliar argenteum, thuribulum. *al.* **2** **a** *proverb.:* EGBERT. fec. rat. 1,208 de cocl-e cadit, quod hianti porrigis ori. *al.* **b** *nom. propr.:* TRANSL. virg. Col. 15 (MGScript. XXX p. 1382,14; c.1130) quidam Leffli, qui iuxta idioma sui nominis barbara interpretatione expressi Coclear dicuntur, quod est instrumentum purgatorium cocorum. **3** *meton. de mensura:* **a** *def. (expresse de pondere: l.59.61sq.):* CATAL. mensur. cod. Monac. 14747 f. 88[v] coclear habet dragmas IV. DICUIL. epist. cens. 83 (Cod. Paris. N. A. 1645 f. 9[r]) coclear aut scripulus . . . fuerunt mensura aequati. 86 (loc. cit. f. 9[v]) dimedium dragmae quidam fore coclear aiunt. ALPHITA I p. 285,7 cochlear, id est medietas aurei. **b** *de usu:* ANTIDOT. Lond. p.19,13 das cocliare uno mane et sero. FRAGM. mul. II 50 sictura corno cerv⟨un⟩o acl-o *(sic?)* pleno das. BOTAN. Sangall. 1,7 culario I ieiunus edat. 6,3 ex vino culiarios V. 37,3 sucus culiarius IV. ANTIDOT. Glasg. p.154,27 exinde accipias cocl-eum I. ANTIDOT. Bamb. 5 cocliare una davis cum calida. 31 das ex eo pulvere cocliaria una. 32 cocliria una. 35 addis salis coclei unus, . . . aquam cocleri quatuor. RECEPT. Bamb. 20 cocl-em unum. SERVITIA mensae (Cod. Guelf. Gud. 131 f. 20[v]) lactis cloclearia II. ALBERT. M. animal. 23,95 immitte in gulam eius *(accipitris)* unum cocliar *lixiviae. al.* **B** *latius:* **1** *trulla – Pfanne:* Ps. GERH. CREM. sal. I 50 liquefac eum *(plumbum)* cum in cocl-i ferreo *(cf.* GEBER. clar. 2,58 tere *salem cum oleo commixtum* ita, ut sit incorporatum quasi unum corpus ad ignem in cocl-o f.). *al.* **2** *colatorium – Seiher (de re v. J. Braun, op. cit. p.449sq.):* GESTA Font. 16 p.47,15 fialas argenteas duas, cocl-a argentea duo. DIPL. Loth. I. 122 p.281,18 (ed. Th. Schieffer. 1966) *calicem* una cum cochl-i (cocc- *D*) aureo gemmatoque *(cf.* CATAL. thes. Germ. I 74,33 [Mittelalterl. Schatzverz. I. 1967]). *v. et p.763,55.*

II *Platalea leucorodia (L.) – Löffelgans:* ALBERT. M. animal. 23,21 tertium *genus ardearum* habet . . . rostrum ante rotundum . . . et ideo cocliarium vocatur.

***cochlearius** (-cl-), -i *m. qui ligulas fabricat – Löffelmacher:* CHART. Carinth. I 164,2 p.147,33 (a. 1162) testes sunt: . . . Hainricus monetarius . . ., Adelbero cocl-us.

***cochleatio,** -onis *f.* (cochlea) *forma cochleae – Schneckenform:* HRABAN. anim. 12 p.1120[A] qui *(auditus)* . . . non rectos . . . meatus habet, sed anfractus -e tortuosos.

cochleatus, -a, -um. *cochleae modo tortuosus – schneckenförmig gewunden, Schnecken-:* HRABAN. anim. 12 p. 1120[A] auditus ita institutus est, ut per -os meatus concrepantes sonos ad se attrahat *(ex Cassiod. anim. 9 [Traditio 16. 1960. p.91,48]).*

***cochlias** (caholea *sim.*) *vel* ***cochlios** (cocl-, -cc-) *m.* (κοχλίας, κοχλίος) *form.: gen. sg.* -u: *l.39. gen. pl.* -on: *l.39. acc. pl.* -us: *l.38.*

1 *limax – Schnecke (plerumque i. q. Helix pomatia [L.] – Weinbergschnecke):* **a** *gener.:* ALBERT. M. animal. 4,37 animal durae testae . . . secundum Graecos vocatur kahalee kahalo (*p.527[b],35* οἵ τε κοχλίαι καὶ οἱ κόχλοι), quod sonat ostreum conchylium. 4,38 animal⟨is⟩, quod vocatur kalahe agrestis, et est ostreum . . . contentum in medio duarum concarum. 4,44 quae *(conchylia)* dentes habent in ore suo sicut id, quod vocatur hallez (*p.528[b],28* κοχλίας). 7,82 caholea intrat cavernas in hyeme. 17,76 kahylion. **b** *pharm.:* PAUL. AEGIN. cur. 78 p.54,5 cocliis (*3,22,5* κοχλίοις) cum ostracis. 87 coclius (*3,22,11* κοχλίους) cum testis solvens superpone. 97 -iu viscosum. 130 p.76,9 coclion carnis. 151 cocclii (*3,26,7* κοχλίαι) terreni conbusti cum melle. *al.* **2** *per confusionem:* **a** *?conchylium – ?Muschel:* ALBERT. M. animal. 5,39 kalae (*p.544[a],23* κοχλίαι) aut marina conca in omnibus mensibus generat. *v. et l.32sq.* **b** *species piscis – Fischart:* ALBERT. M. animal. 8,116 pisci alii, quem vocant koholyes (*p.621[a],1* κοχλίας); . . . ambo genera piscium comeduntur ab eo, qui vocatur kycês *eqs.*

cochlos (kahalo *sim.*) *m.* (κόχλος) *murex – Purpurschnecke (Murex trunculus L. vel sim.):* ALBERT. M. animal. 4,38 kahaloz (*p.528[a],10* κόχλος). 4,52 quae *(animalia)* dicuntur kahalo. 13,106 animal . . ., quod rogale vocatur, dentes habet cum forti lingua. 13,111 rogalio. *ibid. al. v. et l.31.*

***cochos** *subst. (cf.* κόκκος*?) caput – Kopf: v. p. 761,12.*

cocila *v.* cotula.

cocimella *v.* coccymela. **cocino** *v.* coquino.

cocio (-cc-, -o(c)ti-), -onis *m. homo vagus – Landstreicher:* CAPIT. reg. Franc. 22,79 mangones et cotiones, qui sine omni lege vagabundi vadunt. HINCM. epist. I 126 p.63,31 in quibus non solum homines caballarii, sed etiam ipsi cocciones rapinas faciunt. NOTKER. BALB. gest. 2,12 p.72,19 quidam coctio (-cci-, cottio *sim. var. l.*) derasus, insulsus et insaniens, linea tantum et femoralibus indutus. *al.*

Cocitus *v.* Cocytus.

cocix *v.* coccyx. ***cocko** *v.* 1. *cocca.

coclea *v.* coc(h)lea. **cocleare** *sim. v.* coc(h)lear.

1. coclearius *v.* coc(h)lear. **2.** ***coclearius** *v.* *cochlearius.

3. ***cocklearius** *v.* *cauclearius.

cocleri *v.* coc(h)lear *p.763,69.*

cocles, -itis. *unoculus – einäugig:* GLOSS. med. cod. Trev. p.147,29 -s dicitur luscus.

cocleum *v.* coc(h)lea. **cocliare** *sim. v.* coc(h)lear.

***coclii** *sim. v.* *cochlias. ***coco** *v.* 1. *cocca.

***cocodafnon** *v.* *coccodaphnon.

[Dauser]

cocodia *v.* cucutia. **cocodrilla** *sim. v.* crocod-.
cocognidium *v.* coccum (cnidium).
***cocol(l)ata** *v.* *calcathar. *adde:* Ps. Avic. anim. 6,16 p.304 *lapides:* cocolata, rana . . .; sed dicunt, quod cocollata et algerid . . . idem est.
***cocomagister,** -i *m.* (coquus *et* magister) *magister coquinae, dapifer – Küchenmeister, Truchseß:* Chart. Pomm. B 1150 (a. 1280) testes sunt . . . Coldenbeke marscalcus, Reynikinus -r (*cf.* 1180).
cocon(l)dium *sim. v.* coccum (cnidium).
cocreos *v.* cachrys. *adde ad p.10,64:* Gloss. Salern. p.5[a],19 cocreos, semen ferule.
coctanus *sim. v.* cotoneus. **coctilidon** *v.* cotyledon.
coctineus *sim. v.* coccin-. **coctinum** *v.* cotoneus.
1.coctio (-ccio), -onis *f.* **I** *proprie:* **A** *strictius:* **1** *gener. i. q. actio coquendi, assandi, pistandi, cibos praeparandi – das Kochen, Braten, Backen, Zubereitung:* **a** *in univ.:* Vita Annon. I 3,17 p.508[a],54 ad -em consuetudinariam in coquina se per somnium stare vidit. Chart. Gosl. I 301 p.331,38 post coccionem ponderabat *panis* XIV marcas *eqs.* Otto Sanblas. chron. 38 p.57,17 in -e pulmentorum per se dans operam *rex.* **b** *per compar. vel in imag.:* **α** *de tribulatione, poena:* Berth. Ratisb. serm. 17 p.89,15sq. quolibet die . . . -em . . . obedientiae ⟨sustineas⟩, aut non evadis -es in purgatorio. **β** *de perfectione (cf. B. Widmer, Heilsordnung und Zeitgeschehen in der Mystik Hildegards von Bingen. 1955. p.168 sqq.):* Hildeg. scivias 2,5 p.479[D] se asperrime constringens ad -em secretioris fortitudinis se tetendit *perfectio ecclesiasticae religionis.* **2** *techn.:* **a** *de sale i. q. actio fervefaciendo praeparandi – das Sieden:* Chart. Basil. A I 374 p.552,13 (a. 1239) tempore -is dabantur duae quartae salis, tempore non -is sola tantum. *ibid. iterum.* Chart. Wirt. VIII 2790 vendidi . . . dimidiam noctem -is salis. *v. et l.71.* **b** *de cervisia i. q. braciatio – das Brauen:* Bernold. Wat. chron. 2 succo granorum fermentato -e. Annal. Rod. a.1149 p.720,28 quae *(aqua)* in domum fluit cambae, ubi -o fit cervisiae. **c** *de lateribus i. q. actio urendi – das Brennen:* Aethicus Ister 37 p.24,12 terna -e laterum. **d** *de metallis i. q. actio liquefaciendi – das Schmelzen, Läutern, Schmelzvorgang:* Compos. Luc. T 8 ex cathmia⟨e⟩ et auri -e. Mappae Clavic. 73 de medicamento, quod de -e exit. Compos. Matr. 10[tit.] auri -o. *al. v. et p.766,33.* **B** *latius:* **1** *gener. i. q. adustio, arsura – das Versengen (cf. francog. vet.* cuisson): Annal. Niv. a. 1117 (MGScript. XIII p. 91,14) idus Mai feria IV. fuit magna -o vinearum, sigalorum, messium. **2** *medic. i. q. digestio – Verdauung, das Verarbeiten:* Constant. Afric. theor. 7,1 p.30a[v] -o in stomacho et excoctio instrumentorum spiritus ex saliva et exscreatione intelliguntur. 7,17 p.35a[v] quo *(grosso liquore exscreationis)* . . . -is tarditas designatur. *al.*
II *meton.:* **A** *gener. i. quod coctum est, cibus – Gekochtes, Gericht (cf.* Gloss. I 273,44 St.-S. -e kisode): Aesculapius 21 p.31,20 labia et bucca -em veluti scabiem sentiunt. Ekkeh. IV. bened. II 171 sit primogenita vendens rubra -o lenta. Isingr. annal. I a.1151 ipsi principes aliquot dies sine pane diversis -bus vescebantur. *al.* **B** *techn.:* **1** *de herbis i. q. apozema – Absud:* Compos. Luc. D 23 decoques . . . cum hurina . . . et -e⟨m⟩ mittis in ipsos utres. R 14 quo[d]adusque . . . fiat pinguis ipsa -o. Mappae Clavic. 176 herbae luciae -is libra I. *al.* **2** *de sale:* **a** *strictius i. q. reditus (cocturae) – Siedeertrag:* Chart. Landeshut. 117 (ed. Th. Herzog. 1963; a. 1276) ut de coccione patelle nostre salis . . . monasterio karradas quadraginta . . . tribuamus. **b** *latius fort. i. q. patella – viell.: Salzpfanne:* Chart. episc. Hild. I 416 p.403,25 (a.1182) Bocbire tres -es (gloss.: sodene) salis. *ibid. iterum.*
2. coctio *v.* cocio. ***cocto** *v.* *cotum.
coctonum *v.* cotoneus.
coctor, -oris *m.* **1** *coquus – Koch (in cognomine):* Chart. Hohenloh. 401 p.275,26 (a.1280) Waltherus C-r. **2** -r salis *i. qui salem coquit – Salzsieder:* Chart. Westph. VII 617 (a.1246) -es salis . . . in coctione salis . . . gaudere . . . volumus.
1. coctum *v.* coccum. **2. *coctum** *v.* *cotum.
coctunella *v.* coccymela.
coctura, -ae *f.* **I** *proprie:* **A** *strictius:* **1** *gener. i. q. actio coquendi, pistandi, cibos praeparandi – das Kochen, Backen, Zubereitung:* Greg. IX. registr. 831 clericis . . . -am panis . . . interdixit *imperator* (Albert. M. summ. creat. II 1,17,3 p.155[b],34 in -a p.). David compos. 1,7 si aliquis defectus inest condimento vel salis vel -ae. **2** *techn.:* **a** *de sale i. q. actio fervefaciendo praeparandi – das Sieden:* Dipl. Heinr. IV. 139 -am salis . . . fieri concessimus. *ibid. iterum.* **b** *de metallis i. q. actio liquefaciendi – das Schmelzen, Schmelzvorgang:* Compos. Luc. S 27 tertia . . . -a stagnum lib. II. Compos. Matr. 71,11 in -as tres mittis medicaminis uncias XI. *al.* **3** *medic. i. q. ustio – Kauterisation:* Chirurg. Sudhoff I p.82,14 super utramque auriculam duas -as facies cum cauterio lato. Hildeg. caus. 2 p.128,5 de -is *eqs.* Mirac. Adalb. Wirz. 3 brachium . . . -is frequentibus . . . ustulaverat. Albert. M. animal. 23,84 p.1478,1 prima -a fiat sub lacrimali oculi. *al.* **B** *latius:* **1** *natur. i. q. maturitas calore effecta – Reifung:* Albert. M. animal. 15,15 sperma *animalium perfectiorum* maiori indiget -a. **2** *medic. i. q. arsura, inflammatio – das Brennen, Entzündung:* Aesculapius 9 p.12,27 sequitur modica tussis cum -a faucium interiorum. Dynamid. Hippocr. 2,9 sucus eius *(uvae lupinae)* -as in angulis oculorum refrigerat. Benven. Graff. ocul. A 5 p.24,32 vocamus ipsam *(ophthalmiam)* -am tenebrosam, quia . . . descendit cum magna arsura *eqs. al.*
II *meton.:* **A** *gener. i. quod coctum est – Gekochtes, gekochte Speise:* Aldh. virg. I 38 p.288,3 cum . . . -am et assaturam alimentorum in focularibus praeparatam . . . refutaret. **B** *pharm. i. q. apozema – Absud:* Botan. Sangall. 13,1 -a *herbae gentianae* foras proiacit *tumorem.* **C** *techn. de metallis i. quod liquefaciendo praeparatum est – Schmelzprodukt:* Mappae Clavic. 281 post coctionem frange et cribella istam -am. **D** *medic. i. q. vulnus ustionis, eschara – durch Kauterisation hervorgerufene Wunde, Schorf:* Wilh. Hirs. const. 2,57 p.1125[B] locus . . ., in quo solent fratres sanguinem minuere, -as suas videre. Tract. de chirurg. 394 hoc valet ad omnem -am. 1059 quamdiu . . . -a fuerit, sagimen . . . inponimus. Albert. M. animal. 23,79 ungatur -a oleo olivae. *al.*
1. *cocula, -ae *f.* (*cf. ital. vet.* cogola) *species vasis – Gefäßart:* Mappae Clavic. 195 diligenter frange . . ., ut pulvis fiat, et mitte in -am. *cf. ThLL. s. v.* coculum.
2. cocula *v.* conchula. **3. cocula** *v.* cotula.
4. cocula *v.* cuculla. **coculla, -us** *v.* cuc-.
***cocum** *v.* *cotum. **cocuma** *sim. v.* cucum-.
cocunidium *sim. v.* coccum (cnidium).
cocurbita *v.* cucurbita.
1. cocus *v.* coquus. **2. cocus** *v.* 1. coccus.
3. cocus *v.* coccum.
Cocytus (-cit-), -i *m.* (Κωκυτός) *script.* Quo-: *l.59. form. acc. sg.* -on: Hraban. univ. 13,23 p.374[B]. *metr.* Cŏ-: *l.61. adde* Ekkeh. IV. bened. I 37,13. *al.*
flumen Tartari: **1** *alleg.:* Albert. M. serm. 1 (SB München. 1966/III. p.14,18) -us . . . luctus interpretatur; fluvius infernalis est ⟨apud⟩ poetas et significat istos, qui involvuntur fluctibus avaritiae. Iob 21,33 (ed. M. Weiss. 1904) -us . . . significat concupiscentiam, quae ad luctum trahit. **2** *meton. i. q. infernum – Hölle:* Carm. de Bened. 497 que *(via)* tendit prorsus Cociti (Quo- *var. l.*) ad culmina tecti. Ekkeh. IV. pict. Mog. 798 in cruce congressus Christo Satan . . . se stupet invito portas patuisse Cocito. *al. Dauser*
coda *v.* cauda. ***codco** *v.* 1. *cocca.
codex, -icis *m.* *script.:* quo-: *p.767,35.68.* caud-: *l. 69sq.72. p.767,3.* -dd-: *p.767,68.* -ti(cis): *l.72. p.767,66.* -de(cis): *p.767,68. adde* Dipl. Merov. I 19 p.20,22. *metr.* cŏ-: Carm. libr. II 14,1.
I *de stipite:* **A** *strictius i. q. truncus arboris – Baumstamm:* Aldh. virg. I 6 tuguria . . . contexta viminibus seu cavatis consuta -bus (cau- *var. l.*). Notker. Balb. gest. 2,1 p.50,12 *arbusculae* abscisę . . . comas cau-um foliorumque proferunt. Otto Frising. gest. 1,47 p.67,3 videres alios natantes . . . plurimosque . . . cau-bus (cauti- *var. l.*) op-

[Bansa]

primi. *al.* **B** *latius i. q. scapus candelabri – Schaft des Leuchters:* METELL. Quir. 6,45 (ed. P. Ch. Jacobsen. 1965) caudex aureolus sex calamos habens.

II *de scriptis:* **A** *liber – Buch:* **1** *praevalet notio voluminis:* **a** *in univ.:* EPIST. var. I 13 p.510,21 regulam . . . de ipso -e, quem ille *(Benedictus)* suis sanctis manibus exaravit, transscriptam. p.514,2 manutergia . . . ad -es . . . involvendos. ANGILB. eccl. Cent. 3 p.177,20 -x eburneus. NICOL. I. epist. 122 p.640,25 iureiurando positis super sacrum evangeliorum -em manibus. WILH. HIRS. const. 2,6 p.1047[B] ad ecclesiam stat ipse nudis pedibus . . . et unum -em grandiusculum tenet in manu *(de re v. Waitz, Verf.-Gesch. VI. p.605sq.).* CATAL. thes. Germ. I 146,51 (Mittelalterl. Schatzverz. I. 1967) -es optimi tam altaris quam divini officii cum optima paratura. CHRON. Reinh. a.1206 p.571,17. *al. in nomine:* CARM. Cent. 159,10 ut valeas, etiam mandant tibi . . . nostri C-x, Grapinus *eqs.* **b** *expressius i. q. tomus – Band:* LUP. FERR. epist. 91 p.81,22 Suetonium . . . de vita caesarum, qui apud eos in duos nec magnos -es divisus est. TRAD. Frising. 742 psalterium in tribus -bus. **2** *praevalet notio operis:* **a** *gener.:* **α** *in univ.:* FLOR. LUGD. ad Drogon. 2 magnum . . . -em quattuor voluminibus diffusum . . . legendum . . . tradidit *Godescalcus eqs.* HRABAN. epist. 34 p.468,2 diversorum auctorum -es. HINCM. epist. I 198 p. 212,7 -x episcopalis *(i. Liber pontificalis).* THANGM. Bernw. 6 bibliothecam tam divinorum quam philosophicorum -um. AMARC. serm. 3,378 (ed. K. Manitius. 1969) sacro . . . in -e . . . Vita patrum dicto. HUGO TRIMB. registr. 290 legens et intelligens hos *(sc. Alani)* -es probabit. *al.* **β** *de parte operis:* BEDA hist. eccl. 2,1 p.76,21 *homilias* in duobus -bus . . . distinxit *Gregorius.* IOSEPH. SCOT. carm. 1[a],14 (MGPoet. I p.150) quintus et hic decimus finitur in ordine -x. DONIZO Mathild. epil. 1,4 patres illius *(Mathildis)* -x loquitur . . . primus *eqs.* **γ** *de exemplari, textu (cf. l.6.51):* EPIST. var. III 14 p.159,31 recurrat ad -em (qu- *var. l.*) Grecum, unde ego interpretatus sum. **b** *eccl. de scriptura sacra, libris liturgicis, collectione canonum sim.:* **α** *in univ.:* BEDA hist. eccl. 4,14 p.234,31 in suis -bus, in quibus defunctorum est adnotata depositio. CONC. Karol. 50[D],34 -bus paenitentialibus . . . abdicatis. TRAD. Frising. 597 -es IV, missalem, comitem *eqs.* HRABAN. carm. 2,2,10 quae -x geminus continet ille suus *(sc. Dei).* NICOL. I. epist. 71 p.394,24 in -e canonum. HADR. II. epist. 3 p.700,2 ut . . . papam Nicolaum in -bus vel dipticis ecclesiarum vestrarum scribi . . . faciatis. ANAST. BIBL. epist. 5 p.410,26 in huius synodi -e. DIPL. Arnulfi 184 p.285,28 (spur.) ut in sacris -bus habetur. BRUNO QUERF. Adalb. A 25 -x psalmorum. HERM. IUD. conv. 4 p.80,26 (ed. G. Niemeyer. 1963) quod . . . nobis -es, hoc rudi vulgo representant imagines. *al. per antonomasiam i. q. scriptura (sacra) – (Heilige) Schrift(en):* EPIST. pont. Rom. sel. I 2 p.26,27 nec in nostris -bus, qui ex Ebraica veritate translati sunt, susceptum est tertium librum Esdre. HRABAN. hom. I 20 p.41[A] nec -x legendus est, quando ipsum videbimus, qui est verbum Dei. *al.* **β** *de libris haereticis:* RHYTHM. 145,17,2 sectae pravae -es . . . iussit conburi. LIBER ordin. Patav. 7,4 de falsis -bus, ut in ecclesia non legantur. *al.* **c** *iur. i. q. collectio iuris – Rechtssammlung:* FORM. extrav. I 10 in Theodosiano -e . . . auctoritas narrat. CONST. II 86 quatinus eas *(leges)* faciatis in vestris *(sc. doctorum Bononiensium)* scribi -bus. ALBERT. MIL. temp. 229 ad instar -is Iustiniani. *per antonomasiam de collectione Iustiniani ('Codex Iustinianus'):* BURCH. URSB. chron. p.16,6 liber -is, in quo imperatorum statuta describuntur. NICOL. BIBER. carm. 164 (ed. Th. Fischer. 1870) -x, digestum magnum faciunt tibi festum. **d** *publ.:* **α** *de actis publicis:* FORM. Andec. 1[a] utique coticis puplici patere iobeatis, qua habeo, quid apud acta prosequere debiam (*sim.* FORM. Bitur. 6 -ecis. FORM. Arvern. 2[b] quoddicis. CHART. Rhen. med. I 42 p.49,3). ANNAL. Ianuens. IV p. 115,17 que conventio scripta est in -bus publicis comunis Ianue. *al.* **β** *de libris praediorum ('Urbar'):* CHART. Rhen. med. III 19 p.23,27 (a.1214) officium in Sinzeche cum omni iure et -bus suis. **B** *chirographum – Urkunde:* GERB. epist. 2 (ed. F. Weigle. 1966) nescio quibus -bus, quos libellos dicunt, totum sanctuarium Dei venundatum est *(v. notam ed.).* *expressius i. q. exemplar – Ausfertigung:* ANAST. BIBL. epist. 5 p.415,17sq. omnia haec in quinque -bus scripta . . . et omnium subscriptionibus roborata, sed et ipsos -es plumbea bulla munitos *eqs.*

codfissicus *v.* quoad *et* physicus.

codia, -ae *f. vel* **codion** (-um), -i *n.* (κωδία, κωδύον *sim.*) *script.* quo-: *l.16.* *form. gen. sg.* -dis: *l.19.*

1 *caput papaveris – Mohnkopf* (*cf.* GLOSS. III 540,12 St.-S. -on mancoph): PAUL. AEGIN. cur. 76 p.53,5 de semine -orum (*3,22,3* κωδῶν). 239 p.177,25 ex mellicrato, in quo -e (*3,64,2 p.280,22* κωδύαι) elixate proiecte sunt. *al.* **2** *papaver – Mohn* (*Papaver L.; cf.* GLOSS. V 40,3 St.-S. -on vel cyruffa maho): GLOSS. med. p.51,13 papaver a Grecis dicitur quodie. DYNAMID. Hippocr. 2,56 -i agrii, hoc est papaveris agrestis, genera sunt II. TRACT. de chirurg. 1031 suci iusquiami, suci -dis . . . ana ʒ I. ALPHITA I p.285,34 comedion, -um, miconium idem. *al.*

codicillus (-cell-), -i *m.* *script.:* cuti-: LEX Raet. Cur. 26,11,5 (ed. E. Meyer-Marthaler. 1959). -ichi-: CHART. Wirt. VI 2030 p.421,1. -il(us): *l.53.*

1 *libellus, liber – (kleines) Buch (sensu deminutivi evanido: l.27):* **a** *praevalet notio voluminis:* **α** *in univ.:* GUMP. Wenc. 8 p.216,18 -ellum manuali frequentia rugosum. LEO MARS. chron. 2,100 -ellum evangelii auro gemmisque decoratum. *al. v. et l.43.* **β** *expressius i. q. tomus – Band:* CATAL. biblioth. Lehm. I 50 p.254,8 (a. 822/38) lex Alemannica et paenitentialis et cartularius in -ello I. 16 p.71,23 vita sancti Hilarii in -o I. **b** *praevalet notio operis:* **α** *gener.:* EPIST. var. II 14 p.319,41 hos -os vestrae dilectionis amor . . . scribere conpulit. NOTKER. BALB. hymn. p.10 hunc minimum vilissimumque -ellum. UFFING. Ida prooem. huius manualis -i lectorem. HUGO FLOR. hist. p.349,24 munus . . . meum hunc appello -ellum compendiosa brevitate subtilissimum. HUGO TRIMB. registr. 764 annus . . . -elli . . . consummacionis. *al.* *de parte operis:* ABBO SANGERM. bell. 2[tit.] terminatur primus, orditur II. bellorum Parisiacę polis -ellus. THIETM. chron. 1,28. 3,1. **β** *eccl. et publ.:* CONC. Karol. 50[D],32 -elli, quos penitentiales vocant. CHART. Fuld. B 10 p.16,41 predia seu mancipia, quę omnia descripta sunt in octo -ellis *eqs.* **2** *chirographum – Urkunde:* **a** *gener.:* HINCM. Remig. 20[capit.] quomodo Hludowico regi Anastasius imperator -ellos pro consulato misit *(cf. Greg. Tur. Franc. 2,38).* RAHEW. Theoph. 560 instrumenta refert et apostaticos -os. **b** *spec. de testamentis:* **α** *instrumentum ultimae voluntatis in forma minore conscriptum – letztwillige Verfügung in nicht vollgültiger Form* (*cf.* LEX Raet. Cur. 4,4,1 [ed. E. Meyer-Marthaler. 1959] hoc est -ellus: alia cartam in vicem de testamento): FORM. Wisig. 21 si ad ius praetorium . . . valere non potuerit, ab intestato vice -orum (-ilorum *c*) aevo eam *(epistolam)* valere volo (*sim.* CHART. Solod. 2 p.4,7. HINCM. Remig. 32 p.336,18). CHART. Tirol. 600 (a.1210) si iure testamenti valere non potest, valeat saltem iure -orum, et si iure -orum valere non potest, valeat iure donacionis causa mortis *(sim.* CHART. Ticin. 111 p.67,23 [ed. L. Brentani, Cod. dipl. Ticin. II. 1931]. COD. Wang. Trident. 200 p.399,2. *al.).* CHART. Wirt. VI 2029 p.420,2 valere . . . iure testamenti vel -orum aut cuiuslibet alterius ultime voluntatis. *al.* **β** *testamentum – Testament:* CHART. Rhen. med. III 877 p.656,12 (a.1246) ut presens -us meus debitum robur sortiatur firmitatis.

codiculus (quo-), -i *m.* *libellus – kleines Buch:* VITA Boniti 44 (MGMer. VI p.139,18) quo-um (-um, quoddam indiculum *sim. codd.*) colligentes edidimus. CARM. Cent. 3,2,5 hunc ego -um causa iuvenum peraravi. GERH. AUGUST. Udalr. I 4 p.391,7 -um breviatum ex psalmis. *al.*

***codigium** (cad-), -i *n.* *(ital.* congedo, *francog. vet.* congie, *cf. C. Battisti – G. Alessio, Dizionario etimologico italiano. II. 1951. p.1059) commeatus, dimissio – Urlaub,*

[Bansa]

Abschied: ANNAL. Plac. a. 1238 p. 479,8 Florentini . . . dantes -um Roba . . ., eorum potestati. p. 480,31 *imperator* dedit . . . ca-um omnibus forensibus preter Theotonicis.

codion, -um *v.* codia. **codonium** *v.* cotoneus.

codrion *v.* chondros.

Codrus, -i *m. metaphorice:* **1** *poeta – Dichter (cf. ThLL. Onom. II. p. 522,38sqq.):* ABBO SANGERM. bell. 3,22 cleronome, -us (gloss.: nobilis pastor vel poeta) maneas unaque disertus. **2** *pauper – Armer (cf. Iuv. 3,103):* CARM. Bur. B 1,6,4 defectu pecunie causa -i deficit. *nota compar.:* CARM. Bur. B 19,5,8 cum sim -o -ior, omnibus habundas.

coeco *v.* caeco. **coedificator** *sim. v.* coae-.

coegens *v.* 1. cogo.

***coeicio,** -ere. *communiter expellere – gemeinsam vertreiben:* ALBERT. M. pol. 5,2[11] 'populus -ens' (*p. 1304*[a]*,31* συνεχβαλών), id est pari consensu eiciens, '. . . tyrannum'.

coelatura *v.* caelatura.

***coelector,** -oris *m. de principibus regem Romanorum eligentibus i. qui una cum aliis elector est – Mitwähler:* CONST. II 382 per . . . comitem palatinum . . . vel per alios -es. III 8/9 cum propter eleccionem . . . regis . . . una cum nostris -bus expensas fecerimus. *al. usu attrib.:* URBAN. IV. registr. 521 p. 489,43 aliis . . . principibus -bus tuis (CONST. III 83 p. 72,5).

***coeleitas** *v.* *caeleitas.

***coelementariter** *adv. secundum coordinationem principiorum oppositorum – nach Prinzipien-Gegensatzpaaren:* ALBERT. M. metaph. 1,4,4 p. 51,59 (ed. B. Geyer. 1960) quia viginti erant *principia,* decem bona et decem mala -r (*p. 986*[a]*,23* κατὰ συστοιχίαν) iuncta, decem faciebant principia. p. 51,80 principia motus tria -r accepta, videlicet dextrum sinistrum *eqs. ibid. al. v. et l. 70.*

***coelementarius,** -a, -um. **1** *adi.: in coordinatione principiorum oppositorum consistens – aus Prinzipien-Gegensatzpaaren bestehend:* ALBERT. M. metaph. 1,4,4 p. 51,66 (ed. B. Geyer. 1960) triplicem diversitatem entium a decem -is principiis . . . causari. **2** *subst. neutr.:* **a** *par principiorum oppositorum – Prinzipien-Gegensatzpaar:* ALBERT. M. metaph. 1,4,4 p. 52,17 (ed. B. Geyer. 1960) quattuor . . . -a . . . in ente generabili inferiori posuerunt *Pythagorici.* **b** *quod aequum est secundum ordinem principiorum – das in der Ordnung der Prinzipien Gleichgestellte:* ALBERT. M. summ. creat. II 1,35,1 p. 308[a],15 -a . . . dicuntur, quae aeque prima sunt et diversa sunt genere *eqs.*

***coelementatio,** -onis *f.* (*cf.* συστοιχία) **1** *coordinatio principiorum oppositorum, ordo categoriarum – Zusammenstellung von Prinzipien-Gegensatzpaaren, Ordnung der Kategorien:* **a** *spectat ad principia Pythagoricorum:* ALBERT. M. metaph. 1,4,4 p. 51,79 (ed. B. Geyer. 1960. 1964) in eadem -e ponebant principia motus tria. 4,1,8 p. 172,6 qualiter . . . -o contrariorum ad privationem et habitum reducatur. 10,2,3 p. 444,41 quaedam diversorum sunt genere diversa, quaedam autem non, sed sunt in eadem -e (*p. 1054*[b]*,35* συστοιχία) categoriae. *ibid. al. remissius de serie principiorum:* ALBERT. M. metaph. 11,2,17 p. 504,42 (ed. B. Geyer. 1964) in utraque -e, bonorum videlicet et malorum. **b** *spectat ad principia Aristotelica:* ALBERT. M. metaph. 11,1,1 p. 460,20 (ed. B. Geyer. 1964) si . . . talis est -o universorum sub ente, ita quod ipsum totum quoddam . . . sit ad alia. p. 460,23 in ista -e substantia est prior aliis. 11,2,6 p. 490,55 in illa -e omnium bonorum. *ibid. al.* **2** *par principiorum oppositorum – Prinzipien-Gegensatzpaar:* ALBERT. M. metaph. 1,4,4[tit.] (ed. B. Geyer. 1960) de decem -bus, quas principia posuerunt quidam Pythagorici. 1,4,4 p. 52,19 duas . . . -es in simplici posuerunt esse principia, duas autem *eqs.*

***coelementum,** -i *n. principium (in coordinatione elementorum) alteri coniunctum – mit einem anderen (zu einem Gegensatzpaar) verbundenes Prinzip:* ALBERT. M. metaph. 1,4,4 p. 51,57 (ed. B. Geyer. 1960) duas *systoichias* coelementariter iungebant unumquodque bonum suo -o contrario malo iungentes.

1. *coelia (cil-), -ae *f.* (κοιλία) *venter – Bauch, Darm:* AESCULAPIUS 23 p. 37,8 Graeci . . . κοιλίαν ventrem dicunt (GLOSS. med. p. 19,8 cilia).

2. coelia *v.* caelia.

***coeliacisis** (cil-, cyl-) *f.* (*κοιλιαχίασις, *v. Recueil M. Niedermann. 1954. p. 77; cf.* κοιλιολυσία) *lienteria – Lienterie:* GLOSS. med. p. 19,13 ci-is est ventris solutio nimia. p. 19,18 ci-is (cyliaciasis *var. l.*). *cf.* coeliasis.

coeliacus (quil-, cil-, cyl-, -lya-), -a, -um. (κοιλιακός) **1** *adi.: ad ventrem pertinens – Darm-:* ANTIDOT. Sangall. p. 81,15 ci-e cause . . . curat *antidotum.* **2** *subst.:* **a** *masc.:* **α** *qui lienteria aegrotat – ein an Lienterie Erkrankter:* PAUL. AEGIN. cur. 209 p. 144,5 que prius ad ci-os (*3,46,4 p. 252,19* κοιλιακούς) et disentericos descripta sunt. ANTIDOT. Berolin. 1 p. 67,28 curat . . . spleneticos, qui-os. ANTIDOT. Bamb. 28 a quilyacos. ANTIDOT. Augiens. p. 44,14 cy-is. ODO MAGD. herb. 1656 ci-os. *al.* **β** *?morbus regius – ?Gelbsucht:* GLOSS. IV 368,25 St.-S. ci-us kelacunt *(spectat ad Marcell. med. 27).* **b** *fem.: lienteria – Lienterie:* GESTA Trev. cont. I 21 ventris fluxu, quod cy-am nuncupant, vexabatur *pontifex.*

coeliasis (cyl-), *acc.* -in *f.* (*κοιλίασις, *cf. Recueil M. Niedermann. 1954. p. 77*) *lienteria – Lienterie:* AURELIUS 25 p. 728,11 qui cy-in ⟨patiuntur⟩.

***coeligo,** -ere. *communiter eligere – gemeinsam erwählen:* ALBERT. M. eth. 9,2,2 p. 573[a],1 si perfectissima sit *amicitia,* talia -unt et in talibus convivunt *eqs.*

coeliolyticus (cylyolit-), -a, -um. (κοιλιολυτικός) *laxativus – lösend, abführend:* RECEPT. Donauesch. 83 epithema cyly-um (*cod.*, coelo- *ed.*), id est ventrem solvens.

***coelis** (chil-, kil-, quil-, kyl- *sim.*), *acc.* -im, *abl.* -i. (*cf.* κοῖλος) **1** *adi.: cavus – hohl:* ALFAN. premn. phys. 23 p. 144,20 venae divisae cili (*PG 40,696A* κοίλης) vena oriente (TRACT. de aegr. cur. p. 229,13 sanguis emittitur . . . a quili v. RICHARD. ANGL. anat. II p. 89,14 kylos succus latine . . ., unde dicitur kylis v. succosa. NICOL. anat. 675 ad chilim venam. WILH. CONG. chirurg. 1497 rami quilis vene. *al. v. et supra p. 421,44).* **2** *subst. fem.: vena cava – Hohlvene:* ANON. anat. 138 *ramus venae* ingreditur craneum et statim appellatur kilis. RICHARD. ANGL. anat. I 431 per capillares venas, que . . . tendunt ad kilim (*ibid.:* ad kilem).

coelitus *v.* caelitus.

***coeloma** (cil-) *n.* (κοίλωμα) *ulcus (ceratoidis) – (Hornhaut-)Geschwür:* PAUL. AEGIN. cur. 99 minus . . . profundum *ulcus in ceratoidi* ciloma (*3,22,21* κοίλωμα) vocatur.

coelum *v.* caelum. **coementum** *sim. v.* caem-.

***coemeterialis** (cimit-), -e. *sepulcralis – Begräbnis-, Grab-:* LAMB. ARD. hist. 133 p. 628,16 in cimi-i ecclesia sancti Audomari.

coemeterium (cim-, cym-, -mit-), -i *n.* (κοιμητήριον) *script.:* se-: *p. 771,29.* cae-: HEINR. LETT. chron. 2,2 *(var. l.).* ce-: *l. 53. adde* HEINR. LETT. chron. 26,8. -enat-: CHART. Sangall. A III app. A 17 cenaterio. -mthe-: REGISTR. Ringrav. 10,2 p. 30,27. -mist-: *p. 771,27.43.* -ther-: *p. 771,20.41.* -tor-: *p. 771,40.* -tar-: CHART. Babenb. I. 25 p. 37,17. *al. (?)*-metum: CHART. Ital. Ficker 128 p. 170, 14. -tron: *p. 771,26. adde* METELL. Quir. 10[a],15 (ed. P. Ch. Jacobsen. 1965). *metr.:* cĭ-, cў-: *l. 59. p. 771,26.* -mĭ-: METELL. Quir. 58,9 (ed. P. Ch. Jacobsen. 1965).

locus sepulturae – Grabstätte, Begräbnisplatz: **1** *gener.:* **a** *in univ.:* DIPL. Ludow. Germ. 133 *ecclesiam* construi fecerunt, ut ibi cymi-um esset mortuorum. MIRAC. Bert. 1 p. 510, 6 eligens potius . . . corpus paternis cymi-is concinerari. AMARC. serm. 3,755 (ed. K. Manitius. 1969) quisve cimi-i metuat lemures? CHART. Babenb. 430 p. 285,35 si christianus cy-um Iudeorum . . . dissipaverit. **b** *c. colore quodam:* **α** *catacumba – Katakombe:* CONC. Karol. 12 p. 66,19 foras muros huius Romanae urbis sita cimi-a. WALAHFR. exord. 3 in criptis et cymi-is . . . conventicula faciebant *fideles.* **β** *capella sepulcralis – Grabkapelle:* HRABAN. carm. 42[tit.] descriptio ecclesiae . . ., quam -um vocant (CAND. FULD. Eigil. I 17.25). **2** *spec. i. q. sepulcretum apud ecclesiam situm –*

[Bansa]

adi. **cognitus,** -a, -um. **1** *sensu pass. i. q. notus – bekannt (cf.* GLOSS. I 216,25 St.-S. -a einknosli, einchundalih. II 584,48 -am cuth): **a** *in univ. (sensu attenuato: l. 25):* FORM. Andec. 18 -etum est, qualiter *eqs. (cf.* DIPL. Arnulfi 136 p.204,26 -um esse volumus . . ., qualiter *eqs.).* VITA Goar. 7 p.418,4 faciat nobis -um (agnitum *var. l.) eqs.* (CAPIT. reg. Franc. 57$^{tit.}$ omnibus -um facere. *cf.* POETA Saxo 2,55 fit . . . ipsis -a . . . defectio gentis. *al.*). CHART. Fuld. B 172 p.258,34 ubi . . . abbas . . . Deo servire -um est. LIUTG. Greg. 11 p.76,11 de tam -is et profuturis bonis. HUMB. WIRZ. epist. (MGEpist. V p.440,25) qui *(patres)* in tantum tuę sunt industrię -i (-oti *M*), ut *eqs.* AGIUS vita Hath. 1 -a . . . eius sanctitas etiam de minus notis dubitare non permittit. ADAM gest. 2,1 cuius *(episcopi)* . . . fides in palatio erat -otissima. BERTH. (?) annal. a.1078 p.309,20 subiectorum offendicula . . . aperte -a. *al.* **b** *familiaris – vertraut (cf.* GLOSS. IV 337,20 St.-S. -a . . . liub): RIMB. Anscar. 31 minus antea . . . -i fuerant episcopo *principes.* CONST. II 13 p.16,39 (a.1207) viri dilecti et providi et nobis valde conniti. **2** *sensu act. i. q. gnarus, peritus – unterrichtet (von), kundig (cf. p.803,34; de re v. D. Norberg, Manuel pratique de latin médiéval. 1968. p.142):* LEG. Wisig. 2,4,10 qui . . . de re, qua agitur, -i habeantur. 7, 2, 9 si de fure quis -us (*syn.* sciens) conparaverit. 7,5,2 p.305 13 si . . . -iores (cognitores *var. l.*) repperti fuerint alii testes. LIBER hist. Franc. 2 Troiani fecerunt insidias, sicut erant edocti ac -i.

subst. **1. cognoscens,** -entis *m. vel n. qui vel quod mente percipit – der oder das Erkennende:* ALBERT. M. sent. 1,3,22 p.122^{a},29 -s et cognitum habent similitudinem cum Patre et Filio. summ. theol. I 3,14 tit. p.68,33 de cognoscibilitate Dei ex parte -is. *v. et l. 51.*

2. cognitum, -i *n.* **1** *quod mente perceptum est – das Erkannte:* ALBERT. M. resurr. 163 p.346,39 fruimur -is. 164 p.347,19 non est oppositum -um et amatum. cael. hier. 2,2 p.26^{b},19 omnis cognitio fit per assimilationem cognoscentis ad -um. *v. et l.45.* **2** *quod memoriae traditum est – das Erfahrene, Gelernte:* OTLOH. prov. N 43 (ed. W. C. Korfmacher. 1936) non est secura laetitia in divinis paginis multa cognoscere, sed -a custodire. ERINH. Heimer. 428 presta, quod congnita possim! **3** *quod notum est – das Bekannte:* WALAHFR. (?) carm. 50,2,7 compono certis manifestans -a rithmis. ERMENR. ad Grim. 32 p.572,2 rectorem . . . suum -a queque canunt. *Heßler*

1. cogo, -egi, -actum, -ere. *script.:* quo-: *p.807,56.808, 5.12. adde* CHRON. Fred. 2,48. CHART. Sangall. A 55,67. -guor: *p.808,45.* coheg(i): *p.807,46.* coęg-: *p.806,25.27. adde* THIETM. chron. 2,34. *form.: stirp. praes.: indic.:* -at: *p.807,14. adde* GLOSS. II 90,4 St.-S. *al.* -ent: AETHICUS ISTER 98 p.73,20. *coni.* -eat: *p.807,60. inf.* -egere: *p.807, 40. partic.:* coag(ens): *p.807,61. adde* FORM. Sal. Bign. 3.4.20. CHART. Sangall. A 241. coeg(ens): *p.808,13. adde* LEX Baiuv. 1,7.9. cogi(ens): *p.808,24.* coginte: *p.808,19. stirp. perf.:* cog(i): *p.806,42.808,23. adde* BEDA hist. eccl. 4,1 p.203,21 *cod. M. partic.:* quactus: *p.806,37. adde* GLOSS. III 214,9 St.-S. cogatus: *p.808,11. struct.: c. dat. fin.: p.807,24. c. dat. person.: p.807,69.*

I *de loco, motu:* **A** *strictius i. q. coadunare – (an einen Ort) zusammenbringen:* **1** *obi. anim. i. q. congregare – (ver)sammeln:* **a** *de hominibus eorumque conventibus:* **α** *gener. i. q. convocare – zusammenrufen:* WALAHFR. carm. 21,8,1 dux . . . sotios simul -tos hortatur. WALTHARIUS 21 qui *(rex)* . . . concilium -it. THANGM. Bernw. 38 sicubi publici conventus -bantur. VITA Theog. 2,3 clerum et populum . . . -egit in unum. *al.* **β** *milit. i. q. contrahere – zusammenziehen:* VITA Heinr. IV. 9 p.31,26 quae res imperatorem, ut . . . -ret exercitum, -egit. OTTO FRISING. gest. 2,12 quotienscumque . . . militem ad transalpizandum -egerint *reges. al.* **b** *de animalibus:* **α** *comminare – zusammentreiben:* WALAHFR. carm. 1,30 -ere quid prodest ad ovilia morbida sanos quos cupis esse greges? RUD. FULD. Leob. 14 pecora . . . intra tuta domorum -unt. *expressius i. q. tueri – (be-) hüten (in imag.):* METELL. peripar. 4,7 (ed. P. Ch. Jacobsen. 1965) pastor ovilia -is, te, lupe, sanguine prodis. **β** *coniungere – zusammenspannen:* GLOSS. II 437,12 St.-S. -unt zisamanehaphtun. **2** *obi. res:* **a** *colligere, congerere – einsammeln, zusammentragen:* BEDA hist. eccl. 1,12 p.27,9 anniversarias praedas. ARBEO Corb. 7 ut . . . opere precium humi -egisset. EGBERT. fec. rat. 2,68 -itur incassum servata pecunia multa. *c. sensu demetendi:* WALTH. SPIR. Christoph. II prol. 14 quae *(hordea)* . . . crędita sulcis . . . falce -ęgi. **b** *complecti – zusammenfassen:* WALTH. SPIR. Christoph. II 1,130 tercia *famula* discrevit, quicquid primoeva -ęgit. **c** *componere, construere – zusammenstellen, konstruieren:* SYLL. Sangall. app. 7,31 quadruplicem . . . psalterii formam vario sermone -tam. WALTH. SPIR. Christoph. I add. p.79 quas *(formas)* tibi Waltherus . . . -egit ephoebus. ALBERT. M. metaph. 13,1,4 p.588,62 (ed. B. Geyer. 1964) omnia haec sunt ficta et -ta ad positionem sustinendam. **d** *coagmentare – zusammenfügen:* HYMN. Hraban. 6 (3),7,2 age, tortor, . . . divide membra -ta luto. WANDALB. creat. mund. 46 his *(sc. ignis seminibus aerisque humore)* cuncta -tis sensu corpora nullo afflatove moventur. **e** *medial. i. q. coagulari – gerinnen (cf.* GLOSS. III 154,54 St.-S. quactum girunnen): WALAHFR. Mamm. 5,4 caseus efficitur paulatim lacte -to. **f** *facere – zustandebringen, (ab)schließen:* WALTHARIUS 1443 pactum renovant . . . -tum. **g** *committere – begehen:* CARM. invect. (NArch. 13. 1888. p.572,4; s. XI.^{2}) que mala -erunt. **B** *latius:* **1** *de motu i. q. (aliquo) agere, (vi) dirigere – (hin)treiben, (gewaltsam) in eine Richtung drängen:* **a** *obi. anim.:* **α** *in univ.:* WIDUK. gest. 2,14 ducem . . . in quendam luti puteum -entes obpresserunt. RUODLIEB II 13 pisces virga -ens ad littora. BERTH. (?) annal. a.1076 p.288,3 eum in fugam. *al. adde:* THANGM. Bernw. 5 p.759,51 quanta continentia iuvenile corpus ad virtutum culmen -egerit. **β** *depellere, deferre – verschlagen:* CARM. var. II 9,1,2 monachus sibi poscit hospicium se fans illuc errore -tum. **γ** *expellere – vertreiben:* EBERW. Magner. 4 dum . . . ad exilium . . . -retur *episcopus.* **δ** *(secum) ducere, trahere – (mit sich) führen, schleppen:* WALTH. SPIR. Christoph. II 3,41 qui *(causidici)* . . . adventicium -ant in męnia secum. VITA Theog. 2,16 p.474,31 beati viri discipulus, quem item e cellula -egerat. **ε** *(ad iudicium) producere – (dem Gericht) vorführen:* LEX Alam. 38 -tus et probatus coram comite . . . in servitio tradatur. **b** *obi. res:* **α** *adaptare – zurechtbiegen, anpassen:* POETA Saxo 5,550 artem ad hanc *(sc. philosophiam)* sermonem -ere barbaricum. **β** cantum in sursum -ere *i. q. nimis alte canere – zu hoch singen:* SCHOL. enchir. 1 p.173^{b} ubi, quod canitur, . . . non rite in sursum -itur. **γ** *florentem reddere – sprießen lassen:* WANDALB. mens. 78 *Aprilis* terras brumali frigore clausas in varios aperit faetus -itque fovendo. **2** *de circumscriptione:* **a** *c. sensu circumcludendi:* **α** *saepire – umschließen:* METELL. Quir. 17^{a},10 (ed. P. Ch. Jacobsen. 1965) tumba . . . muro -ta firmiter. **β** *cohibere – bergen:* HUCBALD. carm. 2,35 complures calvos -unt castissima castra. **γ** *in arto collocare – geschlossen anlegen:* HIST. Lunaelac. 24 ille *(Ottilo)* locum legit, claustrum qua forte -egit. **b** *c. sensu coercendi:* **α** *subigere – bezwingen:* OTTO FRISING. gest. 2,13 p.117,4 ut . . .

adversarius armis -endus . . . sit. 2,21 p.125,31 ut naturae presidiis septos per inopiam -ret potus. β *dominari – beherrschen:* OTTO FRISING. gest. 1,12 castrum in aliquo apto loco edificans vicina quaeque -egit. γ *regere – lenken:* WIDUK. gest. 3 praef. caeli terraeque facies, hominum . . . mores . . . ad . . . ducatum Dei . . . -untur. δ *constringere – Beschränkung auferlegen:* CARM. var. Walther 4,8,1 te -unt et nutriunt hec, que per me crescunt. ε *refl. i. q. se abstinere – sich enthalten:* LIOS MON. 45 -entes cuncto vos carnis amore. ζ *opprimere – bedrängen, hart zusetzen:* ANTIDOT. Glasg. p. 106,2 ad infirmos, quos aqua -egit.

II *de necessitate i. q. compellere, adducere, commovere, causam exsistere – zwingen, nötigen, veranlassen, bewegen (cf.* GLOSS. II 90,10 St.-S. -at gibeitit. 589,35 -egit nodda): **A** *cogunt homines eorumve actiones, institutiones sim. (de animalibus: l. 25):* **1** *gener.:* **a** *in univ.:* ARBEO Emm. 44 p.95,26 eam *(puellulam)* obsecrando atque increpando cibum sumere -bant. HRABAN. epist. 3 p.385,27 qui me instantissime postulabant, immo -bant, ut *eqs.* 5 p.389,12 precibus -ta est parvitas nostra presens opus adgredi. CONC. Karol. 50^{C} p. 603,17 Godeschalcum in pueritia -egit *Rabanus* monasticam vitam suscipere. AGIUS vita Hath. 2 ad quas *(litteras)* . . . discendas . . . verberibus -untur. SALOM. III. carm. 1,173 barbaries . . . censu . . . -ta christicolum populis. HROTSV. Dion. 79 serpentes illos . . . -bant secum baratrum penetrare. WIDUK. gest. 1,34 p.47,11 thura diis offerre -itur *Vitus.* 3,31 Boioarii . . . -ti sunt de pace tractare. GERH. AUGUST. Udalr. I 12 p.401,49 quidam Ungrorum flagellis alios minantes ad pugnandum -egerunt. RUODLIEB V 519 si te -ens homo quisquam oret . . . ieiunia frangere. OTTO FRISING. gest. 2,30 p. 139,14 -etur princeps Romanus contra suam voluntatem cuiuslibet prebitor esse? ALEX. MIN. apoc. 14 p.309,19 (add. C) pro -endis ad fidem Saxonibus. *persaepe. medial. i. q. sibi imperare – sich zwingen, überwinden:* ALDH. virg. I 18 p.247,4 ut homo . . . spretis naturae legibus . . . angelicae castitatis comes existere -atur. WALAHFR. hort. 203 si . . . coenam cyatis -atur claudere crebris. **b** *c. colore quodam:* α *c. sensu urgendi:* WETT. Gall. 15 si obnixius -rentur *(sc. inquisitione).* AGNELL. lib. pont. 38 qui curiosius me vult -ere (-egere *1*). β *c. sensu obligandi, obstringendi:* VITA Liutb. 31 p.38,4 praecepto -ta sum me nichil ex meo faciendum arbitrio. POETA Saxo 2,329 populo per sacramenta -to perpetuam spondere fidem. HROTSV. gest. 1492. γ *c. sensu cohortandi, illiciendi:* WIPO gest. 6 p.28,21 quibus *(donariis)* eos fortia audere -egit. BENZO ad Heinr. 3,29 p.634,2 hunc inhescando vetitam escam mordere -hegit *Eva. al.* δ *c. sensu provocandi, lacessendi:* GODESC. SAXO gramm. 1 p.396,25 qui *(pseudoapostoli)* -bant eum *(apostolum)* velut nolentem . . . gloriari. CAPIT. reg. Franc. 252,5 si quis sacerdotem non -tus, sed propria voluntate seductus morti tradiderit *(cf.* 252,11 si quis clericus quamvis nimium -tus homicidium fecerit. *ibid. al.).* VITA Gamalb. 4 (1) ira et rixa . . . eius animum raro vel -tum intrabant. *al.* ε *obi. res i. q. reddere, facere – machen, lassen, bringen (zu):* WALAHFR. carm. 41,6 ferri -at aquas sursum. ABBO SANGERM. bell. 1,418 lapidum . . . salire struem super altam flammivomas puppes . . . -egisti (quo- *a. corr.*). HROTSV. Pel. 384 fornacem -unt fervere. *al.* **2** *publ., iur., canon. (interdum i. q. iubere, flagitare – befehlen, auffordern, anhalten zu):* **a** *in univ.:* PIRMIN. scar. 20 nemo alium -at (-eat *var. l.*) . . . plus bibere quam oportit. FORM. Senon. I 2 nulli -agentis imperium nec a iudiciaria potestate -tus, sed mea propria . . . voluntate (CHART. Epternac. 146 nullius -entis imperio. *al. cf.* ARBEO Emm. 17 non nostra sponte, sed imperio -ti. *al.*). CAPIT. reg. Franc. 61,9 ut nullus -atur ad pontem ire ad flumen transeundum. 104,4 ut . . . pauperes . . . non -antur in placitum venire (*cf.* DIPL. Ludow. Germ. 142 ad . . . p. -ere). 143,4 nolumus, ut liber homo ad nostros brolios operari -atur. DIPL. Loth. I. 137 p.308,27 (ed. Th. Schieffer. 1966) freda, quae servis . . . monasterii ad ius publicum legalis institutio persolvere -it *(cf.* CAPIT. reg. Franc. 271 p.302,18 missi . . . nostri colonos . . . non mallent nec bannum Francilem solvere -ant. *al.).* DIPL. Ludow. Inf. 6 in expeditionem . . . ire non -antur. CHART. Argent. I 616,11 *causidicus* habet . . . potestatem -endi et constringendi iudicatos. OTTO FRISING. gest. 1,49 p.69,31 Sabellianus . . . libros . . . ab episcopis igni dare -tus est. CHART. Ticin. 134 p.123,1 (ed. L. Brentani, Cod. dipl. Ticin. II. 1931) quogantur . . . ipsi decem ellecti . . . iurare. *persaepe.* **b** *in stipulatione poenae:* α *c. sensu condemnandi:* LEX Sal. Merov. 13,1 si . . . tres homines ingenuam puellam . . . rapuerint, . . . millinos d⟨u⟩centinos denarios . . . -antur exsolvere (LEX Baiuv. 9,7 in novicuplum conpositionem -atur e. LEX Sal. Pipp. 14,5. *al. cf.* CHART. Turic. 131 auri untias III . . . in fiscum cogatus persolvat. DIPL. Otton. I. 137 p.217,27 quo-tus exsolvat. *saepe. v. et l.19sq.*). LEX Baiuv. 1,2 rege -egente *(cf.* TRAD. Ratisb. 1 -ente iudice. 19 p.24,1 lege -ente. *al.).* 15,5 compositionem -atur (concogatur *Gw*) implere. 22,3 arborum numerositatem restituere -atur. DIPL. Arnulfi 123 p.182,31. *al.* β *c. sensu exigendi:* CHART. Arnstad. 1 p.2,11 (a.704) inferat tibi una cum -ente fisco auri libras V (COD. Lauresh. 429 c. -ente f. . . . -tus exsolvat. CHART. Sangall. A 107 p.101,13 c. -inte f. auro libra una . . . -tus exsolvat. *saepe*). **B** *cogunt res (interdum i. q. poscere, efficere – erfordern, bedingen):* ALDH. virg. II 42 fides -it personas credere trinas. TRAD. Frising. 10 p.3^{1}, 20 si necessitas -erit (*cf.* CHART. Sangall. B 303 p.238,14 aliqua necessitate -iente). GODESC. SAXO gramm. 2 p.495,5 'rescindat' longum habet 're' . . . ipsa -ente positione. WALTHARIUS 693 angusta loci solum concurrere soli -bant. POETA Saxo 4,349 id valitudo simul -bat et aetas. 4,351 quotiens amittitur ulla res bona, tunc melius -it dolor ipse videri. CONSUET. Marb. 244 (Spicil. Friburg. X. 1965) si quem . . . sitis licentiam . . . bibendi petere -egerit. CAES. HEIST. mirac. I 4,6 p.178,3 cum natura -ente iret ad privatam. *saepe. adde:* WALAHFR. (?) carm. 54,28 -ret *lapis* undenas sibi ius concedere gemmas. *(vehementius) movere – rühren:* VITA Theog. 2,15 p.473,43 *famā discessionis* fratres . . . ad lacrimas plus, quam satis erat, -ti. **C** *medial. i. q. necessitati subiectum esse, debere – sich gezwungen sehen, müssen:* ALDH. virg. I 20 quam *(mortem)* cuncti . . . quasi inevitabile vectigal . . . pendere -untur. GODESC. SAXO gramm. 1 p.386,5 de nomine 'Benoni' propter suavem sonum -itur de prima mediaque syllaba consonans demi. AGIUS epic. Hath. 478 hoc certare diu -imur in stadio. HROTSV. Sap. 5,23 quo nolens -eris fateri *eqs.* OTTO FRISING. gest. 2,25 p.128,4 usibus . . . humanis ineptas aquas haurire -imur. CHART. Heinr. Leon. 138 sepius ad vestram gratiam -or recurrere. RYCCARD. chron. a. 1221 p. 98^{a},27 diro -guor singult⟨u⟩ luere. *saepe.*

adi. **1. cogens,** -entis. *firmus ad probandum – zwingend, überzeugend:* ALBERT. M. animal. 16,13 p.1065,13 est -issima ratio, quae inducta est.

2. coactus, -a, -um. **I** *spectat ad constrictionem:* **A** *clausus, congelatus – verschlossen, gefroren:* GESTA Bereng. 4,74 gremium solvunt cum rura -um frigore brumali. **B** *contractus, claudus – verkrüppelt, lahm:* ADSO Waldeb. 9 (MG Script. XV p.1176,22; s. X.^{2}) nervis -is . . . manibus per terram repens ire non poterat. CASUS Petrish. 2,20 ut . . . remaneret -us et debilitatus. **C** *circumscriptus – (im Umfang) beschränkt:* ANON. mus. plan. Coussemaker p.497^{b},1 nisi aliquando cantus sit diversus vel indebite -us.

II *spectat ad necessitatem:* **A** *de hominibus i. q. compulsus, invitus – gezwungen, widerwillig:* BERTH. (?) annal. a.1077 p.292,32 electione . . . in non desiderante, nolente et -o homine . . . peracta. p.301,5 postremo . . ., licet -issimi, . . . legatum . . . audierant. *adde:* VITA Willeh. 8 p.383,8 cum . . . sub leni iugo Christi Saxonum ferocia, licet -a, iam mitescerent colla. **B** *de rebus:* **1** *strictius:* **a** *vi, imperio exactus – erzwungen, Zwangs- (usu iur. et publ.):* FORM. Argent. 2 ut nemo eum . . . ad -um servicium repetere temptet (DIPL. Ludow. Inf. 49 p.173,41. *al. cf.* DIPL. Heinr. I. 10 ab omni iugo -ae servitutis. DIPL. Heinr. II. 43 nec . . . quicquam -i famulatus debere). DIPL. Karoli III. 159 in quibus *(decretis)* . . . continebatur de inmunitate et de -o iuramento monasterii sancti Galli (DIPL. Ludow. Inf. 20 p.127,3 quicquid . . . inquirendum sit, sub -o i. nobilium virorum . . .

[Antony]

inquiratur. DIPL. Conr. I. 5 in placitis legalibus -um exercere iuramentum). *al. expressius i. q. imperio exigente capessendus – zur Benützung vorgeschrieben:* CONST. II 196,10 (a. 1235) precipimus . . . stratas publicas observari et -as stratas omnino cessare. **b** *necessarius, inevitabilis – naturnotwendig, unvermeidlich:* CONC. Karol. 16[B] si infirmum -os contigeret eventus. CHART. Friburg. 185 p. 156,35 (a. 1261) diem -e solutionis . . . preveniens. **2** *latius i. q. violentus – gewaltsam:* FRID. II. IMP. art. ven. 2 p. 207,8 per . . . retractus subitos et -os lederetur *falco.*

subst. **coactum,** -i *n. quod compellitur – etwas Gezwungenes:* ALBERT. M. metaph. 11,2,2 p. 484,95 (ed. B. Geyer. 1964) -um . . . violentum est et huius principium est in altero.

adv. **coacte, coacto, coactim. 1** *strictius:* **a** *per vim vel imperium alienum – unter Zwang, zwangsweise:* UFFING. Ida 1,12 *mulier* in pristinum deformitatis statum ut prius suapte, sic tunc redigitur -e. CHART. Stir. II 354 p. 462,31 filie ac filii eorum *(Styriensium)* -m quodammodo matrimonio copulabantur. *al. remissius i. q. labore studioque adhibito – unter dem Zwang der Bemühung, durch Anstrengung:* WALTHARIUS 1111 quae *(via salutis)* . . . aut nusquam ostendit se sive -e. **b** *ex necessitate, ratione exigente – unter dem Druck der Umstände, notgedrungen:* ADAM gest. 3,2 p. 145,20 ut videant . . ., quam -e et non temere . . . fecerit aliqua, in quibus desipuisse . . . videtur. LAMB. HERSF. annal. a. 1074 p. 192,33 ut veritati vel -o (coacti *var. l.*) assentiamur. OTTO SANBLAS. chron. 41 p. 66,2 de activa translatus -e contemplative studuit *Tancredi filius. meliore quodam deficiente – aus Verlegenheit:* EKKEH. IV. bened. I 18,44 (gloss.) osanna . . . 'salvum fac' et 'prosperare' dicunt et id ipsum -e quidem. **2** *latius i. q. per vim vel imperium proprium, violenter – mit Zwang, gewaltsam:* DIPL. Otton. I. 356 p. 489,11 ut . . . nemo episcoporum . . . in abbatis electionem eos -e induceret (*inde* DIPL. Otton. II. 17 p. 25,18). THEOD. AMORB. comm. p. 15,22 illos . . ., quos . . . Deus ita compellit intrare, non debent prelati -e regere, sed spontanee. *Antony*

2. *cogo *v.* 1. *cocca. **coguor** *v.* 1. cogo.

cohabeo *v.* cohibeo.

***cohabitaculum,** -i *n. de canonica i. q. habitaculum commune – Stätte gemeinsamen Wohnens:* BONIZO ad amic. 3 p. 578,13 -a clericorum regulariter viventium.

cohabitatio (-cio), -onis *f. script.:* quo-: CONC. Merov. p. 125,25. cho-: SUMMA dict. Saxon. 11,27 p. 287,25.

I *strictius i. q. communio una vel prope habitantium, contubernium, convictus – das Zusammenwohnen, -leben, -sein, (Wohn-, Lebens-)Gemeinschaft:* **A** *in univ.:* **1** *corpor.:* **a** *gener.:* **α** *de hominibus:* AGOB. epist. 9 p. 199,33 ex . . . assidua -e aliqui de grege christiano sabbatum . . . cum Iudęis colunt. TRANSL. Libor. 2 cuius *(nationis)* interdum ad perfidiam relabentis -o nulli clericorum tuta videbatur. CHART. Rhen. inf. I 263 p. 171,2 cum Dathan et Abiron sit ei -o sempiterna. RUP. TUIT. inc. 23 (DtArch. 22. 1966. p. 471,12) non expedit . . . monasticę professioni -em pati sive . . . confinium alienę conversationis. HONOR. AUGUST. scal. I 18 (PL 172, 1237[B]) tertius infernus est -o invicem se odientium. CHRON. Lippold. p. 557,21 sermo eiusdem *(Godefridi)* de -e bonorum inter malos. *al.* **β** *de animalibus:* ALBERT. M. animal. 8,11 -em habent *cocodrilli* cum animali, quod celchym vocatur. **b** *philos.:* ALBERT. M. pol. 3,6[1] p. 246[b],24 -o non facit civitatem. animal. 22,12 -es et foedera . . . habet *homo.* **c** *canon.:* CONC. Merov. p. 198,24 ut . . . se ab eorum *(sc. excommunicatorum)* communione aut -e sequestrent. *cf. l. 48.* **d** *iur.:* CHART. Wirt. II 369 p. 126,6 (a. 1159) omnes -es negociatorum et omne forense negotium . . . in eodem monasterio fieri . . . prohibemus. *expressius de iure cohabitandi:* CHART. Rhen. inf. I 346 (a. 1142) clericorum . . . benivolentia . . . ministros inmunitatis suę -e munivit. **2** *spirit.:* EPIST. ad Hildeg. 140 p. 370[A] Hildegardi sancti spiritus -e reverendissimae. LAMB. LEOD. Matth. I 95 (gloss.) que *(caro)* concivis est anime non natura, sed -e. **B** *de contubernio virorum cum feminis:* **1** *gener.:* HRABAN. hom. I 47 p. 87[D] prohibens -em feminarum iuvenibus *Salomo (cf. Vulg. prov. 6,27).* SIGEBOTO Paulin. 25 p. 922,5 rite Deum querentibus . . . plurimum obest -o feminarum. ALBERT. M. sacram. 242 p. 157,85 si . . . in -em corporalem *esset consensus efficiens matrimonium,* secundum hoc inter non-cohabitantes corporaliter non esset matrimonium *eqs. expressius i. q. concubitus – Beischlaf:* GESTA Trud. cont. I 12,2 p. 305,29 cellam . . . quasi leprosam habens exosam propter supradictorum -em. **2** *canon.:* **a** *spectat ad clericos:* RATHER. epist. 26 p. 148,29 illa, quę tam severiter sunt de prohibita ministris ecclesię -e mulierum in Niceno sancita concilio. CONST. I 401,7 presbyteris . . . uxorum contubernia penitus interdicimus et aliarum mulierum -em, praeter quas synodus Nicena . . . habitare permisit, videlicet matrem *eqs. al. expressius i. q. concubinatus – Konkubinat:* CHART. Mog. A I 343 (a. 1074/75) pro . . . manifesta -e mulierum clericis prohibenda. SUMMA dict. Saxon. 11,27 p. 287,35 crimina memorata, -cionem videlicet et periurium. RYCCARD. chron. a. 1232 p. 181,4. *al.* **b** *spectat ad monasteria duplicia q. d.:* INNOC. IV. registr. B 257 p. 224,43 *infamiam* non poterant extirpare, nisi a -e mulierum fieret sequestratio monachorum *eqs. cf. l. 1.* **C** *de vita communi canonicorum:* BONIZO ad amic. 6 p. 595,36 Mediolanis canonica -o primum exorta est.

II *latius:* **A** *habitaculum, aedificium – Wohnung, Gebäude:* SIMON SITH. gest. 1,26 ut . . . pene omnium sevo incendio consumeretur -o. DIPL. Karoli M. 289 (spur. s. XII.) locum . . . cum omnibus compendiciis et -bus suis. **B** *plur. i. q. area (habitaculis) coaedificata – (Wohn-)Anlage, Komplex:* WOLFHER. Godeh. II 7 p. 201,28 claustrales -es a superfluis . . . aedificiis . . . purgavit. **C** *sedes, domicilium – Wohnsitz:* CAPIT. reg. Franc. 256 p. 259,6 *Hispanis* -em . . . conferre.

cohabitator, -oris *m. script.:* choa-: *l. 46.* coa-: *l. 34.* ?-bitor: *l. 46.*

1 *strictius:* **a** *contubernalis, commanens – Mitbewohner, Haus-, Wohngenosse (cf.* GLOSS. III 663,3 St.-S. contubernalis gibuir i. rusticus coa-r): HRABAN. hom. I 43 p. 80[C] timeo, quod vestri -es *(sc. pagani)* vobis fiant in scandalum. EKKEH. IV. bened. I 44,85 (gloss.) concellaris -rque cellę. CHART. Hamb. 285 ab eo suisque -bus, quos illic adduxerit. **b** *familiaris, convictor – einer der Umgang pflegt:* MENKO chron. p. 539,5 Sarracenorum amator et -r *Fridericus II.* **c** *qui feminam in concubinatu habet – einer der im Konkubinat lebt:* CHART. Brem. 323,4 (a. 1266) anathematizamus omnes . . ., qui huiusmodi -es . . . presumpserint defensare. **2** *latius i. q. habitator, incola – Bewohner, Einwohner:* DIPL. Otton. I. 414 p. 566,16 omnem liberorum hominum . . . civitatis ac per XXIIII stadia pro tempore -um districtum. CHART. Stir. II 363 p. 472,34 choabitoribus *(sic)* illius loci.

cohabitatrix, -icis *f. contubernalis, socia (vitae) – Hausgenossin, (Wohn-, Lebens-)Gefährtin:* **1** *de coniuge:* ANNAL. Hild. a. 949 Cuonradus dux sibi conduxit filiam regis Ottonis in -em (habitatricem *cod.*). a. 964 Berengarius . . . cum regina, eius -e Willa. **2** *de sanctimonialibus:* EPIST. ad Hildeg. 96 p. 318[A] -es tuas . . . ex me . . . saluta.

cohabito, -avi, -atum, -are.

I *strictius i. q. una habitare, commanere, convivere – zusammenwohnen, -sein, -leben:* **A** *in univ.:* **1** *proprie:* **a** *de hominibus:* BONIF. epist. 67 p. 139,17 sororibus vobis -antibus . . . salutem. BRUNO QUERF. Adalb. A 26 similes eorum *(paganorum)* effecti familiarius -amus, alloquimur et convivimus. DECRET. Bern. 45 matri -are. CHART. civ. Erf. 150 p. 86,5 feminas non suspectas colligere, que sibi -ent. *al. in regno caelorum:* BEDA hist. eccl. 2,10 p. 103,30 ei, cui credideritis, in splendore gloriae . . . -are. **b** *de animalibus:* ALBERT. M. animal. 1,38 aves . . ., quae habent . . . acutos ungues, non possunt -are cum aliquibus sociorum suorum (*sim.* 1,55). 8,28 corvus . . . et cocodrilli genus . . . amicantur et -ant. **2** *per compar. de rebus:* ALBERT. M. princ. 7,4 p. 364[a],42 principium . . . plus etiam assistit quam insit et sic quodammodo -ant. **B** *de contubernio virorum cum feminis:* **1** *gener.:* CHART. Wetzlar. I 133 p. 49,31 (a. 1266) de consensu . . . Hadewigis, uxoris mee . . ., cui iam -o. CHART. Carinth. V 117 Margareta -ans matrimonialiter patri nostro. **2** *philos.:* ALBERT. M. praedicam. 7,16 p. 304[a],31 nihil . . . aliud dicimus

[Bansa]

virum habere uxorem, nisi quia -ant simul ad civiles et oeconomicos actus (*cf.* princ. 7,4 p.364^{a},16). **3** *canon.:* CONC. Karol. 56^{A},35 ut presbiteris nulla omnino -et feminarum. CAPIT. reg. Franc. 252,23 p.226^{a},18 ut . . . iuramento conligentur ulterius sub uno non -are tecto *matrimonio illicito copulati.* EPIST. Teg. I 57 si qualitas sexus . . . permitteret monasterio fratrum feminas -are. *expressius i. q. in concubinatu esse – im Konkubinat leben:* CAPIT. reg. Franc. 164,5 de feminis cum presbyteris -antibus. **C** *de vita communi (monachorum):* CHART. archiep. Magd. 199 (c.1117) in manu fratrum Nuumburch -antium. *cf. p.810,57.*

II *latius i. q. (in)habitare – (be)wohnen:* AETHICUS ISTER 58 p.38,1 quas *(gentes)* plaga septentrionale commorare vel -are . . . pagina . . . narrat. CAPIT. reg. Franc. 256 p.258,39 Hispanos intra Barchinonam . . . civitatem vel Terracium castellum -antes. EPIST. Worm. I 47 cęteris . . . id loci -antibus amicis tuis.

subst. **cohabitantes,** -ium *m. qui una habitant, convivunt – die ein gemeinsames Leben Führenden:* **1** *de coniugibus: v. p.810,4.* **2** *de monachis:* WOLFHER. Godeh. I 13 p.177,29 de vita et conversatione . . . ibi -ium.

cohabitor *v.* cohabitator. **cohactio** *v.* coactio.

cohaereditas *v.* cohereditas.

1. cohaerentia (coe-, -her-, -cia), -ae *f. script.:* choe-: *l.59. adde* CHART. Tirol. 848 p.260,22. *al.* chohe-: *l.64.* chor-: *l.68. al.* quoe-: DIPL. Karoli M. 207 p.278,6. quer-: *l.67. abl. pl.* -cis: *l.64.*

1 *de actione vel statu cohaerendi i. q. conexio, coniunctio, nexus – Zusammenhang, (Ver-)Bindung:* **a** *proprie:* URSO aphor. 71 maiori partium -a grossius et gravius . . . redditur subiectum (qual. 464. ALBERT. M. meteor. 3,3,18 p.659^{a},31). ALBERT. M. veget. 5,32 propter -am humoris invenitur *planta* adhaerens ipsi *(arbori)* tamquam continuo. NOTULAE Wilh. Cong. 284 (cod. B) craneum, cum quo habet cohe-am *lupia,* radere. *al.* **b** *translate:* **α** *gener.:* WIBALD. epist. 159 p. 264,3 absque ulla similitudinis cohe-a. CHRON. Ebersb. II p. 10^{b},15 in eadem -a unionis et fidei permanentes . . . fratres. CHART. Argent. II 40 p.25,9 familiaritatis seu cohe-cie alicuius vinculo. **β** *log.:* ANSELM. HAV. dial. 2,2 p.1166^{c} nulla est ibi *(sc. in argumentatione)* -a. ALBERT. M. anal. pr. 1,1,4 p.465^{a},38 esse et non esse, quod notat -am vel divisionem praedicati a subiecto (top. 2,1,3 p.297^{b},30 necessitate -ae p. cum s.). metaph. 5,2,12 p.250,70 (ed. B. Geyer. 1960) in tali terminorum -a (summ. theol. I 5,23,1,1,1 p. 167^{b},21). *ibid. al.* **2** *de rebus conexis:* **a** *strictius i. q. loca adiacentia (ad fundum pertinentia), praedium conterminum, confinium – anliegendes (zum Besitztum gehöriges) Stück Land, Grenzgrundstück, Grenze:* CHART. Ital. Ficker 9 p.13,4 (a.824) una cum arboribus et limitibus, que intra ipsam cohe-ciam esse videbantur (*cf.* CHART. Bund. 499 cum toto hoc, quod pertinet infra ipsas cohe-cias). DIPL. Karlom. (II.) 21 p.315,34 terram per suprascriptas cohe-as praefato sanctuario mancipamus. DIPL. Otton. III. 265 montem compascuum . . . usque ad cohe-as sibi adiu⟨n⟩ct⟨a⟩s . . . confirmamus ad partem monasterii. COD. Wang. Trident. 22 p.59,14 de eadem domo . . . Milonis, cuius cohe-cie decernuntur: a capite via, ab alio flumen *eqs.* CHART. Bund. 871 p.322,22 si alie ibi fuerint cohe-cie . . ., in hac permaneant vendicione (*cf.* CHART. Tirol. 1280 alii [*sic, cf. p.813,31sq.*] sunt forte choe-cie. CHART. Bund. 929 p.365,15 salvo si a. cohe-cie reperirentur). REGISTR. Trident. III 10 p.234,24 III petias prati . . ., quarum cohe-am nesciunt. *saepe.* **b** *latius i. q. attinentia – Zubehör:* DIPL. Otton. III. 400 p.833,32 cum omnibus suis pertinentiis et cohe-ciis (CHART. Tirol. 814 chohe-cis. CHART. Tirol. notar. II 24 p.11,34. *al.*). CHART. Tirol. 547 p.27,8 *mansos* cum coe-ciis eorum. CHART. Bund. 565 p.65,2 peciam prati cum suis que-ciis et cum . . . iuribus. CHART. Tirol. 1006 cum chor-is et confinibus. *saepe.*

2. cohaerentia, -ium *n. v.* cohaereo *p.813,33sqq.*

cohaereo (coe-, -her-), -haesi, -haesum, -ere. *script. et form.:* cho(e)-: CHART. Bund. 506. CHART. Tirol. 1280. chu(e)-: *p.813,16.* quo(e)-: *p.812,42.55.* coche-: CHART. Ticin. 194 p.23,34 (ed. L. Brentani, Cod. dipl. Ticin. III. 1943). *indic. praes.* -it: *l.41. adde* DIPL. Otton. II. 312. *inf.* -ire: *l.56. struct.: fere c. dat. vel absol.; c. acc. vel abl.: p.813,23.* ad: *l.58. p.813,4.34.* cum: *l.70.* iuxta: *p.813,15.*

I *proprie:* **A** *strictius:* **1** *conexum, coagmentatum esse – zusammenhängen, (organisch) verbunden sein* (*cf.* GLOSS. II 206,77 St.-S. -herentia zuohaftenta): **a** *de duobus partibus:* ALBERT. M. animal. 4,41 quod utraque *pars ostrei* findatur ab altera et -ant in loco spisso. *coalescere – zusammenwachsen:* NIVARD. Ysengr. 2,53 -surum nodo vivace cadaver. ALBERT. M. veget. 6,208 folia . . . quercus . . . faciunt eas *(plagas)* -ere. **b** *de uno eodemque:* MAPPAE CLAVIC. 280 ut bene -hereat et exaquetur *sapo.* **2** *adhaerere, inhaerere, affixum esse – hängen (an), haften (in), festkleben* (*cf.* GLOSS. II 633,40 St.-S. lentescit -heret chlepet): ARBEO Corb. 10 p.199,4 collo iam damnationis vincla -herenti. 40 contemplabantur puerum saxo cuidam -herenti. VITA Corb. 3$^{tit.}$ dorso illius *(mulae)* -herens *fur.* HERACLIUS I 19,6 sibi *(sc. testae)* cum pictura -heret. TRACT. de chirurg. 122 si . . . ossi -hereat *telum. al.* **B** *latius:* **1** *de anim.:* **a** *assidere, proxime sedere – daneben, an der Seite sitzen:* WOLFHER. Godeh. I 31 p.190,21 cui *(imperatori)* . . . sinister Hunfrithus . . . cum suis . . . -heserunt. **b** *unā esse, non discedere – beisammensein, nicht von der Seite weichen:* WALAHFR. Mamm. 4,14 domitis sine lite -ent *animalia silvestria.* VITA Bonif. II 2 p.94,11 ei *(principi)* assidue -herebat *Adelbertus* (THANGM. Bernw. 17 p.766,4 Sophia a. illi -ens et cohabitans). CARM. var. Walther 1,65,3 inbrumatos quantos vides, quibus nos coesimus? *remissius de sanctis simul colendis:* WANDALB. martyr. 132 *Gaio Alexandroque* quadragena et bina -et turba. **2** *de locis, aedificiis i. q. contingere, adiacere – (unmittelbar) an(einander)stoßen, anliegen, angrenzen:* **a** *gener.:* POETA Saxo 1,27 vix limite certo divisi gentis fines utriusque -herent. REGINO chron. a.862 civitatis *Andegavensis* termini -herebant finibus Brittanniae. WIDUK. gest. 2,1 p.64,3 in sixto basilicae Magni Karoli -enti. *al.* **b** *iur.:* CHART. Fuld. A 462 (a.825) in illa captura, quae capturae -et sancti Bonifatii. DIPL. Karlom. (II.) 16 cui *(terrae)* . . . ab aquilone murus . . . adheret, ab ocidente vero . . . vie publice -herent. CHART. Ital. Ficker 32 p.45,19 coerit ei *(peciae)* da una parte vites Rainpodi *eqs.* CHART. Bund. 559 quoeret *(sic)* est ei *(peciae)* a mane terra . . . eclesie. CHART. Brixin. 128 p.134,12. *saepe.* **3** *de stellis i. q. coire – in Konjunktion stehen:* WANDALB. martyr. 573 soli tum Libra -et. **4** *mus. i. q. subsequi – (unmittelbar) aufeinanderfolgen:* **a** *spectat ad locum:* SCHOL. enchir. 1 p.179^{b} quinas . . . descriptiunculas linealiter disponamus, quae gradatim sibi -entes *eqs.* **b** *spectat ad tempus:* HUCBALD. harm. inst. p.105^{a} cum sibi duae voces brevissimi spatii divisione -ent *eqs.*

II *translate:* **A** *de anim. (de mente: l.64; de corpore Christi: l. 62):* **1** *(necessitudine quadam) iunctum, coadunatum esse – (geistig, verwandtschaftlich) verbunden, vereint sein:* FORM. Marculfi 2,48 (ed. A. Uddholm. 1962) pro me meusque, quos mihi in Christo quoerere (quohe-, coe-, -herire *var. l.*) fecit amor, fratribus. DIPL. Ludow. Inf. 1 p. 96,17 ut utraque domus Dei in unum ad laudem Dei -herendo . . . ab alia . . . adiuvetur. BRUNO MAGD. bell. 87 ut ad invicem firmissime -rent *principes.* TRAD. Ratisb. 980 que *(mulier)* sibi familiari matrimonio tamquam uxor legitima -herebat. *adde:* GODESC. SAXO theol. 7,9 p.188,27 quod corpus et sanguis Christi . . . -ant et coadunentur ecclesiae. ARNO REICHERSB. scut. p.1504^{A} quo minus Deo immediate -at *mens nostra.* **2** *assistere – zur Seite stehen:* BRUNO QUERF. Adalb. A 18 Petrus fidelissimus comes -bit. **3** *sequi – anhangen:* WIDUK. gest. 2,19 cum militibus sibi *(sc. Heinrico)* -entibus. **B** *de rebus:* **1** *gener.:* **a** *congruere, convenire – im Einklang stehen, zusammenpassen:* CONSUET. Marb. 59 (Spicil. Friburg. X. 1965) si bene et constanter secum -hereant *dicta accusatoris. impers.:* EKKEH. IV. bened. I 27,21 non bene, quod speret prolem veterana, -heret (gloss.: constat). **b** *attingere, respicere – be-*

[Bansa]

treffen: CHART. ord. Teut. (Hass.) 166 p.127,29 (a.1260) renunciamus . . . omni . . . actioni, defensioni, exceptioni -herenti rei vel persone. **c** *pendere (ex) – abhängen (von):* ERMENR. ad Grim. 1 p.536,6 ad quae prę̨cepta *(sc. ut diligatur Deus et proximus)* cetera omnia -ent. **2** *iur. i. q. attinere, pertinere – zugehören:* METELL. Quir. 17ª,29 (ed. P. Ch. Jacobsen. 1965) quod . . . locus . . . sacrę̨ tumbę̨ -heserit martyris. *cf. l.17sqq.*

adi. **cohaerens,** -entis. **1** *proprie:* **a** *strictius i. q. coactus, spissus – zusammenhängend, dicht:* ALBERT. M. meteor. 3,3,19 p.660ᵇ,25 si . . . fuit ignis magis -s sibi, non sparsus. **b** *latius i. q. contiguus, collimitaneus – anliegend, angrenzend:* COD. Lauresh. 859 (a.767) ad faciendam vineam eidem vineę̨ cohe-em. CHART. Rhen. inf. I 17 conprehensio . . . iuxta illas conprehensiones contigua est et -s a summo usque ad finem, quas *eqs.* CHART. Bund. 957 chue-s est ei *(campo)* Laçaronis. *al.* **2** *translate i. q. attinens – zugehörig:* CHART. Traiect. 67 p.73,36 (a.850) mancipia ipsis mansis -ia. DIPL. Arnulfi 175 p.265,27 cum . . . omnibus . . . appendiciis et pertinentiis ipsis locis iuste -bus. DIPL. Heinr. I. 12 coenobium cum personis . . . sibi cohe-bus. DIPL. Heinr. III. 346 p.473,25 (spur.) fundum . . . cum campis et silvis cohe-bus se. *al.*

subst. **1. cohaerentes,** -ium *m.* **1** *propinqui, affines – Angehörige:* TRAD. Ratisb. 213ᵇ (c.980/85) pro remedio animę̨ suę̨ et . . . filii sui ceterorumve sibi cohe-ium. **2** *asseculae, homines – Anhang, 'Leute':* BRUNO QUERF. Adalb. B 11 *episcopus* cum -bus suis (sibi *rec. A*). **3** *confines, vicini – Anrainer, Grenznachbarn:* CHART. Tirol. notar. II 240 (a. 1242) ab uno lattere d. Albertus . . ., ab alio Iohanus . . ., ante via . . ., retro . . . dictus emptor et alii forte sunt cohe-es (300.393. *ibid. saepe*).

2. cohaerentia, -ium *n. attinentia – Zubehör:* FORM. Sangall. I 11 cum omnibus ad eum *(locum)* ubicumque . . . cohe-bus.

adv. **cohaerenter.** **1** *proprie i. q. firmiter, arte – fest, eng:* URSO gloss. 71 (cod. E2) quanto . . . -ius partes suo toti adhaerent, tanto totum solidius. **2** *translate i. q. secundum conexionem logicam – im richtigen Zusammenhang:* EBERH. BAMB. epist. 11 p.525ᴬ consequenter, ut vobis visum est, sed non -r, prout verum est, intulistis *eqs.* *Bansa*

cohaeres *sim. v.* coher-.

***cohaesio,** -onis *f. vicinitas, contagio – Nähe, Berührung:* HINCM. epist. I 37ª p.14,35 quorum *(tomulorum Godescalci)* exemplaria ... a praesentia et -e vestra propellite.

coharto *v.* coarto. **cohegi** *v.* 1. cogo.

coheo *v.* coeo. **coherceo** *sim. v.* coerc-.

***cohereditarius,** -i *m. coheres, hereditatis comparticeps – Miterbe:* DONAT. Trud. 7 (MGMer. VI p.280,25) ut . . . -us eius *(s. Stephani)* sis in gaudio regni caelestis.

coheréditas (-haer-), -atis *f.*

hereditas (cum aliis) communis – (mit anderen) gemeinsames Erbe: STEPH. LEOD. Lamb. 9 (MGMer. VI p.391,29; s. X.ᴵⁿ.) fruitur gaudens . . . -e (-ridate *4*) confessorum *anima Lamberti.* RATHER. prael. 3,22 p.236ᴮ vide, ne haereditate et cohaer-e illorum *(filiorum ecclesiae)* a temet frauderis. *expressius de regno caelesti:* CHART. Wirt. I app. 2 (s. XII.) ut . . . mercedis . . . -is particeps fieret.

coheredito, -are. *hereditatis comparticipem fieri – miterben:* SIGEB. GEMBL. Wigb. 2 quae *(caelestis filiationis proles)* cum aeternali gaudio filio Dei -ret.

***coheremicola** *v.* *coeremicola.

***coheremita** *v.* *coeremita. **cohereo** *sim. v.* cohaer-.

coheres, -edis *m. (f.: p.814,60) script.:* quo-: *p.814, 7.58. adde* CAPIT. reg. Franc. 139,6 *(var. l.). al.* cho-: *p.814,27. adde* CHART. scrin. Col. A 1 p.97,3. c(h)oe-: *p.814,19.24.61. adde* TRAD. Scheftl. 21ª p.32,20. FORM. extrav. I 26. CHART. Worm. 277 p.186,7. -hęr-, -haer-: *p.814, 41.50. adde* CHART. Fuld. B 202 p.301,27. TRAD. Ratisb. 211ª. *al.* -ens: *p.814,58. form.:* *nom. sg.* -es: *p.814,7. adde* ALMANN. Niv. 9 (MGMer. V p.167,2). *acc. sg.* -um: *p.814,11. usu attrib.: p.814,18.*

1 *strictius i. q. hereditatis comparticeps, consors – Miterbe (cf.* GLOSS. III 67,18 St.-S. -s ebinherbo. *al.):* **a** *spectat ad res corporeas (plur. saepe i. q. communitas heredum – Gemeinderschaft, Erbgenossenschaft, Ganerben; de re v. H. Planitz, Deutsche Rechtsgeschichte. ²1961. p.205sqq.):* **α** *in univ.:* LEG. Wisig. 10,1,4 nec ullum preiudicium consortis absentia, si -s (-es, quo-s *var. l.*) eius . . . fuerit superatus, incurrat. TRAD. Scheftl. 1ª p.6,15 coram omnibus -bus meis. CHART. Sangall. A 46 si . . . ullus -um meorum hanc cartam inrumpere voluerit. FORM. Augiens. B 7 quas *(res)* . . . contra fratrem vel contra -um tuum . . . iusta tibi portio contulit. FORM. Sangall. II 10 nisi . . . a patre suo sibi . . . silviculam relictam habeat propriam vel cum suis -bus communem. 15 absque ullius -um aut cognatorum meorum contradictione . . . omnia mea . . . sibi vindicent possidenda. TRAD. Frising. 355 pratas communes . . ., sicut alii -es eius habent. CAPIT. reg. Franc. 138,29 de ecclesiis, quae inter -es dividuntur. DIPL. Arnulfi 120 germani fratres . . . vel -es filii . . . eorum. DIPL. Otton. I. 206 cum consensu coeredum ipsius (*cf.* CHART. Babenb. 448 de -um ac heredum . . . spontanea voluntate). DIPL. Conr. III. 267 p.463,8sqq. (ed. F. Hausmann. 1969) ut nullus -s et consors et conparticeps . . . Reinherii quicquid de hereditate sua . . . alicui extraneo vendere . . . possit, sed tantum ei vendat . . . vel alicui suo -i (choer- *var. l.*). HELM. chron. 48 p.94,23 frater . . . et de iure dicionis paternae -s. CHART. Sangall. A III app. A 27 quod . . . Hainricus miles . . ., heres in parte militis antedicti, a cho--bus . . . totum ius . . . legitime conquisitum filie sue . . . contulisset. *saepe.* *de Christo:* CHART. Sangall. B 337 p.259,29 (a.1228) qui terrenis tantum testatur heredibus et non facit Christum suę̨ substantię̨ -em (*item* CHART. Raitenh. 367 p.294,22). **β** *de commarcanis, comparticipantibus in silvis vel pascuis communibus ('Markgenossen', 'Walderbengenossenschaft'; de re v. Lamprecht, Wirtschaftsleben. I. p.280sqq.; huc spectare possunt etiam exempla supra allata, e. g. l. 16):* CHART. Rhen. med. I 494 p.550,20 (a.1137) ut fratres . . . ligna habeant in locis suis silvaticis sicut ceteri -es. DIPL. Conr. III. 89 p.158,36 (ed. F. Hausmann. 1969) quę̨ *(lis)* inter ipsum *(Rodulfum abbatem)* et Ŏthelricum de Lenzenbŭrg ac -es eius . . . agitabatur. ANNAL. Rod. a.1110 pars una dicta est -haeredum. CHART. Rhen. med. I 640 p.699,16 Henricus . . . cum filiis suis . . . alterque Cunradus . . . cum ceteris eiusdem villę̨ -bus allodium suum, quod . . . commune habuerunt, ad . . . hospitale . . . contulerunt. *al.* **b** *spectat ad res incorporeas:* **α** *gener.:* STATUT. ord. Teut. prol. 3 p.24,21 gygantee malicie -es. **β** *eccl. de cohereditate c. Christo, sanctis sim. (cf. Vulg. Rom. 8,17):* LIUTG. Greg. 7 p.73,19 apostoli Christi eorumque successores et -es in regno Dei. WALAHFR. carm. 77,15,4 tu . . . spiritus inter superos mereris esse -haeres. GODESC. SAXO carm. I 5,13,3 sancti, -es Christi, exorate . . . pro me. CHRON. Bened. II 10 sicut tribulationis particeps, ita et -s de regimine. VITA Meinw. 11 p.18,4. *al.* *adde:* HERM. IUD. conv. 14 p.109,25 (ed. G. Niemeyer. 1963) fratrem . . . mecum gratie per lavacrum regenerationis fieri optabam -em. **2** *latius i. q. heres – Erbe (Erbin: l. 60):* LEG. Lang. p.60,16 nulli leciat alium pro alio pignerare excepto illo, qui gafan esse invenitur, id est -s (quo-, quoderens *var. l.*) parens proximior, qui illi ad hereditatem . . . venturus est. TRANSL. sang. Dom. in Aug. 19 quae *(filia)* patrimonii sui -s effecta. CHART. Turic. 207 ipsum *(praedium)* ad choeredes meos redeat. CHART. select. Keutgen 135,12 patrimonium et hereditas eiusdem *(homicidae)* -bus sibi iure succedentibus restituatur. CHART. Heinr. Leon. 126 p.183,12 una cum filiis . . . legitimis -bus suis. CHART. Wirt. V 1595 p.355,33 ab ipsis vel -bus suis, sive sint ascendentes, descendentes vel collaterales. *al.*

cohertio *v.* coercitio. **cohibentia** *v.* coniventia.

1. cohibeo, -ui, -itum, -ere. *script.:* coib-: GLOSS. II 348,25 St.-S. -hab-: *p.815,17sq.*

I *strictius:* **A** *continere – zusammenhalten, einschließen (cf.* GLOSS. II 651,68 St.-S. -et piduingit): **1** *constringere, coartare, coercere – ein-, beschränken, in Schranken halten,*

[Antony]

(fest)halten: **a** *obi. anim.:* WANDALB. mens. 21 borea -entur *ferae.* CHART. Naumb. 169 (a. 1144/45) quatenus . . . monachum vestrum apud vos -atis. CARM. de Frid. I. imp. 2539 (ed. I. Schmale-Ott. 1965) quos *(captivos)* . . . carcere duris compedibus -ent. *al. refl.:* OTTO FRISING. chron. 2,46 Romani se intra se -ere non valentes. **b** *obi. res:* HRABAN. carm. 6,14 mens . . ., nulla quae -etur humo. LAMB. HERSF. annal. a. 1076 p. 283,8 intra terminos et leges . . . vitam moresque -bat *rex. de affectibus i. q. compescere – (be)zähmen:* CAND. FULD. Eigil. II 14,33 iram -e. AGIUS vita Hath. 26 aliquantulum -tus *planctus. al.* **2** *concludere, complecti – umschließen, umfassen:* **a** *mus.:* MUS. ENCHIR. add. p. 76[a],13 phtongus . . ., qui terminali subiungitur, . . . ratum organum suo limite -et. **b** *geom.:* WALTH. SPIR. Christoph. I add. p. 79 quatuor . . . duas -ent hemiciclia rixas. **3** *in se habere – enthalten:* **a** *philos.:* ALFAN. premn. phys. 7,12 quod omnia, quae sunt visibilia, animam cohabeant *(PG 40,641B* συνέχειν) sintque omnia animam cohabentia corpora diversa. **b** *math.:* GERB. geom. 6,4 p. 90,10 quoties in hoc numero constratae perticae unius iugeri . . . -antur. **B** *retinere – zurück-, aufhalten (cf.* GLOSS. I 274,33 St.-S. -ere kihaben. II 427,44 -ete inthabet): **1** *obi. homines:* **a** *prohibere, deterrere – abhalten, hindern:* WILLIB. Bonif. 1 p. 6,5 ut . . . a . . . conamine eum -ret. WANDALB. Goar. 1,8 neque a praedicatione potuit -eri *Goar.* OTTO FRISING. gest. p. 3,8 (epist. Frid. I.) arcem cepissemus, nisi nox et maxima tempestas nos -uisset. *al.* **b** *refl. i. q. se regere – sich beherrschen:* BEDA hist. eccl. 5,6 p. 290,5 non me potui -ere. AGIUS vita Hath. 27 se coram aliis magis -uisse videbatur. **2** *obi. res:* **a** *avertere, arcere – abwenden, verhindern (cf.* GLOSS. I 88,30 St.-S. -et nintlazzit. II 94,3 -ent uuerrant): BEDA hist. eccl. 4,27 p. 269,22 quasi . . . plagam per incantationes . . . -ere valerent. EIGIL Sturm. 24 p. 160,5 (ed. P. Engelbert. 1968) pravorum conspirationem -ere. EBERW. Magner. 3 ut . . . tempestatem oratione -ret *Aredius.* **b** *sistere, reprimere – Einhalt gebieten, unterdrücken:* WANDALB. mens. 324 ruralem -ent ventorum flabra laborem. AGIUS epic. Hath. 189 has *(lacrimas)* . . . minime -ere valemus. WALTHARIUS 1371 extensam -ere manum. *premere – verhalten, anziehen:* VITA Heinr. IV. 4 p. 18,9 longe infra metam culpae -bat habenas vindictae *rex.*

II *latius:* **A** *adhibere, praebere – zuwenden, schenken:* THEOD. THEOL. Conr. 1 p. 214[a],29 cuius *(Cuonradi)* . . . mensurae philosofia mater se . . . -bat. CHART. Sigeburg. 139[a] (ed. E. Wisplinghoff. 1964) fidem subsequentibus -ere. **B** *(o)mittere – (unter)lassen:* HUCBALD. carm. 2,38 *calvi* -ent curare caduca. CHRON. rhythm. Col. 2,99 moram -ę.

2. cohibeo *v.* coniveo.

cohibitio, -onis *f. constrictio – Ein-, Beschränkung:* **1** *coercitio – Bändigung:* CAES. HEIST. mirac. I 5,52 diaboli potestas catena divinae -is . . . artata est. **2** *obligatio – Verpflichtung:* CHART. Eichsf. 274 (a. 1239) debet . . . comes ea fratres suos -e tenere, quod . . . nos non impetent ullo modo.

cohiventia *v.* coniventia. ***coho** *v.* 1. *cocca. *Antony*

cohonoro (quo-), -are. *una honorare, venerari – gemeinsam (ver)ehren:* EPIST. pont. Rom. sel. I 2 p. 13,19 trinitatem consubstantialem quo-andamque *(cf. Conc. Constant. III. a. 680 [ed. Mansi XI. p. 465C]* ὁμότημον). VITA Ermin. 19 ut . . . discerent honorabilem honorare ac per hoc -ari cum eo perpetuo mererentur.

cohors (cho(h)-, coo-), -tis *f. (?m.: l. 67) script.:* quo-: IONAS BOB. Ioh. 13 p. 336,29. cors: ALDH. ad Acirc. 114 p. 156,9 *(inter monosyllaba).* -rth(e): *p. 816,17.*

1 *adi.:* *colonis destinatus vel vigens – für Kolonen bestimmt, gültig:* Dipl. Otton. III. 392 p.823,27 quicquam . . . transscribere . . . more -o ad fruges annuatim persolvendas. Chart. civ. Erf. 244 (a.1270) bona . . . possidenda iure -o. *ibid. iterum.* **2** *subst.:* **a** *masc.:* *colonus – Kolone:* Dipl. Merov. I 42 p.40,24 villam . . . cum . . . vinitoribus et -is, qui excolere videntur. *ibid. al.* **b** *fem. vel neutr. (l.41):* α *strictius i. q. praedium coloni censualis, mansus – Grundstück eines zinspflichtigen Kolonen, Bauernhof:* Chart. Sangall. A 81 p.77,26 (a.776) donat . . . in ipsa curte -as duas . . . cum omnibus, que eis apertenet. Epist. var. I 30 p.544,24 habet . . . episcopus . . . -as . . . DCCXXVII vestitas, absas XXXIII *eqs.* Dipl. Ludow. Germ. 4 concessimus . . . -am unam cum terris, pratis. Trad. Frising. 626^{a} p.534,12 reddere . . . -as III plenas. Chart. Laus. 41 p.87,31 donamus . . . -as V . . ., hec sunt mansas V. *saepe.* *in pertinentiis chartarum:* Form. Marculfi 2,1 p.166,19 (ed. A. Uddholm. 1962) porcione mea . . . cum -is adiunctis adgecenciis earum. Conc. Karol. 60 p.789,17 in . . . curte cum cellis et . . . -ibus. *al.* *spectat ad mensuram:* Trad. Frising. 654 (a.842) invenimus . . . terram cultam -a VII. *in nom. loci:* Dipl. Karoli III. 123 p.196,23 villam . . . C-as *('Colonges'). v. et supra p.883,5.* β *latius i. q. fundus, territorium villae – Gut(sbezirk):* Dipl. Merov. I 2 p.4,17 terminus . . . descendit . . . ad -am, quae appellatur Curtleuchario *eqs.* Vita Arid. 16 (MGMer. III p.587,35) dum Noniano -a sua . . . oratorium conderet *abbas.* Trad. Frising. 608 tradidi -am . . . cum curtiferis et cum omnibus aedificiis superinpositis. Vita Austrig. 5 (MGMer. IV p.195,14) dedit . . . -a (-am 2, cholonico 1^{a}, coloniam 1^{b}) Albiaco nomine. *al.*

***coloniola,** -ae *f.* *parva colonia, suburbium – kleine Siedlung, Vorort (in nom. loci):* Land. Mediol. hist. II 48 p.41,35 facere gueram Cumanis, donec Vicum et C-am destruerent.

***colonitius** *v.* *colonicius. ***colonium** *v.* colonia.

colonius *v.* colonus. **colonorius** *v.* colonarius.

colonus, -i *m.* *script.:* cho-: Chart. Raitenh. 209 p.175,33 ch-um *(A,* co- *D).* quo-: *p.886,12.* -ll-: *l.59. p.886,12.60. al.* -lin-: Gloss. III 666,8 St.-S. -or(us): Chart. Bund. 663 colloro. *form. plur.:* *acc.* -us: Chart. Rhen. med. I 42 p.48,12. *abl.* -iis: *p.886,34. adde* Trad. Frising. 39 p.67,31. *al.* *decl. III.:* *sing.:* *gen.* -is: Chart. Tirol. notar. II 472. *acc.* -em: *p.886,27. al.* *abl.* -e: Trad. Frising. 15 p.43,18. Form. Senon. I 20. *plur.:* *nom. (acc., abl.)* -es: *p.885,14.47.886,60. al.* *gen.* -um: *p.885,55.886,45. al.* *abl.* -ibus: *p.886,35. al.* *usu attrib.:* *p.886,27.*

I *gener.:* **A** *proprie:* **1** *qui colit, ruricola, cultor (agri) – (Land-, Feld-)Bearbeiter, Bebauer, Bauer (cf.* Gloss. III 371,16^{5} St.-S. arator akkerman . . . -us): **a** *in univ.:* Chron. Fred. cont. 50 ut nullus -us terre ad laborandum tam agris quam vineis scolere non audebant (Primord. Windb. 3 p.561,45 opere georgium, hoc est terrae -um. *al.*).

[Pape]

WALAHFR. carm. 45,3 sordenti si portes arma -o, dispicit. OTTO FRISING. gest. 1,32 p.51,6 -i . . ., qui in vicis morantur. CHRON. Reinh. a.1211 p.579,32 inbelles -os spoliantes casas eorum succenderunt. *al.* **b** *alleg.:* HRABAN. univ. 4,1 p.78^{c} -i . . . populi Iudaeorum intelliguntur *eqs.* (19,1 p.504^{c} -i . . . sancti i.). *ibid. al.* **c** *in imag. et per compar.:* BONIF. epist. 75 p.157,31 radicem . . . sicut . . . sapiens -us . . . precidas. OTTO FRISING. gest. 1 prol. p.12,20 more pastorum vel -orum (-um *codd.*). CHART. Westph. VI 880 -us mencium fructuosus. **d** *proverb.:* CARM. Bur. B 18,3,2 attollit *Fortuna* pronum faciens de rege -um *(cf. Hor. carm. 2,14,12).* **2** *incola, habitator – Ein-, Bewohner:* **a** *strictius:* **α** *spectat ad villas, pagos sim.:* POETA Saxo 2,215 veteres cessere -i *(sc. Britanniae).* IOH. VEN. chron. p.158,16 insulae -es. ANNAL. Pegav. a.1104 p.247,21 provinciae. COSMAS chron. 3,4 ut perpauci . . . per urbes et villas remanerent -i. CARM. de Frid. I. imp. 27 (ed. I. Schmale-Ott. 1965) cives rurisque -i. *al.* *vicinus – Anwohner:* TRAD. Frising. 106 (a.782) secus flumine . . ., quam autumant -i illius Isuram. **β** *spectat ad civitates, oppida:* VITA Elig. 2,61 oppidi Noviomagensis -us. ERCHEMB. CAS. hist. 35 occisis in ea *(urbe)* innumerabilibus -is. CARM. de Frid. I. imp. 18 (ed. I. Schmale-Ott. 1965). *al. v. et l.16.* **γ** *spectat ad mundum:* CAND. FULD. Eigil. II 17,78 proprios defende *(sc. Christe)* -os mundi. HRABAN. hom. II 138 p.413^{B} terrarum orbis. **δ** *spectat ad caelum, infernum sim.:* ALDH. virg. I 11 protoplaustus, . . . paradisi -us. HROTSV. Theoph. 100 tartarei . . . -i. DONIZO Mathild. 2,1375 vota . . . caeli complete -i. *al.* **b** *latius i. q. externus – Fremdling:* WALAHFR. carm. 75,2,4 patriam relinquo et malis tactus . . . perosus plango -us. **B** *translate i. qui veneratur – Verehrer:* WANDALB. martyr. 677 Severine, tuos . . . -os inspectas. WALTH. SPIR. Christoph. II 3,171 cum mergant *simulacra* proprios Flegetontis in ima -os.

II *publ. et iur. (cf.* GLOSS. II 233,47 St.-S. -us huobâre. III 646,23 -i vel accole buringa, bueri. 647,8 lantsidilo. *al.; de re v. Ph. Dollinger, L'évolution des classes rurales en Bavière. 1949. p.240sq.; I. Pape, Das Altertum 12. 1966. p.162sqq.):* **A** *agricola (liber vel servus) censui et servitio obnoxius, accola censualis – (freier oder höriger) zins- und dienstpflichtiger (An-)Siedler, Hintersasse, Kolone (saepe de agricolis, qui libere institui et destitui possunt ['Baumann', cf. A. Dopsch, Herrschaft und Bauer. 1939. p.58], e.g. l.55sqq. 64. p.886,27. cf.* GLOSS. III 137,31 St.-S. -us bûman. 185,8. *al.):* **1** *spectat ad statum, condicionem sim. (cf. A. I. Njeussychin, Die Entstehung der abhängigen Bauernschaft. 1961. p.536sqq. 565sqq.):* LEX Alam. 22,1 de liberis . . . ecclesiasticis, quod -us (-os, -es, -is *var. l.*) vocant, omnes sicut et -i regis . . . reddant *eqs.* CAPIT. reg. Franc. 149,7 -us . . . vel servus ad naturale servitium . . . redeat. 273^{B},29 -i tam fiscales quam et ecclesiastici. DIPL. Karoli III. 47 p.78,39 -os liberos aut servos . . . distringere. TRAD. Teg. 18 -us . . . in beneficio serviens. DIPL. Ludow. Germ. 51 p.69,30 (interp. a.1052/68) cuiuscumque conditionis -i. TRAD. Salisb. I 286 quin in possessiones monasterii iure -um collocentur (TRAD. Scheftl. 433. *al.*). CHART. Tirol. 1073 p.119^{b},12 singulos -orum . . . destituere et instituere valeat *plebanus.* CHART. Carinth. IV 2254 asseruit predium . . . suis -is libertinis fore possessum. CHART. Stir. III 82 ut . . . mansorum -os . . . nec gravet nec mutet. CHART. Mar. Magd. 139 p.126,30 -us . . . mansi lito est ecclesie. CHART. Basil. B 110 quam *(schopozam)* . . . -us parciarius excoluit. *persaepe. v. et p.886,11.* *remissius:* CHART. Basil. B 112 p.75,24 (a.1271) quod *(pratum)* Burchardus . . . detinuit ut -us. *al.* **2** *spectat ad iurisdictionem, officia publica sim.:* DIPL. Ludow. Germ. 143 stringere . . . -os . . ., quamdiu in expedicione aut ad placitum vel in ullo regali servicio essent (CHART. Heinr. Leon. 81 p.119,34 ut . . . -i . . . placita nostra [*sc. ducis*] . . . observent et expeditiones sequantur et burgwerc operentur. *al.*). DIPL. Otton. I. 374 p.514,30 ut omnis incola seu -us . . . a nullo homine . . . per legem distringatur (DIPL. Heinr. II. 13. *saepe. v. et l.51*). DIPL. Heinr. IV. 335 p.441,26 -os a fodro et omni fiscali illatione manere liberos. CHART. Babenb. 207 p.10,15 nulli . . . iudicum liceat . . . -os . . . ad standum suo iuditio conpellere. 404 p.250,8 -os . . . sub pretextu advocatie gravare. CHART. Heinr. Leon. 91 p.140,15 -i ecclesie . . . patriam cum aliis hominibus defensabunt. *persaepe.* *spectat ad testimonia sim.:* CHART. Heinr. Leon. 106 p.163,28 ut ab antiquioribus et melioribus -is circumsedentibus veritas rei sub iure iurando inquireretur. CHART. Stir. I 704 testes: . . . liberi -i nostri. CHART. Tirol. notar. I 958 fideiussor inde fuit Hainricus -us. *saepe.* **3** *spectat ad iura dominorum, censum, servitium sim.:* FORM. Wisig. 36 decimas . . . vel exenia, ut -is est consuetudo . . ., persolvere. LEX Baiuv. 1,13 de -is (qu- *Ep*, -ll- *sP*) vel servis ecclesiae, qualiter serviant vel qualia tributa reddant. TRAD. Frising. 15 p.43,14 tradedi . . . -es VIII cum omnibus utensilibus eorum. TRAD. Lunaelac. 27 *donare* unum -em et II homines domesticos. ALTFR. Liutg. 2,4 -us . . . presbiteri. 2,22 comitis. HINCM. Remig. 32 p.336,25 -os, quos . . . habeo . . . de paterna . . . substantia vel quos . . . commutavi . . ., possidebis. DIPL. Otton. I. 21 damus . . . familias litorum VII, -orum V. DIPL. Heinr. II. 256^{b} p.300,4 -orum et ingenuorum plenissimam habere potestatem. TRAD. Fuld. I 43,18 -i V, quorum II plenum tributum debent, et III eorum dimidium. TRAD. Gottwic. 114 delegavit . . . -um prefate possessionis . . . in proprium servicium. CHART. eccl. Erf. 80 -is . . . predii in proprietate monasterii . . . retentis. CHART. Babenb. 232,64 cuiuscumque dominorum sit proprius aut -us. CHART. Tirol. notar. II 269 teneat . . . mansum et hominem -em dicti mansi. CHART. Carinth. V 380 recipere steuram ab . . . -o. *persaepe.* *in pertinentiis chartarum:* CHART. Rhen. med. I 7^{a} p.10,6 (a.706) cum domibus . . ., mancipiis ac -bus. DIPL. Otton. I. 209 p.288,33 totumque exactum a liberis hominibus . . . et -is montanaricis . . . contradidimus. 367 p.504,41 cortes . . . cum . . . servis et ancillis, aldiis et aldiabus, -is (-iis *A*) et colonabus. DIPL. Heinr. II. 309 p.388,23 cum . . . -bus, mancipiis, factitiis. *saepe.* **4** *spectat ad beneficia, iura sim. agricolis concessa:* TRAD. Frising. 81 (a.776/83) medietatem coloniae . . ., quam illius -us iure illius tenet coloniae. CAPIT. reg. Franc. 273,30 -i . . . suas hereditates, id est mansa, . . . vendunt *eqs.* 297,14 p.438,12 iudices . . . -os distringant, ut non . . . Francos pauperiores . . . propter privilegium regium opprimant. TRAD. Teg. 55 -us . . . delegavit predium. REGISTR. abb. Werd. 8,2 p.254,27 agrum . . . de -o curtis . . . in vadimonium habuit. REGISTR. Neocell. (Frising.) 100 p.185,9 (QuellErörtBayerGesch. N.F. XIX. 1961) Swarzahe beneficia novem -um. CHART. Babenb. 252 p.81,25 -i . . . idem ius habeant, sicut sub nostro *(sc. ducis)* dominio habuerunt. CHRON. Ebersb. II p.11^{a},9 -is . . . liceat cum familia alterius claustri . . . matrimonium . . . celebrare. CHART. eccl. Erf. 437 p.258,16 capellanus . . . comparavit a . . . -is ecclesie . . . pensionem. *al.* **5** *describitur -us voce vernacula:* DIPL. Heinr. III. 18 cum . . . -is, qui vulgo vocantur smurdi. CHART. Turic. 336 p.213,5 -i sive hûbare sive scŏpazare. CHART. Rhen. med. III 820 p.614,8 -us . . ., qui houeman dicitur. CHART. Rhen. inf. IV 671 p.807,5 -i . . . dicti leynluide vel vaetluide. CHART. Welt. 25 p.135,30 freisaezzen. **B** *qui in aliam vel novam coloniam deducitur, accola novus – Um-, Neusiedler, Kolonist:* DIPL. Otton. II. 204 p.232,6 quem *(locum)* . . . desertum ipse *(episcopus)* de Bauuaria missis -is incoli fecit (CHRON. Ven. Alt. p.66,7 collones intus miserunt, ut laborationem facerent). VITA Remacli 6 (MGMer. V p.107,48; add. Notker. Leod. [s. X.$^{ex.}$]) inter . . . limites quicquid contineretur, ab solis utriusque coenobii -is excoleretur. DIPL. Otton. I. 441 (spur. s. XI.$^{ex.}$) ut . . . nullus habeat licentiam . . . novalia excolendi nisi . . . fratrum -i (CHART. Stir. I 169 p.167,23. *al.*). CHART. Stir. I 180 p.189,5 confinia . . . -os locando dilatare (DIPL. Conr. III. 241 p.421,14 [ed. F. Hausmann. 1969]. *al.*). HELM. chron. 14 p.28,20 predia -is exercenda distribuit *episcopus. al. (v. ind.).* CHART. archiep. Magd. 357 p.470,8 cum . . . Slavis . . . -i Theutonici succederent. *al.* *de novis incolis civitatum:* CHART. Hamb. 285 (c.1188) -os ab omni theoloneo liberos esse volumus.

[Pape]

OTTO SANBLAS. chron. 22 p. 31,21 adductis . . . ex omnibus . . . civitatum burgensibus in hanc *(sc. Alexandriam)* -is. CHART. Pomm. B 1110.

colopendria *v.* scolopendria.

colophonia (-ofo-), -ae *f. vel raro* **colophonium,** -i *n. (l.26)* (κολοφωνία, κολοφώνιον) *script.:* celifo-: GLOSS. III 539,41 St.-S. -omi(a): *l.14.* -nea: ANTIDOT. Sangall. p. 83,23. *ibid. saepius. usu adi.: l.17.*

1 *resina cedri vel pini vel pix ex ea confecta – (Zedern-, Kiefern-)Harz oder daraus hergestelltes Pech (cf.* GLOSS. III 199,6 St.-S. -fonia harzoch. 552,27 -a crispech. *al.): a natur. et pharm.:* PAUL. AEGIN. cur. 78 p. 54,11 picis, -fonie (*3,22,5* κολοφωνίας). ANTIDOT. Lond. p. 20,26 admiscis -fonia et resolvis, ut fiat vice cerotum. Ps. HIPPOCR. phleb. p. 72^{b},11 -fomiam *(cod. Dresd.,* -phonia *cod. Brux.)* . . . utere. ANTIDOT. Augiens. p. 61,11 -foniam et oleum reliquas in unum. DIAETA Theod. 130 resina terbentina . . ., resina -fonia calida. IOH. PLATEAR. simpl. med. p. 15b^{r} -fonia . . . est gummi cuiusdam arboris, quae . . . in Grecia reperitur. p. 33a^{r} fiat capellum ex . . . pice navali, id est -a. ALPHITA II p. 58,32 erice i. -fonia, quedam gumma. *saepe.* **b** *techn. et alch.:* MAPPAE CLAVIC. 273 -foniae mundae liquatae. MARC. GRAEC. ign. 10 sulfur vivum, -foniam. GEBER. clar. 2,50. *al. de auri-pigmento:* MARC. GRAEC. ign. 8 -foniam sulfuris crocei *(v. notam ed.).* **2** *scammonium – Saft der Wurzel der Purgierwinde:* ANTIDOT. Glasg. p. 131,3 -fonium . . . das cum melicrato. *fort. add.:* AESCULAPIUS 11 p. 16,1 -foniae pulverem.

colophos, -on *v.* colobus. ***colops** *v.* *collops.

colopsus *v.* colossus.

coloquentis, -quintida *sim. v.* colocynthis.

coloquium *v.* colloquium.

***?coloquo** (-co) *adi. (orig. inc., nisi subest* cholicus; *an est nom. propr.?) deducens – abführend, Purgier-:* ANTIDOT. Berolin. 16 p. 71,14 antidotum -o ad omnia utilissimo purgatorio (*cf.* 16 capit. p. 66,10 -co).

1. color, -oris *m. (f.: l.46) script.:* quo-: COMPOS. Luc. U 13. *al.* cal-: HERACLIUS II 13 *cod. R.* -ll-: COMPOS. Luc. G 18 *cod. L.* -lerum: *p. 888,15. form. sing.: gen.* -i: CHART. Tirol. notar. II 275. 285. *abl.* -o: *l.51.*

chroma – Farbe, Färbung: **I** *proprie:* **A** *strictius de qualitate:* **1** *spectat ad res:* **a** *gener.:* BEDA hist. eccl. 1,1 p. 10,9 margaritam omnis quidem -is. HRABAN. epist. 5 p. 390,8 quos *(ordines capitulorum)* . . . -bus . . . distinguere curavi *eqs.* CHART. Hersf. 35 p. 63,11 velamen cana -e. EPIST. var. II suppl. 7 p. 628,6 qui . . . -bus picturae inhereat. ANNAL. Cas. a. 938 (MGScript. III p. 172,13) videbamus . . . coelum et mutatum *(sic)* erat -r illius. THIETM. chron. 7,3 p. 402,4 vivarium . . . apparuit sanguineum et post ⌊viridi -e⌋ (⌊ ⌋ virido -o *1 a. corr.*) est variatum. HILDEG. scivias 3,1 p. 565^{B} splendorem . . . lapidei, calybei igneique -is. CARM. Bur. B 139,2,4 tellus . . . pro diversis floribus variat -es; variis -bus prata dant odores. CHART. Tirol. notar. II 421 pro panno -is. *saepe. v. et p. 888,39.* **b** *spec.:* **α** *natur. et philos.:* OTTO FRISING. gest. 1,5 ut corpus corporeitate esse, -e aliquid esse dicitur. ALBERT. M. anim. 2,3,7 p. 110,6 (ed. C. Stroick. 1968) -r lumen est ligatum materiae. animal. 19,12 quitransferunturex -bus(*p. 780^{a},9* χρωμάτων) fortioribus multum illuminatis . . . ad loca opaca. ALBERT. M. (?) animal. quaest. 1,29/31 p. 98,23sq. susceptivum -is debet esse non-color *eqs.* 4,14 p. 151,56 -um alii sunt medii, alii sunt extremi. *saepe. v. et p. 890,72.* **β** *bot.:* ALBERT. M. veget. 2,88 particulares -es plantarum plurimi sunt. 4,118 communiores . . . -es arborum sunt viridis et albus. *ibid. saepe.* **γ** *techn. et alch.:* COMPOS. Luc. A 9 *tinctio* lactis -is. Z 31 defrica[d] illud *(vas),* donec elimpida⟨s⟩ -em. MAPPAE CLAVIC. 1 auri-pigmenti -is aurei. THEOPH. sched. 2,20 sitque species picturae composita -um varietate. ANON. tab. p. 161,2 pater auri et mater -um. Ps. CALID. lap. p. 401 dicitur *mercurius* . . . -r vivus et rectificativus. *al.* **δ** *eccl.:* CHART. Fuld. B 264^{a} p. 377,26 (a. 799) casulae . . . diversi -is. STATUT. ord. Teut. p. 38,23 vestes . . . sint religiosi -is. p. 46,30 scuta . . . -e seculari depicta . . . non gerant. *ibid. al.* ELIAS SAL. mus. 30 p. 61^{a} gerunt *cantores* cappas eiusdem -is. **ε** *mus. in schedulis neumatum:* GUIDO ARET. reg. rhythm. 199 lineas signamus variis -bus. IOH. AFFLIG. mus. 21,59 secundum quinque semitonia in quinque locis -es disponuntur. *al. expressius i. q. linea colorata – farbige Linie:* IOH. AFFLIG. mus. 21,63 si his neumis -es vel notae non aderunt. **2** *spectat ad anim., partes corporis sim.:* **a** *de hominibus:* **α** *gener.:* ARBEO Corb. 38 corporis. HROTSV. Pafn. 3,5 cur contremiscis mutato -e *(sc. faciei)? al.* **β** *natur. et medic.:* AESCULAPIUS 29 p. 44,24 designat *lethargos* . . . vultus attestante . . . plumbeo -e. Ps. GALEN. febr. 368 urina non consuetudinis habens -em. Ps. HIPPOCR. phleb. 36 mensura fleutomię . . . secundum inmutationes -lerum *eqs.* HILDEG. caus. 3 p. 171,4 de oculis diversi -is. ALBERT. M. animal. 1,621 -r sanguinis apparet per ipsam *(cutem) eqs. al. v. et p. 890,14.* **b** *de bestiis:* ALDH. ad Acirc. 33,3 spurca -e (-liore *R m.1*) *acalantida.* HUGEB. Willib. 4 p. 96,11 omnes *(sc. armenta)* sunt unius -is, ostreae. FRID. II. IMP. art. ven. 1 p. 95,9 plumagiorum. ALBERT. M. animal. 6,7 ova diversantur in -e (*p. 559^{a},22* χρώματα) testarum. 22,53 -r . . . naturalis equi. *ibid. saepe. remissius i. q. gradus – Nuance:* NIVARD. Ysengr. 6,460 deterit hic nullo forma -e prior. **B** *latius de materia i. q. pigmentum, fucus – Farbstoff, Schminke:* **1** *gener.:* ALDH. ad Acirc. 2 p. 64,19 curtinae . . . purpureis ostri et cocci -bus fucatae. CONC. Karol. 44^{A} p. 479,7 -es de imaginibus radentes inmiscuerunt . . . vino. FROTH. epist. 24 ut . . . mittas ad decorandos parietes -es diversos. VITA Heinr. IV. 8 p. 28,20 quam *(vestem)* natura suo -e tinxisset. CHART. episc. Misn. 115 vultibus -um positione varia deformatis. *al.* **2** *techn.:* MAPPAE CLAVIC. praef. p. 188,16 semper movebis ipsum -em *eqs.* HERACLIUS I 2,1 flores in varios qui vult mutare -es. 2,10 siccatos . . . servare -es. THEOPH. sched. 1,1 -r . . ., quo pinguntur facies et nuda corpora, sic componitur *eqs.* HERACLIUS II 52. *saepe.*

II **A** *in imag.:* GUNZO epist. 12 p. 44,11 hęc *(rhetorica)* uno ductu diversos pingit -es (CONR. HIRS. mund. cont. 774 [Anal. Mediaev. Namurc. XIX. 1966] propriis . . . me pingis -bus). EPIST. Teg. I 2 -e deterso simulationis. *al.* **B** *alleg. vel symbolice:* HRABAN. cruc. 1,16 p. 214^{C} descripsi . . . crucem quatuor -bus praecipuis. SEDUL. SCOT. carm. 2,32,15 aureus ac viridis, croceus -r aereusque conveniunt . . . Deo. CARM. cod. Vat. (5330) 15,19 limphali et rubeo signantur bina -e iudicia. WALTH. SPIR. Christoph. II 1,138 rethoricam duplicis vestitam flore -is *(cf. P. Vossen, Der Libellus Scolasticus des Walther von Speyer. 1962. p. 117sqq.). al.* **C** *meton.:* **1** *de vestimento:* ALCUIN. epist. 284 p. 443,20 corpus . . . pompaticis ornare -bus. RICHER. REM. hist. 3,38 ut dignitatis merita -bus comparent *monachi. al.* **2** *de imagine:* AETHICUS ISTER 66 p. 47,3 tragoedias . . . narravere *antiqui* tot scriptis atque picto -e transformatis.

III *translate:* **A** *ornatus, exornatio – Schmuck, Verzierung, Kolorit:* **1** *rhet.:* EPIST. Ratisb. 7 p. 300,15 verba . . . rethoricis -bus colorata (CONR. MUR. summ. p. 81,9 [ed. W. Kronbichler. 1968]. *al.*). CONR. MUR. summ. p. 81,12sq. (ed. W. Kronbichler. 1968) explicare . . . -es verborum . . . et . . . -es sententiarum. ANON. mus. Sowa praef. p. 4,9 innuit *auctor,* quibus -bus sui libri seriem purpurabit. *al. spectat ad figuram permixtionis:* CONR. MUR. summ. p. 87,104 (ed. W. Kronbichler. 1968). **2** *mus.:* IOH. GARL. mus. mens. I p. 106^{b} nunquam ponitur discordantia . . . nisi causa -is musice (ANON. mus. Sowa 1^{c} p. 65,22 propter -es m. decentius purpurande ac . . . variande. *al.*). p. 115^{b} -r est pulchritudo soni . . . et fit . . . in florificatione soni. ANON. IV mus. Coussemaker 2 p. 342^{a} cum abundantia -um armonice artis. *al.* **B** *genus, species, habitus – Art, äußere Erscheinung, Aussehen:* **1** *gener.:* EPIST. Hann. 25 eidem fortunę -i . . . subiacere. EPIST. Ratisb. app. 1 p. 368,16 -e consacerdos, non officio. GODESC. GEMBL. gest. 84 p. 554,37 spectate *(sc. abbas)* -e, statu, re *eqs. de eucharistia:* GODESC. SAXO theol. 23 p. 337,20 in -em carneum seu sanguineum non revertitur . . . corpus et sanguis Domini. **2** *alch.:* ANON. secret. p. 40,28

[Pape]

(cod. R) -es boracium. Ps. ARIST. lap. I p.187,5sq. -es appropinquantes huius *(rubini)* -bus preciosiores sunt. *al.* **C** *praetextus, simulatio – Vorwand, Vorspiegelung (cf.* GLOSS. II 196,26 St.-S. -e terchineti. *al.)*: **1** *gener.*: IOH. CANAP. Adalb. A 26 p.39,8 (ed. J. Karwasińska. 1962) sub -e pietatis. *per prosop. i. q. imago – Trugbild*: EKKEH. IV. pict. Mog. 794 -r ille pii *(sc. Pilatus)* iubet innocuum crucifigi. **2** *iur.*: CONST. I 148,1 (a. 1154) quasi sub -e investiture . . . feuda vendunt. II 252,2 civitatem . . . sub -e oppressionum comitis . . . a nostro dominio revocavit. *titulus fictus – unberechtigter Anspruch*: DIPL. Otton. III. 226 p.641,21 si quis . . . quibusvis ingenio seu -e quesitis contraierit. **D** *ratio, ius – (Rechts-)Titel*: CHART. episc. Hild. II 284 (a. 1230) si quid nobis . . . per . . . iuris -em competere videbatur. CONST. III 49,3 *nec* potestatem . . . recipiet *rex* sub quocumque -e. CHART. Bern. III 292 quod ipsum . . . nunquam impetam ullo iuris . . . adminiculo vel -e. *al.*

2. color *v.* cholera. **3. color** *v.* corylus.

colorabilis, -e. *chromaticus – zum chromatischen Tongeschlecht gehörig*: REMIG. ALTISS. mus. p.73^{b},7 alia *dicuntur* enarmonica, . . . alia chromatica, -ia (*cf.* p.64^{a},36).

***coloramentum,** -i *n. modus tingendi – Färbeverfahren*: Ps. AVIC. anim. 7,1 tit. p.405 aliud -um mercurii.

colorarius, -i *m. tinctor – Färber*: TRAD. Ratisb. 823 (a. 1143/49) *testes*: Waltherus pictor, . . . Ludewicus -us.

***coloratim** *v.* coloro.

coloratio, -onis *f.* **1** *proprie*: **a** *strictius*: **α** *actio vel modus tingendi – das Färben, Färbeverfahren*: COMPOS. Luc. B 13 ad -em *vitri* tolles tabulam *eqs.* M 3 -o petali argenti. TURBA phil. 14 p.123,24 in Tyria -e. *al. actio fucandi – das Schminken*: TROTULA 57 p.28,28 (in marg.) faciei. **β** *facultas tingendi – Färbekraft*: ALBERT. M. miner. 4,1,7 p. 93^{b},12 quod . . . in se habeat *elixir rubeum* -em. p.93^{b},16. **γ** *immutatio coloris – Verfärbung*: TRACT. de aegr. cur. p. 168,17 sanguinem *ex naribus* vitio epatis fluentem discernimus . . . ex -e urine. **b** *latius i. q. pigmentum – Farbstoff*: ROSIN. def. p.316,27 qui *(lapis)* est . . . avis mirabilis, . . . ex amaritudine . . . in suo gutture existente -o accipitur. **2** *translate i. q. simulatio – Heuchelei*: PAUL. BERNR. Greg. 45 *(per prosop.)* quidam vir . . . anxietas conspirationis, -o fraudis.

***colorativus,** -a, -um. *tingens – färbend*: HERACLIUS II 57 discordantiae non sunt . . . ex accidentibus -is eorum *(colorum)*. Ps. CALID. verb. 2 p.353,25 tinctura . . . -a.

colorator, -oris *m. tinctor – Färber*: CHART. scrin. Col. A I p.337,14 (a. 1170/90) emit domum erga Bertolfum -em.

coloratura *v.* colatura.

coloratus, -us *m. color – Färbung*: ARNOLD. RATISB. Emm. 1,5 p.551^{b},10 pallia -u paria et varia.

coloricus *v.* cholericus. **coloridio** *v.* colorizo.

***colorifer,** -era, -erum. *pictus – gemalt*: LIBRI Karol. 4,2 p.175,26 adoratur . . . fortitudo eius *(Christi)* non per -am imaginem.

colorion *v.* collyrium.

1. colorius, -i *m. vel* **colorium,** -i *n. color, species – Farbe, Aussehen*: AETHICUS ISTER 72 p.55,13 clivi . . . corruscant ligirio, insigne -o (colore *Av.*) croceo flavoque pyritro. *fort. add.*: AETHICUS ISTER 80 p.61,14 cum mero dulcia amisit tempus exinanito -a (collyria *Av.*).

2. colorius *v.* colurnus.

colorizo (-idio), -are. *medial. i. q. colorem nitidum ducere – eine glänzende Farbe bekommen (cf. J. Svennung, Compos. Luc. 1941. p.34)*: COMPOS. Luc. B 15 defrigas . . . vitrum, donec -dietur (cola- *L*).

coloro, -avi, -atum, -are. *intrans.*: *p.890,24. metr.* -ŏ-: *p.890,26.*

I *proprie i. q. tingere, colore obducere – (ver-, um)färben, mit Farbe überziehen (medial. i. q. colorem ducere – Farbe bekommen: p.890,8sq. al.)*: **A** *strictius*: **1** *gener.*: ALDH. virg. I 56 p.316,3 vellera . . . purpureis . . . muricibus naturaliter -are. BRUNO QUERF. fratr. 13 p.731,26 ut altus cruor . . . pulchris maculis domum -ret. BALDER. Alber. 5 p.246,35 vultum, capillos, barbam fuco -ando. CARM. Bur. B 220^{a},4,4 color sepe palliis . . . mutatur . . ., cum a tinctoribus color -atur. CHART. Hans. I 277 p.92,9 cum quo *(wede)* panni -antur. *al. refl. i. q. se fucare – sich schminken*: TROTULA 57 p.28,28 si . . . mulier voluerit se -are. **2** *spec.*: **a** *natur. et medic.*: MAURUS urin. I p.7,29 ex quibus *(humoribus)* . . . -atur urina (p.7,33. *ibid. saepe*). ALBERT. M. veget. 4,131 -bit *frigus* folium aliquo colore. animal. 6,56 -antur eius *(pavonis)* pennae melius. 8,125 quod -atur (*p.622^{a},9* τὸ χρῶμα μεταβάλλων) . . . polipus . . . colore loci. 16,133 si color penetrans -verit (*p.747^{a},10* χρωματίζωσι) salivam. *al. colori naturali reddere – zur natürlichen Farbe zurückführen*: MATTH. PLATEAR. gloss. p.389^{B} pilulae . . . hictericos -ant . . . solvendo oppilationem, unde bonus redditur color. **b** *techn.*: COMPOS. Luc. K 6 postquam petalum -tum fuerit. MAPPAE CLAVIC. 200 si vis -are almenbuz. THEOPH. sched. 1,26$^{capit.}$ de modo -andi tabulas stagneas. ALBERT. M. animal. 16,135 qui *(lapis)* . . . -at aes. *saepe.* **B** *latius*: **1** *nitidum facere, polire – blank machen, polieren*: COMPOS. Luc. B 6 frigas faciem in tabulam . . . et -as illud. Z 30 defricas cum ferro candens . . . et -atur *vas.* MAPPAE CLAVIC. 191 cum pulvere . . . super corduan fricando lapidem -bis *eqs. al. (de re v. p.889, 62). intrans. i. q. colorem nitidum ducere – eine glänzende Farbe bekommen*: MAPPAE CLAVIC. 197 usque quo bene -et *deauratura.* **2** *pingere – malen*: CARM. libr. II 13,1 qui *(scriba)* me *(sc. versum)* penna -ret. **3** *inducere – auftragen*: OTTO SANBLAS. chron. 42 p.67,26 corruptum . . . aurum metallo sophistico auro in superficie -to receperunt. **4** *rubicundum reddere – zum Erröten bringen*: EKKEH. IV. cas. 103 iuvenis voce magistri -tus.

II *translate*: **A** *(ex)ornare, instruere – (aus)schmücken, ausstatten*: **1** *gener.*: CHRON. Pol. 2,16 p.81,10 orationem . . . rethorice -vit. HUGO TRIMB. registr. 517 veterum historie, que nugis -antur. *al. c. sensu corroborandi*: TRAD. Chiems. 246 (Mon. Boica II p.366,27; c.1200) factum testibus -amus subscriptis. **2** *mus. i. q. exornando variare – durch Verzierungen variieren*: GUIDO ARET. micr. 17 p.194 omnis cantus quo magis usitatur, eo magis -atur. **B** *obtegere, velare – bedecken, verhüllen*: GESTA Trev. cont. III 8 p.385,38 indignationem mentis risu -ans *imperator.* FUND. Grat. Dei 11 suam inscitiam . . . probabili conversatione -bat *praepositus.* ALBERT. STAD. Troil. 4,625 surgit ironia risumque -at amarum. *refl.*: CARM. Bur. B 131^{a},4,4 auro dum se -at *Iupiter.*

adi. **1. colorans,** -antis. *tingens – färbend*: ALBERT. M. animal. 16,133 per ea, quae multum sunt subtilis substantiae, -ia multum, sicut est crocus. probl. det. 30 (Mediaev-Stud. 22. 1960. p.343,24) si . . . aliquo humido -e essent depicte *litterae.*

2. coloratus, -a, -um. **1** *proprie i. q. tinctus, colore obductus – ver-, gefärbt, farbig*: **a** *strictius*: **α** *gener.*: ALDH. virg. I 55 p.315,3 -is vestibus indui. CHART. Basil. C II 4 p.4,13 (a. 1268) pro . . . vestimento . . . non tincto, sed naturaliter -o. *al. fucatus – geschminkt*: HUGO TRIMB. sols. 6 p.32,5 facie -a. **β** *medic.*: Ps. GALEN. febr. 357 urina ex vino albo -a (TRACT. de aegr. cur. p.83,6. MAURUS urin. I p.7,21. *saepe*). TROTULA 57 p.28,42 ad dentes nigros et male -os. **γ** *techn.*: MAPPAE CLAVIC. 280 ut fortis lexiva fit et -a. **b** *latius i. q. colore exornatus – mit Farbenschmuck versehen*: RIMB. Anscar. 3 p.22,3 veste candida et -a. **2** *translate i. q. ornatus – geschmückt*: MIRAC. Annon. 2,67 (Siegburg. Stud. III. 1966; a. 1183/87) quendam religionis habitu -um. *v. et p.888,54.*

subst. **1. coloratus,** -i *m. qui cuiusdam coloris est – ein Farbiger*: GERHOH. novit. 16 p.59,8 sicut -us intelligens dicitur propter persone unitatem, que corpore -a mente intelligit. 42 p.82,28sq. cum . . . dicatur vere -us intelligere et intelligens -us esse.

2. coloratum, -i *n. quod alicuius coloris est – Farbiges*: REMIG. ALTISS. mus. p.75^{a},31 chroma *interpretatur* -um. ALBERT. M. resurr. 2,64 p.275,50 cum . . . in cognoscibili nulla fuerit ratio coloris, in cognitione nulla erit perceptio

[Pape]

-i *eqs. v. et p.890,66.* *sententialiter:* ARCHIPOETA 10,26,3 colorare stultum est bene -a.

adv. ***coloratim.** *modo colorato – farbig:* RHYTHM. 115, 2,1 quod depinxi -m de fuco dissimili.

coloron *v.* chlora.

***colorosus,** -a, -um. *multicolor – bunt(farbig):* BERNH. GEIST. palp. 2,75 -a pavonem cauda decorat.

***colos** *subst. (orig. inc.) rubus – Himbeere (Rubus idaeus L., cf. Fischer, Pflanzenkunde. p.382):* GLOSS. III 582,53 St.-S. -s (-as *b, v. notam ed.*) hintber.

colosea, -os, -us *v.* colossus.

colositas *v.* callositas. *adde:* ANTIDOT. Sangall. p.85,7 emplastrum . . . faciens . . . ad colositate.

colosius *v.* colossus. **colossa** *v.* colossus.

colossensis, -is *m. in cognomine i. qui amphitheatro praeest – Kommandant des Amphitheaters:* ERCHEMB. CAS. hist. 56 sugerente hoc . . . Guaiferio C-e . . . cum theatralibus viris. *cf. l. 38sqq.*

colossus (cho-, -ops-, -oseus, -osus *sim.*), -i *m. (f.* -a: *l.22.26)* (κολοσσός) **1** *columna vel statua alta – hohe (Bild-)Säule, Kolossalstatue, 'Koloß' (cf.* GLOSS. III 219,17 St.-S. -us altissima columna irminsul. 665,47 -a columna statua sûl. IV 136,38 -os. 248,5 cholossis. *al.):* **a** *de statua Neronis:* CHRON. Fred. 2,36 p.61,1 -oseos Romae erictus ([*ex Hier. chron.*]. CONR. SCHIR. catal. p.625,2 -opsus erectus est). 2,37 p.63,8 -oseae (-osie, -os(a)e *var. l.*) capite sublato. Ps. BEDA collect. (PL 94,543[B]) quandiu stat -isaeus, stat et Roma *eqs.* WALAHFR. imag. Tetr. 134 cedant magna tui . . . figmenta -i, Roma. *al. in imag.:* BENZO ad Heinr. 6,2 p.660,42 non possum cum rege ferire -um. **b** *de statua Solis Rhodi exstructa:* ALDH. virg. I 21 p.252,12 quod *(simulacrum)* -osi (-osii *L*) sublimitatem . . . vincebat. ad Acirc. 83[tit.] -osus (-oseus, -osius *sim. var. l.*). ANNAL. Cav. a.640 (MGScript. III p.186,37) rex Arabum Rodum abiens destruxit -um eius. *in nom. loci:* OTTO FRISING. chron. 1,12 in qua *(insula, sc. Rhodo)* Colosus civitas posita est. **2** *per confusionem i. q. amphitheatrum – Amphitheater:* ERCHEMB. CAS. hist. 51 Guaiferius . . . -o *Capuae* residens . . . bellum coepit inferret *(item de loco munito:* 73 qui in -um [-oso *2*] morabantur. *ibid. al. v. et vol. I. p. 924,46).*

***colostricum** (-las-), -i *n. colostra – Biest-, Kolostralmilch:* ALPHITA I p.285,14 cola-um . . . lac statim post partum mulsum vel colastrum.

colostrum (cal-, -ll-, -las-, -lus- *sim.*), -i *n. lac tempore partus oriens – Biest-, Kolostralmilch (cf.* GLOSS. II 17,8 St.-S. -um piost. III 297,43 -ustrum. 699,28 calastrum. IV 114,15 [cod. g] -estrum. 168,23 collustrum. *al.):* ALDH. virg. II 1601 cernitur . . . ubertim candescens lacte -um (-lu-, -la- *sim. var. l.;* genus lactis optimi *gloss. P*[1]). *v. et l. 43.*

colosus *v.* colossus. ***coloti** *v.* *colochius.

colotus, -i *m.* (κωλώτης) *per errorem i. q. Mus rattus (L.) – Ratte:* ALBERT. M. animal. 8,21 asinus . . . impugnat -um(*p.609*[b],*19* κωλωτῆ), hoc est ratum. *cf. ThLL.s.v.* colotes.

colovium *v.* colobium.

1. colpus (gul-, -lfus, -phus, -os *sim.*), -i *m.* (κόλπος) **1** *gener. i. q. sinus (maris) – (Meer-)Busen, Golf (cf.* GLOSS. IV 114,17 St.-S. -us puosom): IOH. VEN. chron. p.114,20 usque ad Quarnarii culfum. ANNAL. Ianuens. I p.121,11 in gulfo Sataliae. WILBR. OLD. peregr. 1,13,3 intravimus portum sinuosum Antiochie, quem Franci gulphum Antiochie appellant. *al.* **2** *medic. et anat.:* **a** *ulcus dependens et sinuosum – herabhängendes, faltiges Geschwür:* RECEPT. Bamb. 67 culpus . . ., id est seniosum et sordidum vulnus. ALPHITA I p.285,32 -us, finias, pendigo idem. THEOD. CERV. chirurg. 3,11 p.163[A] -us, id est quasi sinus pendens. p.163[B] leni petia . . . claudas . . . os -i. *ibid. al.* **b** *vagina – Scheide:* TRACT. de caus. mul. 17 *pessarium* mulieris supina *(sic?)* inicias; id est, quod Greci -fon vocant *(cf. Cass. Fel. 78 p. 194,4).*

2. colpus *v.* colaphus.

***colta** (cul-, -tra), -ae *f. vel raro* ***coltum,** -i *n. (p.892,13) (ital.* colta *a* colligere, *cf. S. Battaglia, Grande Dizionario della Lingua Italiana. III. 1964. p.327) tributum, collecta – Steuer, Abgabe, Umlage (cf. F. Schneider, Burg und Landgemeinde in Italien. 1924. p.320):* **1** *in univ.:* CHART. select. Schwind 3 p.5,6 (a.1111/12) absolvit de omni -a. CHART. Tirol. 672 p.133,42 curia solvit . . . v modios blave cum . . . -a.711 quod . . . inhabitatores . . . domus . . . ab omni -a sive steura . . . exempti esse debeant. CHART. Tirol. notar. I 415 p.193,34 solvendo . . . -am, . . . quam . . . papa . . . seu episcopus . . . imponeret . . . plebi. CHART. Tirol. 1120 p.163, 21sq. non tenebamur . . . canonicis dare -am, . . . nisi foret pro -a comuni. ALBERT. MIL. temp. 202[capit.] *saepe in his regionibus. in pertinentiis chartarum:* CHART. Ital. Ficker 97 p.142,21 (a.1120) habere . . . -um. p. 142,33 nec fotrum nec -ram . . . faciant. ACTA imp. Stumpf 171 p.233,33 commune finagium plebanatus Meyrate cum . . . datiis, vectigalibus, cultis. COD. Wang. Trident. 208 p.414,16. *al. remissius i. q. collatio – Sammlung:* ALBERT. MIL. temp. 309 de -a, quam inter se posuerunt clerici . . . in subsidio dando . . . pro strata inglaranda. **2** *census urbanus – Bürgersteuer:* CONST. I 245,3 (a.1175) liceat . . . civitatibus . . . facere -am. CHART. Tirol. 1153 burgenses omnes, qui soliti sunt dare -am in Bozano *eqs. al. tabulae censuum – Steuerliste:* ROLAND. PATAV. chron. 2,1 patriarcha . . . factus est Paduanus civis . . . et se poni fecit . . . in -am. *v. et* collecta. *Pape*

coltico *v.* colchicum. ***coltilis** *v.* *cultilis.

***coltra, *coltum** *v.* *colta.

1. coltus *v.* 3. colo. **2. coltus** *v.* cultus.

coluber, -bri *m. vel rarius* **colubra,** -ae *f. script.* -lob-: *l.34.36sq. form. decl. III.:* *dat. sg.* -i: *l.38. nom. pl.* -es: CARM. de Aquil. 14,2 (MGPoet. II p.152). *gen. pl.* -um: *l.39.*

anguis – Schlange (cf. GLOSS. I 496,24 St.-S. -r ynaca. II 693,40 -r ung. III 17,61 -r uurm. 685,30 -r slango. *al.):* **1** *proprie:* ALDH. virg. I 4 p.232,15 tactu viminis ex -o (-lo- *var. l.*) nuper transfigurati. ad Acirc. 42,4 squamigeros . . . -obros (-os *var. l.*). PAUL. DIAC. carm. 6,89 tu miserande, cutem variant cui fella -ae (-obre *var. l.*). CARM. de Germ. 2,14, 1 (MGPoet. IV p.130) viso praesul signum crucis imposuit -i. ANNAL. Quedl. a.1020 p.86,1 serpentium, -orum (-um *cod.*). EKKEH. IV. pict. Mog. 35 satanas -um simulat. ALBERT. M. animal. 26,29 hunc *(vermem)* spoliatorem -i aiunt dici, quia . . . caput -i confricando demulcet et postea mordet. *al. draco – Drache:* ALBERT. M. Iob 26,13 (ed. M. Weiss. 1904) -r maximum animalium est, per quod intelligitur omnis terrae ornatus in animalibus. **2** **a** *in imag. et per compar.:* WALTHARIUS 792 veluti -r girum collectus in unum tela tot evitas. UFFING. Liutg. 34 Liudgerum . . . fulmineo obliquos pulsantem Marte -os. CAES. HEIST. Engelb. 2,7 p.259,8 ut ad instar -i venenum, quod . . . evomuerat, ardentius resumeret. *al.* **b** *alleg.:* HRABAN. univ. 8,3 p.233[D] -r diabolus. *v. et p.476,16. cf. l.44.* **c** *in nomine animalis: l.41.* **3** *translate:* **a** *de diabolo:* MILO carm. 3,4,2,552 conterat unde caput -i tua planta maligni. HROTSV. Gong. 353 -r cupidus . . . ingenium nuptae illicit. **b** *de haeresi:* WANDALB. martyr. 249 sextis . . . nonis, Athanasi magne, refulges, Arria quo primum periit victore -a.

***colubernus,** -a, -um. **1** *adi.: colubri proprius – Schlangen-: v. l.69.* **2** *subst. fem.: dracontium – Gemeine Schlangenwurz (Dracunculus vulgaris Schott): v. p. 893,4.*

***colubricia** (-lopr-), -ae *f. dracontium – Gemeine Schlangenwurz (Dracunculus vulgaris Schott):* GLOSS. III 553,37 St.-S. -a (-op- *b*) naterwrz.

colubrinus, -a, -um. *script.:* -umb-: *p. 893,1.*

1 *adi.: colubri proprius – der Schlange (eigen), Schlangen-:* **a** *proprie:* ANNAL. Quedl. a.1001 reinduto, quem . . . sibi aptaverat *nequitiae auctor,* -o amictu (*cf.* GISLEB. ELN. inc. 2,213 princeps tenebrarum in . . . suos tractus -o more redactus). ODO MAGD. herb. 1732 -a (-berna *var. l.*) venena. **b** *translate (spectat ad diabolum):* CARM. libr. III 53,3 discernens calles -a fraude latentes. **2** *subst. fem.:* **a** *dracontium – Gemeine Schlangenwurz (Dracunculus vulgaris*

[Dauser]

Schott; cf. GLOSS. III 536,49 St.-S. -mbrina dragonthea naternwort. *al.)*: ODO MAGD. herb. 1729 herba, dragonteam Graecorum quam vocat usus, haec eadem vulgi lingua -a (-berna *var. l.*) vocatur. DYASC. p.78[a] -a vel viperina folia habet cisso similia. ALPHITA I p.287,32 serpentaria, -a (columbaria *var. l.*). *al.* **b** *Polygonum bistorta (L.) – Schlangen-Knöterich (cf. Ahd. Wb. I. p.1313)*: GLOSS. III 50,49 St.-S. -a brachwrz. **c** *?Silybum Marianum (L.) – ?Mariendistel*: GLOSS. III 594,8 St.-S. de -a vel draconica wechdistil *(spectat ad l.3)*.

colucula (cunu-, conu-, conic-, -ugu-, -cla *sim.*), -ae *f. colus – Spinnrocken* (*cf.* GLOSS. II 354,24 St.-S. conuca quenela): LEX Ribv. 61,18 offeratur ei *(ingenuae servum secutae)* a rege . . . spada et cunucula (co-, -nic-, -nula, -cla, -gla *var. l.*); quod si spadam acciperit, servum interficiat, sin . . . cunuculam (-ugu- *sim. var. l.*), in servitio perseveret.

***colvekerlia,** -ae *f.* (*colvekerlus) *tributum colvekerlorum – Abgabe der 'Kolbenmänner'*: LAMB. ARD. hist. 36 p.579,44 Hamensium satrape ab ea *(uxore liberi)* -am exegerunt *eqs.* p.580,11 nobiles ut ignobiles . . . -am . . . debere solvere compelli. *ibid. al.*

***colvekerlus,** -i *m.* (*theod. inf. vet.* kolve *et* kerl) *homo (ignobilis) clava armatus – mit Keule bewaffneter Mann (niederen Standes), 'Kolbenmann'*: LAMB. ARD. hist. 36 p.579,30 fuerunt homines quidam clavati . . ., quos vulgo -os nominatos audivimus (p.580,21.23).

1. colum, -i *n. (m.* -us: *l.30) vel saepius* **cola,** -ae *f. script.* -ll-: *l.35*.

cribrum, colatorium – Sieb, Seiher (cf. GLOSS. II 7,30 St.-S. -us siha. III 269,61 -um siha, seenafe. 372,7 -a sige. IV 184,34 -um liquitarium sihtůch. *al.)*: **1** *gener.*: EGBERT. fec. rat. 2,561 vimineos qualos texebant -aque patres antiqui. NIVARD. Ysengr. 7,350 -ę limus inesto iugis. **2** *liturg. (de re v. J. Braun, Das christliche Altargerät. 1932. p.448sqq.)*: ORDO Rom. 1,79 refundit *amulam* super -um (-ll- *var. l.*) in calicem. VITA Desid. Cad. 17 fulgit recentarii -ique varietas. WILH. HIRS. const. 2,34 p.1093[B] alter *sacerdos apportat* . . . -am aureum vel argenteam. CATAL. thes. Germ. I 147,12 (Mittelalterl. Schatzverz. I. 1967) -am et ampullas. 8,3 -a aurea cum gemmis. 45,112 erant -e argentee . . ., per quas vinum poterat colari. *al.*

2. colum *v.* 1. colus. **3. colum** *v.* 1. colon.

columba, -ae *f. script.*: cul-: *l.49*. -unba: *l.45sq.* -mp(a): GLOSS. I 60,16 St.-S. *cod. b*. -mpna: *p.894,10. de etym.*: AGNELL. lib. pont. 18 p.287,17 -nba nomen accepit a plausu alarum, unde percussio alarum . . . Latinum '-nba' interpretatur. ALBERT. M. animal. 23,39 -a sic dicitur, quia lumbos colit multa generatione.

περιστερά – *Taube (cf.* GLOSS. I 198,38 St.-S. cu-a tuba. *saepe)*: **I** *strictius*: **A** *proprie*: **1** *gener.*: **a** *in univ. (plerumque de -a domestica)*: PACTUS Alam. V A 8 cornicla, -a . . . requirantur. CAPIT. reg. Franc. 32,40 ut . . . -as, perdices . . . habeant. EPIST. var. II suppl. 10 p.634,8 sive . . . -a aut grus vel anser . . . ab accipitre . . . captum evisceratumque fuerit *eqs.* WALTH. SPIR. Christoph. I epist. ad Haz. p.64,4 uvarum -arumque munere . . . suscepto. EGBERT. fec. rat. 1,953 aerem . . . secat . . . -a gregatim *eqs.* HILDEG. phys. 6,30 -a frigida est plus quam calida *eqs.* CARM. Bur. B 58,4,8 -a turtisona. ARNOLD. LUB. chron. 5,27 p.207,4 litteras sub umbilico -e . . . ponunt et eam avolare permittunt. CAES. HEIST. hom. I p.124[b] -a septem principales habet virtutes *eqs.* FRID. II. IMP. art. ven. 1 p.22,3 maneries -arum. ALBERT. M. animal. 5,41 quae *(sc. aves)* sunt -is domesticis griseis similes. ALBERT. M. (?) animal. quaest. 1,8 p.86,13 multa animalia aggregabilia non habent principem sicut . . . -ae. *al. v. et l.71*. **b** *de speciebus (cf.* ALBERT. M. animal. 5,41 p.425,12 -ae [*p.544[b],1* τῶν . . . περιστεροειδῶν] . . . sunt multorum modorum *eqs.)*: **α** *de -a cavernali (Columba oenas L.)*: ALBERT. M. animal. 6,41 -ae, quae cavernarum dicuntur . . . et in arboribus habitant. 6,43 -as cavernales, quae nigriores sunt . . . communibus -is. *al.* **β** *de palumbe (Columba palumbus L.; cf.* GLOSS. II 725,16 St.-S. palumbes -ę sunt, quas dicimus menistuba): ALBERT. M. animal. 6,43 -as nigrescentes, quae fehytae dicuntur. **2** *eccl. de ave sacra*: **a** *de alite nuntio caeli*: WALAHFR. Mamm. 18,8 cito dimissa -a natatu de caelo venit. HROTSV. Mar. 454 de cuius virga volitaret rite -a. THIETM. chron. 7,15 hoc ei caelitus per -am iussum fuit. CAES. HEIST. mirac. II 1,7 p.26,16 Christus per -am suam communicans -am *(sc. Ydam)*. VITA Herm. Ios. 29 p.694[D] -am . . . super humerum suum residere conspexit. *al. adde:* BENED. ANDR. chron. p.163,13 in quibus *(columnis)* . . . tres -pne apparuerunt sedere. **b** *de spiritu sancto in specie -ae apparente*: ALDH. virg. II 434 spiritus almus praepetis adveniens iam per simulacra -ae. HRABAN. carm. 39,48,1 spiritus super -ae Iesum mansit in specie (GODESC. SAXO gramm. 2 p.456,4 non debuit dicere . . . Remegio in -ae s. crisma ministrasse spiritum sanctum. DIPL. Karoli M. 239 p.332,19 [spur. c.1146]). EKKEH. IV. bened. I 13,21 huic *(Gregorio)* aures . . . penetrantur voce -ę (gloss.: spiritus sancti). *al.* **c** *de anima mortui in specie -ae apparente*: VITA Fel. Trev. 10 in conspectu omnium quasi -a aurea ore illius *(morientis)* exire et ipsum coelum visa est penetrare *(sim.* VITA Gebeh. Const. 1,23 p.590,1. *ibid. iterum). cf. l.59*. **B** **1** *per compar. vel in imag.*: **a** *de hominibus*: ALDH. virg. II 492 qui *(Deus)* . . . corvos vertit in albentes glauco sine felle -as. WALTH. SPIR. Christoph. II 4,188 procedunt geminę parili virtute -ę. PURCH. Witig. 533 serpentem nivea fovet absque timore -a. THEOD. TREV. transl. Celsi 5 faciens se divinitati gratam hostiam, in practica videlicet -am, in theorica autem turturem. HERBORD. Ott. 2,29 p.739,24 reversi . . . ad episcopum pueri fide recenter imbuti more -arum alias trahentium gregem . . . adduxere coaevorum. *al. v. et l.7. adde:* STEPH. COL. Maurin. 1 (prol.) Bruno, ille nobilis filius -ae, sacrarium sapientiae. *v. et vol. I. p.1375,53*. **b** *de ecclesia*: STEPH. COL. Maurin. 14 nobis Dominus Maurinum suum perdonavit filium, quem sibi genuit sponsa, . . . -a sua. **c** *de donis spiritualibus*: WALAHFR. Wett. 350 quid rapis et vendis Solimorum more -as? *(cf. Greg. M. in euang. 4,4). v. et l. 42*. **2** *alleg.*: AMALAR. off. 3,12,2 ad . . . -as et turtures, quae significant responsorium et tractum. HRABAN. univ. 5,10 p.131[C] per turturem et -am Christi caro spiritui sociata demonstratur. CAES. HEIST. hom. I p.124[b] -a significat spiritum sanctum, virtutes -ae dona spiritus sancti. ALBERT. M. serm. 1 (SBMünch. 1966/III. p.20,12) -a sacrificium Domini est *eqs.* BERTH. RATISB. serm. 12 p.65,43 -a . . . signat illos, qui . . . confratres in religione diligunt. *al. adde:* EKKEH. IV. bened. I 11[tit.] de duodecim -is ecclesię. 11,24 per decimam (gloss.: -am) verba dulcescunt legis acerba. *ibid. al.* **3** *in nominibus*: **a** *hominum*: COLUMB. epist. 5 p.176,37 mihi Ionae hebraice, Peristerae graece, C-ae latine . . . nuncupato. ALCUIN. epist. 84 p.127,22 dic C-ae *(sc. Rodtrudae)*, ut memoriae confirmet, quod accepit (195 p.322,32. 262 p.420,13). *v. et vol. I. p.1375,53*. **b** *herbae*: *v. p.109,31*. **C** *translate de spiritu sancto* (*cf.* GLOSS. IV 114,20 St.-S. -a spiritus sanctus tubę): ROD. CAMER. Lietb. 7 Symonem nostrum, -ae septemplicis filium. METELL. Quir. 2,18 (ed. P. Ch. Jacobsen. 1965) dive requies -e.

II *latius*: **A** *de effigiebus*: PAUL. DIAC. Lang. 5,34 consanguinei eius *(mortui)* intra sepulchra sua perticam figebant, in cuius summitate -am ex ligno factam ponebant. CASUS Petrish. 4,21 imago . . . Dei genitricis et in eius pectore species -e. **B** *de vasis sacris*: AGIUS vita Hath. 15 non auditis . . . vocem interrogantem, si -a iam parata sit? RUD. TRUD. gest. 6,7 p.257,12 -am . . . cupream auro . . . variatam continentem aquam ad opus manuum. TRAD. Teg. 350[c] thesaurum ęcclesię . . . auxit . . . una -a. CHART. Rhen. inf. II 740 unam -am argenteam cum pixide aurea continente corpus Christi in dicta -a. *al.*

***columbana,** -ae *f. verbenaca – Eisenkraut (Verbena officinalis L.)*: GLOSS. Salern. p.11[a],22 verbena, peristereon, -ana idem (*cf.* p.9[a],32).

columbar, -is *n.* **1** *cavea columbarum – Taubenschlag*: GLOSS. III 131,33 St.-S. -r tubhus. *al. v. et p.895,3. cf.*

[Dauser]

l.21. **2** *collare, vinculum – Halsfessel, Fessel (cf.* Gloss. III 162,50 St.-S. -r knebil. 385,34 -r haslbant. 659,1 -r spanuit. IV 136,37 -r genus tormenti, tůphus. 184,36 -r, -ris knebel vel vinculum vel collarium. V 49,6 -r vuiht. *al.)*: Odo Ern. duc. 6 p.356B -ia laxans quassat *Typhon* Trinacrii suffragia summa Pelori. *in imag.*: Acbrann. carm. 37 (ed. H. Hagen, Carm. ined. 1877. p.144) hoc ita conexum ludi disperge -r.

columbaria (cal-), -ae *f.* (columba) **1** *verbenaca – Eisenkraut (Verbena officinalis L.)*: Ps. Hippocr. phleb. 178 cipresso . . ., ciprio . . ., ca-a *(sic?)* uncias II. Alphita I p.307,13 verbena recta, -a vel columbina idem. *al.* **2** *per confusionem i. q. colubrina – Schlangenwurz (Dracunculus vulgaris Schott vel sim.; cf.* Gloss. III 528,1 St.-S. -a noterwurz. 540,14 -a draguntea naterworz): Gloss. Salern. p.10a,13 serpentaria, -a. *v. et p.893,5.*

columbaris, -e. *?columbinus – ?Tauben-*: Mappae Clavic. 95 -is spinae suce partem I cum alumine teris.

columbarium, -i *n. script.* -br-: *l.21.24.*

1 *cavea columbarum – Taubenloch, -schlag (cf.* Gloss. III 210,69 St.-S. -bria dublocher): Albert. M. animal. 22,117 si caput lupi -o suspendantur *(sic?)*, non accedet murilegus. **2** *foramen, per quod remus emittitur – Riemenloch (cf.* Gloss. III 217,9 St.-S. -bria riemlocher. *al.)*: Gesta Ern. duc. II 16 p.211,14 remi . . . per -a, i. e. foramina, per quae eminent remi, exponuntur *(cf. Isid. orig. 19,2,3).*

***columbella,** -ae *f. in allocutione blanda i. q. parva columba – Täubchen*: Herm. Ios. hymn. 1,2,2 (AnalHymn. 50 p.537; c. s. XIII.1) Christi carae -ae (*cf.* Vita Herm. Ios. 29 p.694D omnes virgines Domino devotas -as vocare . . . consuevit).

columbiadas *v.* colymbas.

***columbineus,** -a, -um. *columbae similis, naturae columbae conveniens – taubenähnlich, -gleich*: Vita Menel. 1,7 (MGMer. V p.140,24; s. X./XI.) cum dulcedine -e simplicitatis.

columbinus, -a, -um. *script.* -lom-: *l.41.53.*

I *adi.*: **A** *columbae proprius, ad columbam pertinens – der Taube (eigen), Tauben-*: **1** *proprie*: Aesculapius 1 p.2,21 -o fimo albo . . . tempora linito. Compos. Luc. D 15 mitte stercos caninus et -ombinus (Antidot. Glasg. p.151,15 stercus -um mixtum cum acetum). Ekkeh. IV. pict. Sangall. 42 voci . . . gementis *(sc. Columbani)* obaudit (gloss.: -a vox gemitus). Tract. de chirurg. 701 penna -a. *al.* **2** *in imag.*: Godesc. Saxo conf. p.77,23 per osculum *(sic)* -um rectorum corde veraciumque circa se suaque dicta significat *Augustinus (trin. 2 prooem.)* inspectionem (Statut. ord. Teut. p.78,38 correccionem fraternam ut o. accipiat -um). **3** *in nomine*: **a** *herbae*: Matth. Platear. gloss. p.380E cum radice eius herbae, quae pes -us dicitur (Gloss. Roger. III 603. Walth. Agil. med. 4 p.93,18. *al.*). **b** *loci*: Dipl. Otton. II. 238 p.267,24 cortem . . . cum suis pertinentiis . . . et runco -ombino (*inde* Dipl. Otton. III. 210 -o). **B** *columbae similis, naturae columbae conveniens – taubenähnlich, -gleich*: **1** *spectat ad speciem, colorem*: **a** *in univ.*: Mappae Clavic. 254 calcem . . . albo saxo duro vel Tiburtino aut -o fluviali quoqueremus. **b** *de oculis (cf. Vulg. cant. 4,1)*: Ekkeh. IV. pict. Mog. 185 gratia Rachelis (gloss.: oculis -ę). *clarus – hell, strahlend*: Ruodlieb XIV 6 ante -i sibi stant oculi tenebrosi. Rod. Camer. Lietb. 4 -is oculis gaudet ex munere. **2** *spectat ad mores*: Godesc. Saxo conf. p.76,28 non livore corvino, sed amore . . . -o. Ekkeh. I. hymn. p.130 Columbanus . . . -ae vitae fuit. Adam gest. 2,68 p.128,2 vir . . . -ae simplicitatis, sed parum habens prudentiae serpentis *([cf. Vulg. Matth. 10,16].* Chart. archiep. Magd. 349. *al.).* Carm. Bur. B 120,3,5 -am mentis dulcedinem. *al.* **C** *in specie columbae apparens – in Gestalt einer Taube erscheinend, taubengestaltig*: Ekkeh. IV. bened. I 9,20 pneuma.

II *latius:* **A** *quod generale vel universale est, res generalis – Allgemeines, Generelles, allgemeine Erscheinung:* **1** *philos.:* ALBERT. M. animal. 3,100 corpus, quod . . . humor vocatur, per duas distribuitur differentias in -issimo sui. 5,2 cum . . . speculatio physica a -ioribus sit usque ad propria. nat. anim. 2,9 p.33,78 -ia . . . non habent esse nisi in particularibus *eqs.* Iob 32,1 p.369[a],28sqq. (ed. M. Weiss. 1904) sententiae . . . antiquiores dicuntur, quia ex -bus sunt et generalibus . . .; quae -ia posteriores coartaverunt *eqs. ibid. al.* **2** *iur.:* CHART. select. Keutgen 143,2 (a.1213) quecunque iuditiali tractanda sunt sententia . . . de -bus providendis. **3** *medic.:* AURELIUS praef. p.484,19 quae *(valetudines)* sub species kinocetarum, id est -ium, cadunt *(de re v. supra p.777,51sqq.).* **B** *quod impurum est – Unreines:* GLOSS. I 543,36 St.-S. -e unreinaz *(spectat ad Vulg. prov. 21,9).* 745,7 -e vnvuohsnaz *(spectat ad Vulg. act. 10,14).* **C** *communio – Kommunion-gesang:* AUREL. REOM. mus. 20 p.61[a],5 carmen, quod -e *(i.* communio *ed.)* vocatur.

neutr. -e, in -e, a -i *sim. pro adv. i. q. coniunctim, promiscue, una (cum aliis), in unum – gemeinsam, gemeinschaftlich, zusammen, insgesamt:* **1** *strictius:* **a** *gener.:* BONIF. epist. 10 p.15,24 tribus mecum . . . fratribus in -e audientibus. EINH. Karol. 26 quamquam ipse *(Karolus)* . . . nec nisi submissim et in -e cantaret. GODESC. SAXO theol. 7 p.195,21 omnes in -e docti pariter et indocti dicunt. GERH. AUGUST. Udalr. I 9 p.397,8 omnium in -e benivolentiam postulavit. BERTH. (?) annal. a.1078 p.307,46 ut in -e Deo . . . supplicarent. ALBERT. STAD. Troil. 1,279 Priamus vocat in -e Quirites. *saepe.* **b** *spec.:* **α** *publ. et iur.:* TRAD. Frising. 67 (a.774) ego . . . -e cum filiis meis tradidi. LEX Raet. Cur. 24,13 (ed. E. Meyer-Marthaler. 1959) si duo homines rem sua in -e habuerint *eqs.* CHART. Sangall. A 430 ut . . . in -e censum solvamus. CONST. I 289,23 salvis pactis . . ., que Mediolanenses per -e fecerunt. 307 imperator . . . recepit . . . consules . . . a parte . . . -is Cremone et pro -i et pro diviso. *ibid.:* a -e vel diviso. *al. v. et p.1011,25.* **β** *eccl.:* WILLIB. Bonif. 2 p.10,7 hanc *(operam)* . . . omnibus in -e viventibus et maxime . . . abbati . . . praebebat (CONC. Karol. 37,6. *al.*). GERH. AUGUST. Udalr. I 28 p.416,22 omnes . . . in -e decreverunt *eqs.* CHART. episc. Halb. 440 l.19 quatinus pro nobis . . ., etsi non in -i, tamen in privato . . . Deo sacrificium offe-

ratur. STATUT. ord. Teut. p. 30,10 bona . . . in -i nomine ordinis . . . possidenda. *al.* **2** *latius i. q. generaliter, in universum – im allgemeinen, generell:* **a** *gener.:* ALCUIN. epist. 280 p. 438,26 omnes . . . -e . . . praecepta . . . conservare conentur. CAND. FULD. Eigil. II 25,15 ultimus ille dies . . . in -e rapit totum sub Tartara mundum. DIPL. Heinr. III. 134 p. 169,42 in -e cogitanti hoc . . . utile visum est sibi . . ., ut *eqs. al.* **b** *spec.:* α *publ.:* CAPIT. reg. Franc. 196,8 in -e statuimus, ne *eqs.* β *natur. et philos.:* ALBERT. M. animal. 5,1 descripsimus in -i dispositionem omnium generum animalium. metaph. 1,1,11 p. 16,28 (ed. B. Geyer. 1960) in -i voco sensum omnem hominis sensibilem cognitionem. *al.* γ *math.:* GERB. epist. math. I 5 p. 31,20 in omnibus superparticularibus . . . hoc in -e speculandum est, quoniam *eqs.*

adv. **communiter.** *coniunctim, promiscue, una (cum aliis), in unum – gemeinsam, gemeinschaftlich, zusammen, insgesamt* (*cf.* GLOSS. I 705,67 St.-S. -r gimacho gimeinlichen): **I** *strictius:* **A** *in univ.:* **1** *gener.:* LULL. epist. 92 p. 211,30 dicta Dei -moniter rimabamur. AGNELL. lib. pont. 30 p. 294,8 simus cu-r patres. CHART. episc. Halb. 56 l. 19 per fratrem -r nostrum. STATUT. ord. Teut. p. 34,27 ad horas canonicas . . . clerici et layci -r adveniant. *saepe.* **2** *spec.:* **a** *publ. et iur.:* TRAD. Frising. 594 p. 509,6 (a. 830) ut hereditatem . . . -r usitarent. LEG. Lang. p. 544[a],19 qui *(fratres)* simul in paterna . . . hereditate -r (commune *4.5*) vivunt. EINH. Karol. 3 p. 6,19 post administratum -r biennio regnum. REGISTR. abb. Werd. 2,42 p. 86,5 duo homines -r *dant* XIIII d(enarios) et V mo(dios) de sigilo *eqs.* THIETM. chron. 4,52 se nullum . . . regem -r vel singulariter electuros. DIPL. Heinr. III. 382 ut . . . omnes -r conveniatis *ad placitum.* CHART. Const. 64 (ed. K. Beyerle, Konstanzer Grundeigentumsurk. 1902. p. 73,1) salva . . . condictione . . . -r et divisim. *al. accedente sensu unanimitatis:* THIETM. chron. 3,12 clerus et populus . . . confratrem . . . -r eligerunt. 6,35 cappellanus . . . plus timore regis quam amore religionis -r eligitur. *al.* **b** *eccl.:* CONC. Karol. 39[B],7 p. 442,19 in quibus *(monasteriis)* Christi sponsae . . . -r sunt gubernandae. TRAD. Ratisb. 202 tradidit . . . in servitium coenobitorum inibi -r conversantium. TRAD. Patav. 182 predium . . . -r ad mensam et prebendam fratrum pertineat. REGISTR. Geisenf. 37 conventus sedet -r simul in refectorio. *al.* **B** *c. colore quodam:* **1** *gener.:* **a** *simul – zugleich:* SISEB. Desid. 22 finem . . . ponamus -rve cunctos efflagitantes, ne *eqs.* CHART. Friburg. 83 (a. 1245) aqua, que supra . . . omnia prata -r fluit. **b** *coram omnibus – in Gegenwart aller:* THIETM. chron. 7,35 confessionem suam con-r . . . fecit. **2** *publ. et iur.:* **a** *(omnibus) rate – (für alle) gültig:* CHART. civ. Spir. 45 (a. 1230) libras Spirensium -r et usualiter currencium. CHART. Gosl. II 217 ut . . . marcam Goslariensis argenti, prout -r solvit, . . . persolvat. *al.* **b** *aequaliter – zu gleichen Teilen:* CHART. Brixin. 70 p. 77,9 (a. 1227) ut . . . eorum *(hominum nostrorum)* heredes -r dividantur. **c** *eodem modo – gleichermaßen:* TRAD. Frising. 65 p. 92,19 (a. 774) -r episcopale iudicio atque canonice normę iure possedeat . . . patrimonium.

II *latius:* **A** *generaliter, in universum – (im) allgemein(en), generell:* **1** *in univ.:* **a** *gener.:* TRANSL. Viti 5[capit.] capitulum quintum et -r de miraculis. DIPL. Heinr. II. 474 quamvis -r loca Deo . . . dicata . . . proficere . . . velimus. **b** *natur. et anat.:* ALBERT. M. animal. 1,600 additamenta *hepatis* non sunt -r nisi quatuor. 5,56 quod tempus *(sc. undecim annorum)* -r loquendo est fere tota vita ovis. **2** *c. colore quodam i. q. utique – unter allen Umständen:* EPIST. pont. Rom. sel. II B 37 unum . . . -r mandamus, ut *eqs.* **B** *more solito – üblicherweise, gebräuchlich:* CHART. Westph. III 634 p. 334,20 (a. 1258) extra villam Greven -r appellatam. CHART. Austr. sup. III 551 mansum . . . , qui -r hůba dicitur. *al.*

communitas (conm-), -atis *f. script.:* cum-: CHART. Burgel. 103. comu-: *p. 1012,39.54. 1013,25. saepe.* -iat-: CHART. Ticin. 128 p. 109,12 (ed. L. Brentani, Cod. dipl. Ticin. II. 1931). *ibid. al.* -nin(as): CHART. Sangall. B 625 p. 435,23.

status communis, res ad omnes simul spectans, universitas – Gemeinsamkeit, gemeinsame Angelegenheit, Gemeinschaft, Gesamtheit: **I** *strictius:* **A** *in univ.:* **1** *gener.:* EPIST. Lang. 9 nos a Deo salvata -s vestra petiit *(item in epist. papae:* EPIST. Bonif. 42 p. 68,1 ut et vestra -s boni operis portionem sortiatur. COD. Karol. 39 p. 552,19. *al. [cf. P. S. Seibt, ALMA 1.1924. p. 171sqq.]).* LIUTPR. antap. 1,13 p. 15,25 humanitatis. STATUT. ord. Teut. p. 117,18 ut -s observetur et specialitas evitetur. *al. spectat ad disceptationem:* CHART. episc. Hild. II 1098 (a. 1259) ut nichil -is haberent cum eo in bonis . . . memoratis. **2** *spec.:* **a** *theol.:* GODESC. SAXO fragm. p. 30,1 demonstratur omnium trium *(personarum)* . . . generalitas, -s, universalitas, unitas. ALEX. MIN. apoc. 10 p. 214,19 non -em tantum, immo societatem . . . habere cum Deo. 16 p. 364,10 Dei civitas, id est peregrinorum -s. *ibid. al.* **b** *natur. et philos.:* ALBERT. M. veget. 1,7 licet haec -s *(sc. vitae in animalibus et plantis)* sit secundum analogiam . . . dicta. animal. 2,11 omne animal secundum totam -em animalis. 11,62 si . . . est *differentia* communis, manifestum est, quod . . . habet illam -em . . . per aliquam naturam communem. metaph. 5,1,10 p. 231,21 (ed. B. Geyer. 1960) -s suppositi est -s proportionis. *ibid. al. v. et p. 1006,1. spectat ad negotia rei publicae:* CONR. HIRS. mund. cont. 678 (Anal. Mediaev. Namurc. XIX. 1966) superbis inest . . . -is aversio. ALBERT. M. animal. 8,236 nec attendunt *bestiae* -em, prout est -s in se accepta . . .; -es . . . in statu communi reipublicae . . . custodit solus homo. *ibid. al.* **c** *alch.:* Ps. GERH. CREM. sal. I 5 p. 16,6 nominaverunt ipsum *(salem amarum)* sapientes 'argentum -is' (*cf.* II 76 p. 80,28 argentum populi [*v. notam ed.*]). **B** *c. colore quodam:* **1** *gener. i. q. usus, commercium – Umgang, Verkehr:* SIGEBOTO Paulin. 3 p. 912,33 ut nec . . . -e fluxa et intemperata despicabilis haberetur. CHART. Carinth. V 96 -em latronum . . . abhorrendo. **2** *publ. et iur.:* **a** *de hominibus:* α *consociatio civium, commune – (Stadt-)Gemeinde (plerumque de civitatibus, oppidis sim.; de societatibus minoribus: l. 37sq. 46.50. al. cf. H. Planitz, Die deutsche Stadt im Mittelalter. 1954. p. 118.296sq.):* CHART. Carniol. I 68 p. 77,14 (a. 1106) comissum fuit comu-i ville . . ., quod *eqs.* CHART. Tirol. 305 p. 146,39 con-s illorum de Cella. ACTA imp. Winkelm. I 49 p. 46,25 quatenus . . . nulla . . . comu-s seu comune . . . guerram . . . movere . . . presumat. CHART. Lux. VIII 44 paginam sigillis -is ville . . . communiri rogavimus. CHART. Gosl. I 614 p. 571,7 litterarum . . . -is burgensium Goslariensium munimine confirmamus. CHART. Turg. II 183 cives . . . agrum con-is . . . ecclesie . . . contulerunt. 210 -es . . ., que civitates . . . appellantur. CHART. Bund. 879 p. 329,24 abbas et tota -s ecclesie Desertinensis. CHRON. Erf. min. cont. I 1 p. 674, 18 filius . . . regis . . . desideratus . . . a pluribus -bus civitatum Ytalie. CHART. Gosl. II 155 acta sunt hec in domo -is nostre. CHART. Carinth. V 224 p. 149,35 salvis iuribus . . . civitatum, municipiorum seu aliarum -um. CONST. III 237,16 imperii. *saepe. v. et p. 1006,68. remissius:* CHART. Burgenl. I 298,10 (a. 1244) ut feneti usum . . . eorum *(hospitum regis)* -s . . . habeant. β *universitas civium – Bürgerschaft:* ANNAL. Ianuens. II p. 29,16 consules et comu-s Ianue . . . legatum miserunt (CONST. II 77 p. 97,36 Fridericus . . . consulibus . . . et -bus omnium civitatum et oppidorum . . . gratiam suam). CHART. Hall. 292 p. 274,13 testes . . . sunt . . . burgenses nostri et -s Hallensis. CHART. Lux. III 334 super controversia, que vertitur inter nos . . . et commune civitatis Trevirensis . . ., dicte -i damus inducias. MENKO chron. p. 557,11 milites . . . de domo Teutonica ipsos *(peregrinos)* . . . receperunt cum -e tocius civitatis. *al.* γ *coniuratio civium – städtischer Schwurverband, Eidgenossenschaft (cf. Schröder-Künßberg, Rechtsgesch. [7]1932. p. 694):* ANNAL. Benev. a. 1015 (MG Script. III p. 177[b],49; c. s. XII.[2]) hoc anno facta est -s prima. ANSELM. GEMBL. chron. a. 1112 cives . . . a sacramento perperam iuratae -is revocare. CHART. select. Keutgen 113[b] quod . . . -es, coniurationes et hiis similia . . . duxerimus . . . cassanda. *al. spectat ad collegia opificum:* CHRON. Worm. p. 190,12 quod a . . . -e fraternitatum cessarent *cives. spectat ad pacem terrae:* PAX Valenc. p. 609[b],53 quando . . . tota -s pacis cum armis villam exierint (*cf.* p. 608[a],25). **δ** *societas*

hominum fundo communi utentium – Nutzungsgemeinschaft, (Allmend-)Genossenschaft (cf. K. S. Bader, Dorfgenossenschaft und Dorfgemeinde. 1962. p.25.55.148sq.): CHART. Rhen. med. III 119 (a. 1220) pro bannito vino, . . . quod . . . ante -em tocius ville vindemiarent. CHART. Neocell. (Brixin.) 20 (Font. rer. Austr. II 77. 1965) exemi ab omni iure . . . -is convicinorum. 26 (cod. A1) tota -e . . . montis divitum, pauperum, nobilium . . . nullatenus contradicente *(de re v. K. S. Bader, op. cit. p.259sqq.).* CHART. Tirol. notar. I 347 nuncii . . . -um in vallis Condini . . . et Teioni. CHART. Westph. III 1738 nobis *(sc. episcopo)* cum -e beneplacitum . . . agentibus. CHART. Turic. 1024 rusticorum. CHART. Wirt. VII 2334 p. 237,22 ortum . . . reconpensavit con-i, quod . . . dicitur gnossapht. *al. v. et p.1009,68.* **ε** *usu vario:* CHART. Salem. 9 p. 17,9 (a. 1166) solet esse firmius . . ., quod ęcclesię facit -s quam solius episcopi persona. CHART. civ. Misn. 161/62 universitas burgensium . . . et -s militum provincialium et rusticorum parrochiae. **b** *de rebus:* **α** *possessio vel fundus communis, almeinda – Gemeinschaftsbesitz, Gemeindeland, Allmende (cf. K. S. Bader, op. cit. p.16):* DIPL. Heinr. II. 157 predia . . . cum . . . silvis, -bus ac ceteris . . . utilitatibus. FUND. cell. Ioh. (MGScript. XV p. 1004,23) in quibus *(saltibus)* . . . admiscentur -es duorum prediorum. ACTA imp. Stumpf 369 p. 524,38 cum . . . -bus et vuganalibus. CHART. Carniol. II 241 p. 192,1 possessiones . . . in . . . comu-bus et emunitatibus. CHART. Turg. III 396 universitas civium . . . con-em suam vendidit pascualem. *saepe. describitur* -s *voce vernacula:* TRAD. Ratisb. 931 p. 463,22 (a. 1179) ad -em . . ., quod . . . gemeine dicitur, . . . pertinere. CHART. Gelr. 373 p. 371,25 -s, que . . . dicitur marka. CHART. Salem. 182 silva . . . ville -s fuit, que . . . gemainemerche nominatur. CHART. Wirt. VI 1964 p. 356,35 almeide. CHART. Basil. A II 241 cummenance. *al.* **β** *ususfructus possessionis vel fundi communis – Nutzung(srecht) am Gemeinschaftsbesitz, -land:* CHART. Carinth. III 1131 (c. 1170) in -e et utilitate pascuarum et usu lignorum. 1504 p. 586,39 omnem con-em, quę vulgo gemeine dicitur, . . . habere . . . in silvis et pascuis. CHART. Turic. 1036 p. 121,20 -em . . . ac participium . . . in campis, in silvis et aliis, que . . . dicuntur almeinde. CHART. Bern. II 133 -em pascuarum denegare. 700 -em, quod . . . dicitur ehaffthi. *al. remissius:* EMO chron. p. 491,5 -em eundi et ducendi per vias etiam publicas auferre. **3** *eccl.:* **a** *de hominibus:* **α** *congregatio – Konvent:* TRAD. Frising. 53 p. 81,28 (a. 772) ut, quicquid proprię habuissent, ad . . . -em coniecissent. HUGO FLAV. chron. 2 p. 492,10 pro publico dampno -i eorum *(canonicorum)* illato. CHART. Wessof. 14 p. 391,17 -bus ecclesiarum . . . subvenire. *al. v. et p.1010,11.* **β** *parochia – Pfarrgemeinde:* CHART. Tirol. 1147 (a. 1242) episcopus . . . investivit . . . decanum . . . de plebe comu-is et beneficio plebis *eqs.* **b** *de rebus:* **α** *possessio totius congregationis – Gemeinschaftsbesitz eines Konvents:* REGESTA Alsatiae 656 p. 390,20 (ed. A. Bruckner. 1949; a. 888/906) ut nihil privati habeat, sed eadem -e, qua caeterae, ipsa *(abbatissa)* vivat. RATHER. conf. 22 p. 412A collectos ex . . . -e proferens nummos. CHART. Argent. I 341 p. 254,31 argentum . . . et bladum ex nostra *(sc. capituli)* proveniens con-e. *al.* **β** *participatio – Teilhabe:* COSMAS chron. 1,38 p. 70,10 accipiens . . . fraternitatem et orationum -em. **4** *anat. i. q. conexio – Verbindung:* ALBERT. M. animal. 1,305 videmus . . . moveri in facie septem membra . . ., quae sunt frons . . . et maxilla in -e labiorum et labia sine maxillis.

II *latius i. quod generale vel universale est, res generalis – Allgemeinheit, allgemeine Erscheinung, Generelles:* **A** *philos.:* ALBERT. M. eth. 1,3,7 p. 39a,7 bonum . . . in prima sui -e diffiniri non potest. p. 40a,3 bonum in tali -e acceptum non est desiderium. metaph. 3,3,7 p. 146,7sq. (ed. B. Geyer. 1960. 1964) -s primorum, quae sunt unum et ens, non est -s generis. 11,1,8 p. 468,1 -s formae primae et -s materiae primae sunt aequivocae. *ibid. al.* **B** *medic. i. q. qualitas communis – Allgemeinzustand:* AURELIUS praef. p. 485,15 has . . . tres -es, hoc est cinotedas, . . . solas necessarias esse. WALTH. AGIL. med. praef. p. 85,14 ex -e coloris et substantie urine . . . habetur . . . cognitio egritudinis. 4 p. 92,1 -s totius corporis *eqs. al. v. et supra p.777,55.*

III *per confusionem i. q. immunitas – Immunität:* DIPL. Merov. III A 21 p. 139,28sq. (spur. s. X.2) sub integra -e omnia . . . a novo confirmamus, sicut priori anno -is tuitionem dedimus.

communitio (-cio), -onis *f.* **1** *actio muniendi, confirmatio, tuitio – Sicherung, Festigung, Schutz:* **a** *gener.:* EPIST. Bonif. 111 p. 242,37 -is mutuae gratia. LAMB. HERSF. annal. a. 1075 p. 247,32 ex . . . operosa secreti -e (commonitione *A1*) coniciens aliquid regi . . . adversum his litteris contineri. **b** *spec.:* **α** *iur.:* CHART. Heinr. Leon. 10 p. 18,10 donationem . . . sigilli nostri impressione communiri iussimus simulque eadem -e molendinum . . . contraditum . . . firmavimus. CHART. Traiect. 480 p. 428,29 ad huius rei -em hoc factum scripto commendavimus. CHART. Eberb. 42 p. 88,11. **β** *eccl.:* CHART. eccl. Erf. III app. 1 p. 408,28 (a. 1254) catholicos adire antistites gratiam et -cionem apostolice sedis habentes (*sim.* p. 408,35). *cf. p.1001,71.* **γ** *medic. i. q. confortatio – Stärkung:* AESCULAPIUS 22 p. 36,24 ungantur *loca paralyticorum* . . ., ut sentiant loca tepida -em. **2** *castellum – Festung:* REGISTR. Austr. II p. 69 nr. 7 (a. 1265/67) duabus . . . -cionibus . . . providetur in victualibus.

communitorius, -urius *v.* commonitorius.

communus *v.* communis.

commurmuro, -are. *communiter admurmurare – murmelnd gemeinsam (be)sprechen:* BERTH. (?) annal. a. 1078 p. 307,22 quam *(causam)* . . . cuncti favorales illius *(regis)* concordi tenore . . . -antes iudicio apostolico . . . commendabant. MANEG. ad Gebeh. 68 p. 420,11 que autem sint, que in eius derogationem profundunt, quamvis undique platee personent, muliercularum textrine -ent. *Pape*

commutabilis (conm-), -e. **1** *adi.:* **a** *mutabilis, mobilis – veränderlich, wandelbar:* ALBERT. M. bon. 192 p. 118,60 inclinamur in bonum -e (sent. 1,2,21 p. 83a,29. *al.*). phys. 4,4,3 p. 349a,35 de his, qui, licet sint natura -es, tamen voluntate deorum . . . sunt manentes incommutabiles. *ibid. al.* **b** *qui permutari potest – tauschbar, Tausch-:* TRAD. Ratisb. 95 p. 85, 29 (a. 882) consuetudo . . . commutandi . . . per placidam rei -is ęstimationem. **2** *subst. neutr.:* **a** *rhet. de exordio i. quod (contra propriam partem) mutari potest – das (gegen die eigene Partei) Ver-, Umänderbare (cf. Cic. inv. 1,18,26):* ANSELM. BIS. rhet. 1,4 p. 111,15 vitia . . . esse . . . commune, -e (-em *C*). p. 112,3. CONR. MUR. summ. p. 144,11sqq. (ed. W. Kronbichler. 1968) con-e. **b** *philos. i. q. res, quae permutari potest – Tauschware:* ALBERT. M. eth. 5,2,10 p. 360a,28 omnia -ia numismate oportet appretiari *eqs.* pol. 1,7t p. 55b,26 erat *numisma* utilis mensura omnium -ium. *ibid. al.*

adv. **commutabiliter.** *convertibiliter, mutuo – umkehrbar, wechselseitig:* ALBERT. M. anal. post. 1,2,13 p. 52a,43 quae *(passio)* dicitur esse 'proportionale, quod -r' (*p.74a,18* ἐναλλάξ) est, quod intelligitur esse commutatio proportionis (p. 52b,6).

***commutabilitas,** -atis *f.* **1** *mutabilitas, varietas – Veränderlichkeit, Wandelbarkeit:* AETHICUS ISTER 13 pubiscentem sine -e aetatis . . . fortitudine⟨m⟩. ALBERT. M. caus. univ. 1, 1,5 p. 371a,34 formarum. summ. theol. I 5,23,1,1,2 p. 170b,12 videtur, quod aeternitas sine variatione non sit nec sine -e. **2** *possibilitas permutationis – Möglichkeit des (Aus-)Tausches, Austauschbarkeit:* **a** *iur.:* TRAD. Ratisb. 63 (a. 863/85) convenit inter . . . episcopum et quendam hominem . . . de -e aliquarum rerum (68). TRAD. Scheftl. 29 aliquas res pro -e et compendio inter se commutare. **b** *philos.:* ALBERT. M. eth. 5,2,9 p. 356b,4 -s domus in calceamentum et e converso.

***commutarius,** -a, -um. *ad permutationem pertinens – Tausch-:* DIPL. Loth. I. 11 p. 76,1 (ed. Th. Schieffer. 1966) quę *(res et mancipia)* . . . -o ordine . . . conquisivit *episcopus.*

***commutatim** *v.* 1. commuto.

commutatio (conm-, -cio), -onis *f. script.:* cum-: FORM. Marculfi 2,1 l. 78 (ed. A. Uddholm. 1962). CHART. Bund. 387 p. 287,21. *al.* cumu-: CHART. Bund. 387 p. 287,17. *ibid. al.*

comu-: Lex Ribv. 77 *cod. A 3*. Trad. Frising. 730. *al.* -mot-: Gloss. I 505,4 St.-S. *cod. g.*

I *mutatio – (Ver-)Änderung, (Um-)Wandlung:* **A** *gener.:* Ermenr. ad Grim. 13 p. 548,10 -o 'di' litterae tantum in Grecis nominibus fuit, ut 'baptizo'. Chart. Mog. A I 542 p. 450,15 -em . . . de non legali ad legale . . . factam infringere. Const. I 159,1 quamquam rerum -o ex ipsa corporali institutione possit firma consistere. Chart. archiep. Magd. 325 huius rei *(sc. donationis)* . . . quasi in melius -em . . . prohibemus. *c. sensu gubernationis (cf. Vulg. psalm. 76,11* mutatio): Vita Vicel. 321 divine sacra -o dextre . . . mala pellens, tempora mutans. *al.* **B** *spec.:* **1** *philos.:* Adalbold. Boeth. 247sq. motus species tres sunt principales: inmutatio, -o, transmutatio; . . . -o . . . *est* ex esse in esse aut per qualitatem aut per quantitatem. **2** *alch.:* Mappae Clavic. 80[capit.] eris -o (Compos. Matr. 42[capit.] e. -o in aurum). Alfred. Angl. miner. p. 45,3 continuacionem non facit *terra pura*, sed -cionem (discontinuationem *Manget*). **3** *math. i. q. transmutatio – Umstellung:* Mathem. var. Bubnov p. 271,8 in -e digitorum in decenis et articulorum in centenis.

II *vicissitudo, alternatio – Wechsel, Auswechselung:* **A** *gener.:* Conc. Merov. p. 144,10 quae vestim -e . . . puellae religionem . . . fuerint . . . professae. Rud. Trud. gest. 4,12 in qua *(domo)* postea tantas fieri -es officinarum vidimus, ut *eqs.* 6,1 abbatum -es (*sim.* Rud. Trud. [?] gest. 9,2 ut . . . tredecim fierent -es . . . alio alium eiciente). Annal. Rod. a. 1121 p. 701,25 -e cleri facta statuit regulam sancti Augustini. **B** *spec.:* **1** *iur.:* Chart. episc. Halb. 1040 l. 25 (a. 1262) ut fiat -o de personis. **2** *philos. (de ratione possidendi):* Albert. M. eth. 5,2,3 p. 342[b],24 quae *(species iustitiae)* est in -bus (*p. 1131[a],1* συναλλάγμασι), qua res possessa ab uno . . . commutatur in alterum. p. 342[b],29 -um . . . duae sunt partes: quaedam . . . sunt voluntariae, quaedam . . . involuntariae; voluntariae . . . sunt . . . venditio, emptio, mutatio *eqs.* (*sim.* pol. 1,7[g] p. 56[a],5sqq.). p. 343[a],17 involuntariarum . . . -um duae sunt partes: . . . occultae et . . . manifestae; occultae sunt . . . furtum . . ., moechia . . ., veneficium *eqs.* 5,2,6 p. 350[a], 20 in -bus . . . agentis et patientis. *ibid. al.* **3** *gramm.:* Alex. Min. apoc. 2 p. 37,15 'estis . . ., habent . . .': -o personae fit (p. 37,25 personarum). **4** *mus.:* Remig. Altiss. mus. p. 78[b], 26 'transitum' vocat *Martianus Capella (9,964)* -em, cum . . . fit transitus . . . de sono in sonum *eqs.* Aeg. Zam. mus. 8 p. 380[a],35 ad vocum *(i. e. syllabarum 'ut, re, mi' eqs.)* mutationes seu -es calamum convertentes dicimus, quod 'C fa ut' duas habet mutationes, videlicet 'fa ut', 'ut fa' *(de re v. Riemann-Musik-Lexikon. Sachteil. 1967. s. v. Mutation).*

III *permutatio invicem facta, actio permutandi, cambiatio – (Aus-)Tausch(handlung), Vertauschung (cf.* Gloss. I 583,19 St.-S. -em auirwanta. *al.):* **A** *gener.:* **1** *in univ.:* Otloh. Alt. 16 (MGScript. XV p. 845,21) cum . . . monachorum et sanctimonialium -em . . . consummasset *matrona.* Chart. Babenb. 231 non est felicior -o, quam si temporale detur pro ęterno. **2** *c. colore quodam i. q. praemium – Belohnung:* Gesta Camer. 1,99 p. 442,15 -em multae mercedis pollicebatur. **B** *iur. et publ. (saepius i. q. pactum permutationis – Tauschvertrag, e. g. l. 58. 68. p. 1016,1sq.):* **1** *proprie:* **a** *in univ.:* **α** *spectat ad possessiones, mancipia sim.:* Leg. Wisig. 5,4,1[capit.] ut ita valeat -o sicut et emtio. Form. Wisig. 27 causa -is dare. *saepe (v. ind.).* Dipl. Merov. I 19 p. 20,20 alequid . . . per con-cionis titolum . . . minoere. Capit. reg. Franc. 192,5 ubicumque -es . . . utiles ecclesiis Dei factae sunt, permaneant. Trad. Frising. 671 p. 566,8 -es peractas videns et audiens scripsi. Trad. Ratisb. 78 p. 72,25 licentiam . . ., ut -o esset usque ad quinque hobas. Chart. Turic. 132 p. 55,2 prediorum. Trad. Frising. 1085 convenit . . . -em facere . . .: tradidit . . . mancipia . . . redimans *(sic)* . . . servum . . . liberum faciendum *eqs.* Dipl. Heinr. II. 307 p. 385,40 quicquid . . . episcopus . . . per -em aut precariam . . . adquisivit. Chart. Hersf. 116 p. 206,13 vicaria -o quorundam hominum. Chart. Bund. 885 quod nec vendicione vel contumacione *(leg.* con-cione, *cf. ind.)* a . . . conventu . . . alienentur *solamina. persaepe. v. et p. 1016,55. de contractu precariae:* Trad. Frising. 1031[tit.] (a. 899) -o . . . episcopi et viduę. 1032[tit.] *al.* Chart. Rhen. med. I 186[tit.] -o inter . . . abbatem et Arnolfum. **β** *spectat ad merces, libros:* Dipl. Otton. III. 283 p. 708,28 quae *(naves)* . . . alicuius rei -e . . . missae fuerint. Trad. Frising. 1322 -em *librorum* agere. Hist. Walc. 4 p. 506,18 frequentia . . . diversarum gentium . . . solito more conveniebat, quo mercimonii sui -es fierent. **b** *c. colore quodam:* **α** *acceptio – Einlösung, Annahme:* Leg. Wisig. 7,6,5 qui . . . petierit pro eius *(solidi aurei)* con-em mercedem. **β** *emptio – Einkauf:* Chart. Wirt. II app. 1 p. 415,15 (s. XII.[med.]) ad con-em victualem xxxviii solidos. **γ** *solutio – Zahlung:* Chart. Wirt. II 324 (a. 1147) ecclesiam . . . pecunie nostre con-cione . . . conparavimus. **δ** *traditio – Übertragung (ni spectat ad l. 53sqq.):* Ortl. chron. 1,8 p. 44,4 allodium . . . petiit sibi ad emendum dare, . . . xx marchas argenti pro hac -e voluit persolvere. **ε** *actio cambiandi – Umtausch:* Hist. de exp. Frid. imp. p. 26,11 in . . . con-e denariorum vel argenti. **ζ** *compensatio – Ausgleich:* Chart. Naumb. 418 p. 373,22 (a. 1204) in restitucione et -e . . . concambii . . . restituerunt possessiones. **2** *meton.:* **a** *charta permutationis – Tauschurkunde:* Dipl. Merov. I 62 p. 55,35 -em . . . ostendidit relegendam. Form. Marculfi 1,30 (ed. A. Uddholm. 1962) preceptum a modo -cionis . . . fieri decrevimus. Form. Turon. add. 7 -es vel qualibet instrumenta. *saepe (v. ind.).* Regesta Alsatiae 355 (ed. A. Bruckner. 1949) -cionem rogatus scripsi. Trad. Ratisb. 22 p. 28,26 duas -es pari tenore conscriptas . . . inter se fieri . . . rogaverunt (Dipl. Loth. I. 95 [ed. Th. Schieffer. 1966] d. -es aequalem habentes tenorem obtutibus nostris detulit. *saepe*). Dipl. Otton. III. 360 p. 789,24 ipsis . . . -es . . . iniuste . . . factas propriis manibus . . . incidentibus. Epist. Teg. I 39 ut -em fieri . . . mercationis precipiatis. *saepe. testatio permutationis – Tauschbescheinigung:* Liber diurn. 37 -em parti ecclesiae emittat. **b** *res permutata – Tauschobjekt, -gut:* **α** *res in permutationem data, remuneratio – Tausch-, Gegenleistung:* Trad. Frising. 83 (a. 776/83) sine ulla -e donatum . . . esse volo (127[b]. *al.* Trad. Patav. 28[c]. Cod. Bald. 23. *sim.* Chron. Reinh. a. 1208 p. 575,32 rex inferior [*sc. Otto IV.*] . . . absque ulla -cione . . . ad summa erigitur [*cf. Vulg. Is. 55,1*]). Altmann. Niv. 9 (MGMer. V p. 167,19) possessionem sancto Nivardo -e ab eo sumpta tradidit. Trad. Frising. 1227 ut retribueret -em. Thietm. chron. 6,44 custos effectus sum annuente id antecessore meo ob acceptam -em sibi placitam. Gesta Camer. 3,5 si pro tanta -e *(sc. liberatione comitis)* sibi gratiam . . . imperatoris . . . resarcirent. Dipl. Heinr. III. 208[a] p. 275,44 quod *(bonum)* . . . inter alias -es datum est cenobio. Dipl. Conr. II. 228[a] p. 311,6 inequalem . . . esse -em pro . . . bono dato. Trad. Ror. 96 (QuellErört-BayerGesch. N. F. XXI. 1966) pro . . . area abbas . . . predium . . . pro -cione tradidit. Chart. Carniol. II 168 p. 131,34 sibi *(sc. uxori)* . . . villam patrimonii mei . . . pro -e *(sc. alienatae villae eius)* contuli. *al. adde:* Froum. epist. 17 reliqui . . . librum Iuvenalis . . . pro -e arithmeticę Boetii. **β** *res permutatione acquisita – Erwerbung durch Tausch:* Chart. Turic. 145 (a. 883) ut . . . utraque -o firma . . . permaneat. Cod. Odalb. 84[tit.] -o inter viros Dei . . . et eiusdem -is canonicorum conplacitatio cum archiepiscopo. *al.* **c** *pretium permutationis – Tausch-, Gegenwert:* Alcuin. epist. 8 p. 33, 24 quas *(libras)* . . . dimisi ad commutandum vel vendendum illarum pretium vel -em. Chart. episc. Halb. 525 l. 18 (a. 1220) licet -o in parte eorum *(fratrum)* ad sex solidos . . . decrevisset et in partem aliam excrevisset. **C** *philos.:* **1** *spectat ad merces sim. (saepius i. q. negotiatio permutandi – Tauschhandel, e. g. l. 63sqq.):* Albert. M. eth. 5,2,9 p. 355[b],28 -o . . . fit . . . secundum proportionem valoris rei unius ad valorem rei alterius *eqs.* 5,2,10 p. 358[a],42 propter -em (*p. 1133[a],29* ὑπάλλαγμα) necessitatis . . . numisma inventum est *eqs.* p. 360[a],30 -e (*p. 1133[b],15* ἀλλαγή) . . . existente semper manet communicatio. pol. 1,7[a] p. 53[b],12 'propter . . .' -em chrematisticam. 1,7[b] p. 54[a],33 'ambo . . . calceamenti usus, calceatio . . . et -o' (*p. 1257[a],9* μεταβλητική). *ibid. saepe. v. et p. 1017,18sq.* **2** *spectat ad proportionem sim. i. q. convertibilitas – Umkehrbarkeit:* Albert. M. anal. post. 1,2,13 p. 52[b],4 passio, quae vocatur -o

[Schmidt]

proportionis sive proportionalitatis sive proportionale, quod commutabiliter est. *v. et p.1014,52.* **D** *rhet. i.q. antimetabole – wechselseitige Vertauschung (cf. J. Schneider in: Literatur und Sprache im europ. Mittelalter. Festschrift Karl Langosch. 1973. p.232sqq.):* ONULF. rhet. I 23 est . . . -cio, cum duae sententiae inter se discrepantes ex transiectione ita efferuntur, ut a priore posterior contraria priori proficiscatur *(ex Rhet. Her. 4,28,39).* CONR. MUR. summ. p.92,199 (ed. W. Kronbichler. 1968) con-o fit, dum clausula dispariatur unaque de reliqua quasi traiectim generatur.

***commutativus,** -a, -um. **1** *adi.: ad mutationem (possessionis) spectans – auf (Besitz-) Wechsel bezogen:* ALBERT. M. eth. 2,2,7 p.188^{a},22 distinguentes iustitiam in . . . -am et distributivam (5,2,7$^{capit.}$ quod iustitia -a stat in aequalitatis medio. *ibid. al.*). **2** *subst. fem.: permutatio mercium – Tauschhandel:* ALBERT. M. pol. 1,7^{e} p.55^{a},24 'talis . . . -a' (*p.1257^{a},28* μεταβλητική), rerum scilicet ad res, neque praeter necessariam commutationem est *eqs.* 1,7^{f} p.55^{a},41 'ex . . .' naturali et possessiva commutatione 'facta est illa', quae non est naturalis -a *(an subest adi.?). ibid. al.*

***commutator** (conm-), -oris *m. script.:* cum(m)-: CHART. Bund. 387 p.287,17.35. *v. et l.26.* comu-: *l.24.* **1** *qui vicissim permutat – Tauschpartner:* CHART. Ital. Ficker 17 p.23,14 (a.892) unus alteri ipsi comu-es . . . res sibi invicem . . . tradiderunt. CHART. Bund. 445 p.344,27 ad invicem recepit . . . a . . . cumu-e suo . . . utiliorem rem. 459 con-es . . . promiserunt . . . res inter se datas . . . guarentare. CHART. Carinth. V 36 nostris -bus . . . assignamus. *al. qui permutando acquirit – Erwerber durch Tausch:* CHART. scrin. Col. B 1125 p.288,14 (c.1270) emptor, -r sive possessor . . . marce nichil iuris habeant. **2** *fort. i. q. mensarius – viell.: Geldwechsler:* CHART. Stir. I 291 (c.1150) Ellenhardus -r de Nouwenchirchen tradidit . . . vineam.

***commutatorius** (conm-), -a, -um. *ad permutationem pertinens – zum Tausch gehörig, Tausch-:* CHART. Naumb. 261 p.244,40 (a.1168) abbatissa . . . necnon . . . prepositus cum . . . advocato con-o modo agebant. *permutatione acquisitus – durch Tausch erworben:* CHART. Carinth. III 749^{a} p.294,8 (a.1142) de . . . hereditario predio seu de -o.

1. commuto (conm-), -avi, -atum, -are. *script.:* cum-: CHART. Laus. (SchweizZGesch. 12. 1962. p.362,24sq.). com(u)-: *l.46. p.1019,46. adde* CHART. Sangall. A 55. CHART. Bund. 134 p.109,2. *al.* -mit(o): FORM. Sal. Merk. 19 *cod.* -mitt(o): *p.1018,8.46. adde* DIPL. Ludow. Inf. 60 *cod.C^{2}.* LEX fam. Worm. 21 *cod. 3.* -mot(o): TRAD. Frising. 66. DIPL. Karoli III. 86 comotandi. GLOSS. I 648,35 St.-S. *cod. g.* -mod(o): *p.1018,48. depon.: p.1018,66.*

I *immutare, convertere, transformare – (ver)ändern, umwandeln, verwandeln:* **A** *gener.:* **1** *in univ.:* ALDH. ad Acirc. 140 p.194,15 'ex' praepositio interdum 'x' litteram . . . in 'f' -at. WALAHFR. Wett. 920 quod *(sc. finem epistolae)* . . . -ans aliter conscribere. HRABAN. carm. 9,32 -ans lacerum iam facias placidum. epist. 50 p.505,25 textum . . . operis. THEOD. AMORB. (?) Tryph. et Resp. p.291,10 neglectum opus -minare *(cod.)* . . . in melius (RUD. TRUD. gest. 3,1 in m. stilum -are. *al.*). CHART. Worm. 43 p.34,6 domum . . . ducis in ęcclesiam . . . -vi. HERM. IUD. conv. 6 p.88,18 (ed. G. Niemeyer. 1963) comites . . . in monasterium illud *(castrum)* . . . -arunt. *al. intrans. i. q. se mutare – sich ändern:* VITA Landel. 6 -ans tempore nullo *trinitas.* **2** *c. colore quodam:* **a** *obi. res:* **α** *aliter ponere – anders stellen:* FRID. II. IMP. art. ven. 2 p.161,5 si manus falconarii commoveatur . . ., falco facile -at pedes suos (p.232,26). **β** *invertere – umkehren:* AGIUS vita Hath. 19 cuncta in contrarium versa . . . spem in desperationem -verunt. *refl. vel medial.:* AMALAR. ord. antiph. 32, 10 ad loca, ubi ordo *antiphonarum* se -verit. ALBERT. METT. div. temp. 2,21$^{in.}$ ne . . . -to aestu in arido consisterent *naves.* **γ** *mutando recipere – verändernd übernehmen:* RIMB. Anscar. 25 p.55,34 verbum, quod de prophetia Hieremiae . . . -tum est. **b** *obi. anim.:* **α** *(mutando) efficere – (durch Umwandlung) machen:* TRANSL. sang. Dom. in Aug. 14 ut . . . ex discolis fratribus . . . obedientiae sectatores -ret. **β** *refl. de avibus i. q. se convertere, se conferre – sich umstellen, sich (hin)wenden:* FRID. II. IMP. art. ven. 1 p.31,17 non -ant se de carnibus ad comedendum alia cibaria (*sim.* p.31,21 de uno ad aliud). p.43,27 -ant se . . . ad pullificandum ad loca propinqua. **B** *spec.:* **1** *iur.:* **a** *in univ.:* CHART. Gosl. I 301 p.327,9 (a.1174/95) dande sunt II maldrate humuli . . .; sed modo -vimus humulum in triticum. CHART. Rhen. med. II 142 p.185,23 iura in certam summam denariorum . . . -mittaverunt ([*falso*]. *postea:* -verunt). *al. spectat ad pretium:* CHART. episc. Halb. 779 p.82,30 (a.1247) sive moneta fuerit vel in maius vel in minus -ta. **b** *c. colore quodam:* **α** *irritum facere – rückgängig machen:* FORM. Sangall. II 11 ut . . . negotium -etur . . . et . . . ad antiquos dominos utraque possessio revertatur. CHART. Sangall. A 173 solvat duplum, quod carta ista continet, cui -are voluerit. *ibid. saepe (v. ind.).* **β** *extollere – erheben:* CONST. I 159,4 (a.1156) marchiam Austrie in ducatum -vimus (-amus *2.4d*). CHART. episc. Halb. 515 l.39 prior in prepositum -etur. **2** *alch.:* COMPOS. Matr. 62,2 quod si vis hic -are. **3** *math. i. q. transponere – umstellen:* MATHEM. var. Bubnov p.253,24 eos *(digitos et articulos)* . . . -bis in maiores sedes *abaci,* X et C. p.256,6 -bis digitos in centenis et articulos in millenis. *ibid. al.*

II *mutare – (aus)wechseln:* **A** *gener.:* **1** *de hominibus:* BEDA hist. eccl. 5,7 p.293,29 con-asse . . . sceptrorum insignia. WALAHFR. carm. 38,31 qua *(saevitia)* saepe coactus -asti habitum *(cf. Vulg. III reg. 14,2).* **2** *de avibus ('mausern'):* ALBERT. M. animal. 23,143 in eodem nido plumas -ans exuit. **B** *spec.:* **1** *canon.:* CONC. Merov. p.107,7 quae in domibus propriis . . . con-tis vestibus convertuntur. **2** *iur.:* DIPL. Heinr. II. 25 advocatos . . . -ando . . . deponant (CHART. Babenb. 413 advocatum . . . in alium . . . -ando). **3** *philos. (spectat ad possessiones):* ALBERT. M. eth. 5,2,7 p.353^{a}, 38sqq. sicut est videre in vendere et emere . . ., lex cedit licentiam -andi . . .; quaedam enim -are prohibet *lex* sicut uxorem *eqs. v. et p.1015,32.* **4** *rhet.:* CONR. MUR. summ. p.92,194 (ed. W. Kronbichler. 1968) quando, quod est dictum, con-o per equivalentes voces . . ., interpretor. **5** *mus.:* HIER. MOR. mus. 12 p.49,12 una vox unius cantus mutatur, immo -atur in aliam alterius cantus *(de re v. supra p.1015,45).*

III *(invicem) permutare, permutando dare, cambiare – (aus-, ver)tauschen:* **A** *gener.:* CARM. de Herm. 12,2 (MG Poet. II p.136; c. s. IX.) praefecturam -vit in Christi militia. RAHEW. gest. 3,40 p.215,4 corpus . . . mortui cum vivis . . . -antes redemerunt *hostes.* CHART. Bund. 369 temporalia spiritualibus -are. CHART. Babenb. 179 p.241,19 terrena in celestia et transitoria in eterna felici commercio -amus (-mitt- *B3).* **B** *iur.:* **1** *in univ.:* LEG. Wisig. 5,4,14 servus vel ancilla, seu venditi . . . vel -ti ([commodati *R2*]. TRAD. Frising. 12 p.40,5 potestatem . . . vendendi, -andi. *saepe. cf. p.981,55*). FORM. Andec. 8 inter se campellus con-are. *saepe (v. ind.).* CAPIT. reg. Franc. 259,12 neque mancipia ecclesiastica quisquam nisi ad libertatem -et *eqs.* DIPL. Loth. II. 31 p.435,35 (ed. Th. Schieffer. 1966) qualiter . . . res . . . sue proprietatis cum rebus iuris nostri -are vellet. TRAD. Ratisb. 201 p.183,14 res aecclesiarum . . . in melius -are. DIPL. Heinr. II. 133 predia . . . erga predium. TRAD. Frising. 1362 iugera V dando et accipiendo -vit. DIPL. Loth. III. 31 p.48,8 ecclesie . . . legittimo concambio con-vimus et tradidimus abbaciam. CHART. Pomm. 235 p.292,29 (ed. K. Conrad. 1970) villam per aliam . . . in concambium rationabiliter -vimus. CHART. Brixin. 144 p.154,7 alienare vel -are castrum . . . et homines illi castro pertinentes. *persaepe. adde:* THIETM. chron. 6,16 mercatores . . . ab Gisillero primitus acquisitos ac diu -tos reddidit. *depon.:* TRAD. Corb. A 175 p.263,34 (ed. K. A. Eckhardt. 1970; a.856/77) ut possessiones suas . . . pro utrarumque partium utilitate -ari deberent (*sim.* B 311 p.219,24). **2** *c. colore quodam:* **a** *permutando acquirere – durch Tausch erwerben, eintauschen:* STEPH. EDD. Wilfr. 22 regione . . . -ta a regina . . . domum . . . fundavit. DIPL. Loth. I. 2 p.53,40 (ed. Th. Schieffer. 1966) res . . . -tas iure proprietatis tenere. DIPL. Ludow. Germ. 47 p.63,31sq. res et mancipia, quę a nobilibus hominibus . . . ęcclesię suę -are valeret. 152 rex . . .

[Schmidt]

clericum . . . de aecclesia . . . cum suo . . . clerico -vit. DIPL. Karoli III. 161 famulum . . . -verat et in recompensatione eiusdem mancipii . . . tria . . . dederat. CHART. Bund. 131 loca . . . per concambium . . . transmutationis de abbatia . . . -vimus. *al. refl. c. sensu se redimendi:* TRAD. Asbac. 85[b] (QuellErörtBayerGesch. N. F. XXIII. 1969; a. 1185/95) -vit se ipsum tradens alium servum pro se. **b** *vendere – verkaufen:* WIPO gest. 33 p. 53,31 qui *(principes)* . . . triginta Iudaeos pro uno nummo -verant. **c** *cambiare – umtauschen:* CHART. Babenb. 344,6 (a. 1239) denarios . . . pro argento vel auro . . . libere -are. **C** *philos.:* ALBERT. M. eth. 5,2,10 p. 360[b],29 res dupla . . . pro re maioris valoris -batur. pol. 1,7[b] p. 54[a],23 ut . . . calceamentum -etur (*p. 1257[a],10* ὁ ἀλλαττόμενος) pro numismate eiusdem valoris. 1,7[d] p. 55[a],16 -bant (*p. 1257[a], 26* καταλλάττονται) res ad res . . . dantes et accipientes. 1,7[g] p. 56[a],43 'species pecuniativae . . ., campsoria' . . ., qua pecunia -atur in pecuniam ampliorem. *ibid. al.*

subst. **1. commutans,** -antis *m.* **1** *iur. i. qui vicissim permutat – Tauschpartner:* TRAD. Lunaelac. 7 p. 5,15 (a. 799) qualiter alter ab altero ipsi -es acceperunt. CAPIT. reg. Franc. 278,8 p. 346,16 si rectores . . . res, quas acceperunt in commutationem, neglexerunt et -es commutatas excoluerunt. **2** *philos. i. q. particeps mutationis (possessionis) – ein an einem (Besitz-) Wechsel Beteiligter:* ALBERT. M. eth. 5,2,3 p. 343[a], 15 in . . . -bus singularia conscientibus.

2. commutandum, -i *n. merx permutanda – Tauschware:* ALBERT. M. pol. 1,7[g] p. 56[a],15 quod *(numisma)* est mensura valoris omnium -orum.

3. commutatum, -i *n. possessio mutata – gewechselter Besitz:* ALBERT. M. eth. 5,2,7 p. 353[a],43 quando . . . ipsa -a fiunt secundum valorem *eqs.*

adv. ***commutatim.** *invicem – wechselweise:* ALBERT. M. anal. pr. 2,6,7 p. 776[b],30 ex affirmativis et negativis -m (*p. 66[b],6* ἐναλλάξ) positis . . . responsionibus. *ibid. al.*

2. commuto *v.* 1. committo *p. 974,36.*

***commutuatio** (-cio), -onis *f. permutatio (invicem facta) – (Aus-) Tausch, Vertauschung:* DIPL. Heinr. II. 519 (spur. c. 1100) irrita erit episcopi . . . -o sine . . . consensu . . . canonicorum. CHART. Burgenl. I 210 p. 157,20 villas duas alias in -cionem illarum, quas Pous usurpavit, . . . concedo.

***commutuo** (conm-), -avi, -atum, -are. *(invicem) permutare, permutando dare – (aus-, ver) tauschen:* DIPL. Heinr. II. 174[a] p. 209,39 (interp. a. 1052) decimam in novalibus . . . cum veteri decima non -ta . . . aecclesia retineat *eqs.* DIPL. Heinr. III. 307 p. 418,29 potestatem habeant . . . -andi (*antea* DIPL. Conr. II. 80 p. 109,2 comutandi). *al. permutando acquirere – eintauschen:* DIPL. Heinr. III. 61 p. 80,1 advocatus . . . decimationem ad ecclesiam . . . terminandam con-vit, quam mox . . . accepit. *Schmidt*

1. como, -psi, -ptum, -ere. *script.:* cum(ptus): *p. 1020,2.* coms(i): IOH. VEN. chron. p. 169,16. comt(us): *l. 71. p. 1020,35. 55.* cont(us): GLOSS. I 584,36 St.-S. *metr.* cŏ-: *p. 1020,15.*

I *gener.:* **A** *(affabre, pulchre) componere, conficere – (kunstvoll, schön) zusammenstellen, machen, schaffen (cf.* GLOSS. I 96,1 St.-S. -tus camahot): CARM. var. I 12,3 nil sine fine manet sub caeli cardine -tum. CHRON. Salern. 91 lancea mire magnitudinis -ere iussit (111 p. 123,16 turrem). GESTA Camer. 1,89 p. 434,14 ex eadem . . . alea quendam clericalem et, ut ita dixerimus, regularem . . . -ere ludum. **B** *ornare, excolere, (bene) instruere – schmücken, (ver) zieren, (schön) ausstatten:* **1** *corpor. (cf.* GLOSS. II 539,24 St.-S. -at chisubere. III 8,7 -bat hrustita. *al.):* **a** *obi. anim. (partes corporis: l. 63):* POETA Saxo 5,352 -bat gemma pedes varia. WALTHARIUS 212 triumphali redierunt stemmate -ti *milites.* HROTSV. Pel. 226 toga regali -tus *martyr.* gest. 622 regalis pompae vario -tus . . . decore *rex.* lib. 2 app. 2,24 mulier . . . fulget . . . nitida stellarum -ta corona. *al. v. et supra p. 901,57. (magnifice) circumdare – (glanzvoll) umgeben:* THANGM. (?) transl. Epiph. 1 princeps . . . episcoporum . . . -tus grege. **b** *obi. res:* HETTI epist. 2 (3) p. 278,18 ut, si . . . bene comtę ⟨non⟩ essent *officinae,* deinceps . . . ornarentur. WALAHFR. carm. 44,2,2 sacellum. WALTHARIUS 293 quod *(solium)* bissus -psit et ostrum. CARM. var. I 18,2 gemmis que *(arca)* cumpta coruscat *eqs.* DIPL. Arnulfi 165 loca . . . competenti ornatu -ta. LEO MARS. chron. 3,18 p. 711,13 codicem . . . pulchro nimis opere deintus -tam. 3,27 absidam . . . basilicae musivo. *al. adde:* METELL. Quir. 15,29 (ed. P. Ch. Jacobsen. 1965) purpureo -tus mutat sua cerula pontus *eqs.* **2** *spirit.:* **a** *strictius c. sensu insigniendi:* PAUL. DIAC. carm. 4,1,15 quem *(Arichim)* sic sapientia -psit, . . . ut *eqs.* (CARM. Cantabr. 26,6). WANDALB. martyr. 548 Adrianus Romam tunc sanguine -it. 670 hunc *(diem)* . . . Hilarion . . . -it. CARM. Salisb. 1,1[b],14 quem *(Adalrammum)* papa . . . -psit honore pio *(sc. pallii).* 16,2 locus . . . procerum de pignore -tus. WALTH. SPIR. Christoph. I 1 excellentiam prosapie -psit efficatia disciplinę. EPITAPH. var. II 111,13 tempus uterque *(Silvester II. et Otto III.)* -it clara virtute sophiae. *al.* **b** *latius i. q. colere – verehren:* CARM. Sangall. I 5,33 fideles, qui temet *(sc. s. Gallum)* -unt.

II *spec. de scriptis i. q. (arte, eleganter) conscribere, describere – (kunstvoll, schön) verfassen, darstellen:* ALDH. virg. I 60 p. 321,8 praeconium pudicitiae subtiliter -ere. ERMENR. ad Grim. 28 p. 566,30 poaetico coturno gesta . . . Galli -ere (*cf.* 33 p. 573,37 quam [*vitam*] Walafredus aplos -pserat absque pede). RADOIN. Pard. 4 (ASBoll. Mai VI p. 368) Pardi merita . . . exponere vel seriatim -ere. CHRON. Salern. 122 p. 134,34 epistolam. *al.*

adi. **comptus,** -a, -um. **1** *gener.:* **a** *compositus, colligatus – geordnet, geflochten:* CARM. Bur. B 92,3,2 Phyllis coma libera, Flore -o crine. **b** *ornatus, decorus, pulcher – geschmückt, schön verziert, schön:* **α** *corpor.* (*cf.* GLOSS. I 586,26 St.-S. mulier -a uuip kiziartaz): BONIF. epist. 9 p. 5,8 -orum vestimentorum. CAND. FULD. Eigil. II 14,86 martyr ubi -a requiescit in arca (17,132 in ara). CARUS Clem. 62 -is fornicibus. *al.* **β** *spirit.:* ALDH. virg. I 58 p. 317,22 -am stoliditatis insolentiam. AUREL. REOM. mus. 18 p. 54[b],25 hi . . . octo toni . . . culmen musicae comtum reddunt disciplinae. *de hominibus i. q. insignis, praeclarus – ausgezeichnet, berühmt:* WALAHFR. imag. Tetr. 97 thesauris alii, meritis tu -ior esto. WALAHFR. (?) carm. 56,20 omnibus in rebus -us es atque bonus. FORM. Augiens. C 6 regi ill., plurimo augustice dignitatis stemate -issimo (*sim.* 18). ERMENR. Sval. praef. 1 p. 153,33 dum ubique urbanitate ac munimento divinorum eloquiorum -us . . . habearis. **2** *spec. de scriptis i. q. limatus, elegans – ausgefeilt, kunstvoll* (*cf.* GLOSS. II 44,10 St.-S. -ior est cerira is): WALAHFR. (?) carm. 56,7 Suevia . . . -is exilit odis. HROTSV. Gong. 13 carmine . . . -o . . . pangere facta sancti Gongolfi (EBERH. ALEM. labor. 617).

adv. **compte, *comptim.** **1** *venuste, pulchre – zierlich, schön:* AEDILV. carm. 7,21 in vestibus albis . . ., sed vario -m permixta colore . . . virgo . . . astare videtur. CARM. Cantabr. 30,3 -e corde crepent concinnantiam. RUODLIEB XV 92 equum . . . -e sat faleratum (*cf.* IV 5). **2** *praeclare – glanzvoll:* (AGNELL.) lib. pont. prol. p. 275,31 Gregorius alta salubris solvendi et contra . . . numina Petri -e habet. **3** *benigne, comiter – gnädig, freundlich:* PAUL. ALBAR. carm. 12, 1,30 celsus . . . prestans . . . placidum comte remedium (12,1, 71). IOH. METT. Ioh. 106 quae *(comitissa)* satis -e eum exceperat.

2. como, -are. *(coma) induere – (in Laub) kleiden, (mit Laub) bedecken (usu medial.):* ALBERT. M. Iob 14,9 p. 184,1 (ed. M. Weiss. 1904) *arbor* -atur foliis (*Vulg. Iob* 14,9 faciet comam). *cf.* comans, comatus.

3. como *v.* quomodo. **comocion** *v.* chamaeleon.

comodo *v.* quomodo. **comodus** *sim. v.* commo-.

comoedia (-med-), -ae *f.* (κωμῳδία) *fabula (scaenica) hilaris argumenti – Komödie, komische Dichtung (per pravam interpr. confunditur c. encomio, carmine mimorum: l. 69. 72, cf. p. 1021,31 sqq.):* **1** *de etym. et def.:* HONOR. AUGUST. anim. 2 -ae sunt, quae nuptialia cantant, ut Terentius. ALBERT. M. gener. 1,1,8 p. 352[a],20 sunt . . . -ae carmina laudis, quae cantant comici *eqs.* eth. 4,3,4 p. 325[a],15 -ae . . . et tragoediae ad requiem inventae sunt . . . et ideo in genere ludi continentur. pol. 7,15[k] p. 749[a],5 -a dicitur a κῶμος, quod

[Renner]

est villa, et comoedi sunt, qui in villis et congregationibus edunt carmina de laudibus heroum. *al.* **2** *de usu:* **a** *in univ. (plerumque spectat ad ludos scaenicos Graecorum vel Romanorum):* ALDH. ad Acirc. 10 p.90,12 qui *(Terentius)* cum -mediarum volumina Menandrum secutus non heroicis versibus componeret. RUOTG. Brun. 8 p.9,3 quę *(scurrilia et mimica)* in -mediis et tragediis a personis variis edita *eqs.* WALTH. SPIR. Christoph. II 1,101 Africa pręsentat secum -media Davum. ARIBO FRISING. mus. p.17,12 quamvis isti *(authenti)* ambulent in tragedia, illi *(plagales)* musitent in -media *eqs.* HUGO HONAUG. div. 13,2 (ArchHistDoctrLitt. 37. 1962. p.138) in -arum et tragoediarum repraesentationibus. ALBERT. M. eth. 4,1,13 p.293^{b},14 Megarenses -arum (*p. 1448^{a},31* τῆς κωμῳδίας) sunt inventores. 4,3,4 p.324^{a},45 ex -is veterum et modernorum. pol. 7,15^{k} p.748^{b},33. *al.* **b** *spectat ad carmina medii aevi:* SEDUL. SCOT. carm. 2,32,22^{b} verba -mediae. *in titulo libri:* CATAL. biblioth. Beinw. (ed. P. Lehmann, Erforsch. d. Mittelalt. II. 1959. p.160,3; c.1200) aurea gemma cum -media Birrie et Getę *(sc. Vitalis Blesensis).*

***comoedicius** (-med-), -i *m. histrio, mimus – Schauspieler, Komödiant:* TRAD. Frising. 1794^{d} (a.1220/30) Růdolfus come-us.

comoedus (-mm-, -męd-, -med-), -i *m.* (κωμῳδός) **1** *comoediarum scriptor – Komödiendichter:* HERIG. Ursm. 1,372 hinc satyrus, comędus hincque tragoedicus absint. MANEG. c. Wolfh. 9 p.63,5 (ed. W. Hartmann. 1972) prout natura singulorum viguit, alii comedi, alii lirici, satirici, tragedi effecti . . . animas peccantium seduxerunt. *fort. huc spectat:* IOH. DIAC. cen. 1,6,4 quam *(cenam)* sophista verax lusit divinis miraculis, . . . non -i (comedi, comm- *var. l.*) fabulis. **2** *(comoediarum) actor, histrio, mimus – (Komödien-)Schauspieler, Komödiant, Spielmann:* ALBERT. M. eth. 1,7, 17 p.131^{b},19 facta . . . hominum bona a -is et comoediis recitata *eqs.* p.132^{a},9 -us . . . libertate audientium remunerabatur. 4,1,13 p.293^{a},13 -is (*p.1123^{a},23* κωμῳδοῖς), qui in congregationibus rusticorum cantant et recitant facta hominum et parvo digni sunt *eqs.* p.293^{a},18 super -os . . . cortina de pellibus consuevit expandi, non purpura. *ibid. al. v. et l.1.*

comola *v.* cumulus. **comoneo** *v.* commoneo. *Renner*

comoro *v.* commoror. **comorreis** *v.* 2. haemorrhois.

comos *v.* comus. **comoto** *v.* 1. commuto.

comoveo *v.* commoveo.

***compacifico** (conp-), -avi, -are. *reconciliare – aussöhnen:* CHRON. reg. cont. II a.1209 p.185,1 Theodericus electus . . . eos *(episcopos disceptantes)* con-vit.

compacio *v.* 2. compactio.

compacisco (conp-), -pactum, -ere. **1** *pacisci, contrahere – vereinbaren, schließen:* HRABAN. epist. 29 p.446,22 si . . . ab inscientibus con-ta fuissent *coniugia.* **2** *decernere – beschließen:* DIPL. Conr. II. 198 p.263,38 hoc nostra parte ita est con-tum sicque definitum, ut *eqs. impers.:* ANNAL. Fuld. Ratisb. a.883 p.109,35 Marinus . . . *papa* ordinari -tum est.

EBERH. ALEM. labor. 977 -us omnis erit insufficiens numerare, in cathedra lites quot patiare graves. *al. v. et p.67,7.* **b** *latius:* **α** *designatio (paginarum) per ordinem numeralem facta – Numerierung:* ELIAS SAL. mus. 17 p. 36ª in quolibet libro -um foliorum libri ordinatim in quolibet folio debet poni. *ibid. al.* **β** *enumeratio, series – Aufzählung, Reihe:* GUIDO CIST. mus. p. 152ª quia in naturali -oto litterarum b non apposuerim rotundum. **2** *comput.:* **a** *in univ.:* CATAL. reg. Franc. (MGMer. VII p. 499,16) incipit -otum annorum ab inicio mundi (DONIZO Mathild. 2,1355 -us a. Christi. *cf.* LEO MARS. chron. 1,15 p. 591,38 annalis -i lectiunculas). BEDA temp. rat. 2,6 trimoda ratione -um temporis esse discretum *eqs.* 11,88 in -o (-u *var. l.*) lunae. hist. eccl. 2,19 p. 122,19 ne . . . contra paschales -os . . . aliud pascha celebrarent. *al.* **b** *ars computandi – Kunst der Zeitrechnung, Komputistik* (*plerumque de -o paschali, cf.* REINHER. PADERB. comput. 1,1 [ed. W. E. van Wijk. 1951] -otus est scientia inveniendi, quibus diebus et feriis annua festa redeant): COMPUT. cod. Bern. praef. de racione conpoti (BERTH. [?] annal. praef. p. 267,32 -oti . . . rationem . . . composuit *Herimannus*). CATAL. biblioth. Lehm. I 49 p. 249,35 cyclus magnus paschae et reliqua argumenta de -o in codice I. AGIUS comput. 2,1 -otus hic alfabeto confectus habetur. BOVO CORB. Boeth. 19 omnibus vel tenuem -i et astrologiae scientiam habentibus res nota est. ALBERT. M. summ. theol. II 11,59 p. 586ª,46 necesse est, quod in -o ecclesiastico annus lunaris excedat annum solarem undecim diebus. *al. v. et p.1129,38.* **3** *publ. et iur. i. q. ratio facienda – Rechnungslegung, Rechenschaft:* CHART. Rhen. med. II 152 p. 195,2 (a. 1196) quod . . . anno completo reddant coram fratribus -otum. URBAN. IV. registr. 617 damus sibi *(camerario)* . . . licentiam . . . computandi . . . seu ponendi -um cum vicariis . . . , recipiendi . . . ea, que ipsos *(vicarios)* per huiusmodi -a eidem electo debere constiterit. HERM. MIND. epist. 1 (RömQuartSchr. 33. 1925. p. 162,7) -um audire. CHART. Basil. C II 176 p. 99,10. *al.* **B** *meton.:* **1** *kalendarium (catalogo numerorum litterarumque ad artem computandi apto praeditum), liber artis computandi – Kalendarium (mit Hilfsliste von Zahlen und Buchstaben zur Zeitrechnung), Handbuch der Zeitrechnung, Kalender:* BEDA temp. rat. 14,18 nuper transmissus ad nos de Roma -us eorum *(Graecorum)* annalis. CAPIT. reg. Franc. 177,6 quae ipsis sacerdotibus necessaria sunt ad discendum, id est sacramentarium, . . . -otus. CATAL. biblioth. Lehm. I 50 p. 254,3 -um et cyclum in uno libello. I 16 p. 80,22 liber astrologiae et -otus Rabani et alius -otus in volumine I. TRAD. Frising. 742 antefonarium I, -otum I. REGINO syn. caus. 1 notit. 93 p. 26,17 -otum minorem, id est epactas, concurrentes, regulares, terminos paschales. VITA Burch. Worm. 2med. regulam canonicam . . . et -um . . . eam *(sororem)* discere praecepit. *al. huc spectare vid.:* GLOSS. III 655,50 St.-S. missalis missipuoh, conpotus zalpôh. **2** *liber annalium – Annalen-, Jahrbuch:* ADAM gest. 1,35 annos eius *(Rimberti)* et obitum decessoris sui repperimus in quodam -oto a Corbeia delato (1,45). **3** *kalendarium commemorationum – Totenkalender:* NECROL. I Mart. 13 p. 4 qui *(Adalpertus)* scripsit istum -um. **4** *liber censuum – Zinsbuch: v. p. 1096,25. cf. l. 51.*

II *numerus – (An-)Zahl* (*cf.* GLOSS. II 603,33 St.-S. de -oto fonnadero zala): DICUIL. epist. cens. app. (Cod. Paris. N. A. 1645 f. 14r) summa, numerus, -otus calculusque sinonyma. AUREL. REOM. mus. 8 p. 41ª,2sq. -us, -i, id est numerus; -us, -us, id est numeratio. ALBERT. STAD. Troil. 5,782 tamquam victores -otus ille creet. EPIST. Dominic. 85 cum eadem pars minor -o, bene maior auctoritate . . . videretur. *al.* *summa – Summe:* WALTH. MARCHT. hist. 50 erat . . . -otus expensarum XX librarum.

III *?mensura (longitudinis) – ?(Längen-)Maßeinheit:* Ps. AVIC. anim. 6,2 p. 198 quadrangulus est, quod habet -a in sua spatula tot, quot habet in unaquaque aliarum spatularum.

2. *computus, -us *m. calculatio, numeratio – Berechnung, Zählung:* **1** *gener.: v. l. 62.* **2** *comput.:* BEDA temp. rat. 55,1 de . . . -u *(sic?,* -o *var. l.)* articulari utrarumque epactarum. *v. et p.1133,13. ars computandi – Kunst der Zeitrechnung, Komputistik:* RUD. FULD. mirac. 15 p. 341,16 de -u (-o *var. l.*) confecit dialogum unum.

comsi *v.* 1. como. **comteptus** *v.* 1. contentus.
***comtissa** *v.* *comitissa. **comtor** *v.* comptor.
1. comtus *v.* 1. como. **2. comtus** *v.* 1. contus.
comulo *sim. v.* cumul-. **comum** *v.* conium.
comunalis *sim. v.* comm-. **comuniatas** *v.* communitas.
comunis *sim. v.* comm-. **comunus** *v.* communis.

1. comus (-os), -i *m.* (κῶμος) *vicus – Dorf:* CONR. HIRS. dial. 154 est . . . carmen . . . comicum, id est villanum; -os enim villa dicitur *(ex Bernh. Traiect.).* ALBERT. M. pol. 3,1n p. 213b,9 est . . . comicus chorus dictus a κῶμος, quod est villa. *v. et p.1020,72. cf.* come. *Dauser*

2. comus *v.* 1. comes. **comutatio** *sim. v.* commutatio.
con *v.* cum. **1. cona** *v.* icona. **2. cona** *v.* corona.
conabbas *v.* coabbas. **conabila** *v.* cunabula.

conabilis, -e. *dignus qui temptetur, utilis – versuchenswert, lohnend:* CHART. Gosl. II 216 (a. 1275) cum . . . hoc factum -e nullam ecclesie contineat lesionem.

conabula *v.* cunabula.

conamen, -inis *n. script.:* quo- *(var. l.): l. 47.* canom-: TRAD. Frising. 438 canomine. *plur. sensu sing.: l. 55.*

1 *adnisus, contentio, studium – Anstrengung, Bemühung, Eifer* (*cf.* GLOSS. II 748,17 St.-S. -e vlize): **a** *corpor.:* ALDH. virg. I 50 p. 306,8 vestibulum . . . irrumpere enixo -e. RUD. FULD. mirac. 2 p. 331,11 linteum . . . nullo -e de capite potuit abstrahere. REGINO chron. a. 873 p. 106,28 summo resistebat -e. NICOL. LEOD. Lamb. 16 (MGMer. VI p. 424,42) lancea . . . magno librata -e. FRID. II. IMP. art. ven. 2 p. 190,27 ex quo timore inquietaret se *falco* et magno -e niteretur evadere. WILH. SALIC. chirurg. 3,21 p. 349B cum leviori . . . humeri . . . violentia et -e. *al.* **b** *spirit.:* ALDH. virg. II 89 praecepta Dei toto -e mentis conservare. RIMB. Anscar. 1 p. 19,18 maiori -e adversa quaeque obicit *diabolus.* DIPL. Ludow. Inf. 78 p. 216,15 nocturno sacri propositi -e atque diurno. HROTSV. Theoph. 202 pervigil in sacris summo -e votis. EPIST. Teg. I 4 cordis. HIST. de exp. Frid. imp. p. 37,21. *saepe. in chartis:* TRAD. Patav. 55ª (a. 802) ut ipsas res usitare et emeliorare omni conc-e *(sic?)* contendam. CHART. Babenb. 189 p. 261,19 ecclesiam . . . oppressam toto studii nostri -e . . . interposito . . . liberavimus. CHART. Bund. 958 p. 388,21 toto -nime *(sic)* sub debito iuramenti me opponam. *saepe.* **2** *attemptatio, coeptum – Versuch, Unternehmung, Unterfangen:* **a** *in univ.:* LEG. Wisig. 3,1,4 p. 125,7 per repugnantia nature -a (qu- *R1*) maribus puellulas anteponunt. POETA Saxo 2,70 vindictae . . . -a. CHART. Argent. I 49 ob nefandi -is ausum. ALBERT. M. resurr. 107 p. 308,51 'arma' . . . sunt impia -a, quae remanent in damnatis. CLEM. IV. registr. 674 p. 698,14 terras aggredi temerarie presumptionis -e attemptavit. *al. c. sensu exsecutionis:* WILLIB. Bonif. 1 p. 6,5 ut . . . a propositi huius -e eum cohiberet. **b** *c. colore quodam:* **α** *ausum – Wagnis:* COD. Lauresh. 19 p. 298,10 (a. 1170/75) ne tam gravia conveniendi inirent -a. **β** *munus – Aufgabe:* DIPL. Loth. I. 64 p. 174,21 (ed. Th. Schieffer. 1966) inter caetera regiae dignitatis -a. **γ** *calumnia – unrechtmäßiges Vorgehen:* TRAD. Ratisb. 17 p. 20,18 (a. 820/21) ut . . . omnia . . . in ea potestate absque omni -e perdurant. CHART. Heinr. Leon. 52 p. 76,24 qui predicta . . . aliquo -e infringere attemptaverint. **3** *voluntas, propositum – Absicht, Vorsatz, Plan:* CARM. Aldh. 2,66 iter suum -is gradientes. WALAHFR. carm. 21,13,2 haec -a nuntia tyranno. HROTSV. prim. 101 communi similis -e voti deservire Deo. RAHEW. gest. 4,58 hostium . . . -n (conatum *var. l.*) denunciavit. *al.* **4** *audacia – (Wage-)Mut:* HELM. chron. 32 p. 62,7 accepto -e regem aggressi sunt *eqs.*

***conangelicus** *v.* *coangelicus.
conangustus *v.* coangustus.

***conantia,** -ae *f.* (*orig. inc., ni cohaeret c.* συνάγχη, κυνάγχη) *de genere vel causa morbi fort. i. q. tumor faucium, angina – viell.: Schwellung der Atmungsorgane,*

Dämpfigkeit: MOSES PANORM. infirm. 2 p.104,10 quatuor humores sunt ... cause infirmitatum bestiarum, id est -a *(vers. Ital. vet.* squinansia, strangulione, *cf. notam ed.) eqs.* p.105,7 -a est flegmatis equi. p.105,10 status -e in capite bestie, in collo, pectore et medulla spinali usque ad medietatem dorsi *eqs.* 3 p.107,20 quando -a advenit in hyeme *eqs. ibid. al.*

***conarion,** *gen. pl.* -on *n.* (κωνάριον) *nucleus pini – Pinienkern:* PAUL. AEGIN. cur. 223 piperis, -on (*3,58* κωναρίων) ... ana ... ; aliud: cicerum crudorum, -on *(B,* -um *A)* ʒ II.

conarius *v.* coriarius.

conatio, -onis *f.* **1** *attemptatio – Versuch:* RICHER. REM. hist. 3,109 ructus -es sine effectu ... non deerant. **2** *tenesmos – Stuhlzwang:* ANTIDOT. Lond. p.20,9 facit ad ... -es et qui cum rasura sanguis eiciuntur (*cf.* ANTIDOT. Bamb. app. p.36,1 -e).

conatum *v.* conor.

1. conatus, -us *m. script.* -net-: CHART. Sangall. A 396. *metr.* cŏ-: *l.49.*

1 *adnisus, contentio, studium – Anstrengung, Bemühung, Eifer (cf.* GLOSS. I 494,35 St.-S. -us fliz. II 758,8 ⟨ad⟩ -um ilungo. *al.):* **a** *corpor.:* **α** *in univ.:* WALTHARIUS 1012 summis -bus ... contendunt. TRACT. de aegr. cur. p.280,45 tenasmon est difficultas egerendi cum maximo -u (GLOSS. Salern. p.19,26. *cf.* ALBERT. M. animal. 22,34 ex nimio -u deponendi). ALBERT. M. animal. 4,94 per ... -um vocis ... lucent ei *(ranae)* oculi. *al. in imag.:* WALAHFR. Mamm. hymn. 6,4 saevi draconis conterens sacris caput -bus. **β** *de laborepartus (in imag.): v.p.1181,26.* **b** *spirit.:* LIBER diurn. 87 p.115,12 ut divina placetur vestro -u clementia. WALAHFR. carm. 14,9,3 quam *(carnem)* ni ... -bus intimis ad veram retrahas viam. THIETM. chron. 4,53 -u mentis summo. BERTH.(?) annal. praef. p.267,28 humanitatis omnifariae -u (-o *var. l.*). DIPL. Loth. III. 20 p.29,41 piis eorum -bus libenter affuimus. CONST. II 195 p.240,10 omnes -us virium ad ultionem iniuriarum ... obtulerunt. STATUT. ord. Teut. p.117,20 ne ... -u suo ... studeant elicere singuli, quod habere nequeant universi. *saepe.* **2** *attemptatio, coeptum – Versuch, Unterfangen (cf.* GLOSS. I 493, 47 St.-S. -us pichunst): WALAHFR. Mamm. 19,35 vincere poenis -us. CHART. Sangall. A 389 -us sui privetur effectu. POETA Saxo 1,300 rex ... -us ... hostiles praevertitur. RUOTG. Brun. 24 p.25,25 a nefariis suis -bus ... repulsus est. HERIG. Ursm. 1,554 quem *(ordinem angelicum)* ... -us deduxit ad ima superbus. WIPO gest. 19 p.39,17 iniquis -bus insistebat. CHART. cell. Paulin. 45 abbas ... civium indebitos -us evicit. *al. temptatio – Versuchung:* LIUTPR. antap. 5,24 (vs.) mundi tumidos calcare -us. **3** *voluntas, propositum – Vorsatz, Absicht:* WETT. Gall. 15 -us eius praevalebat, qui honorem mundanum fugiebat. 16 in quo -u presbyter reversus est. *v. et p.1134,65.*

2. conatus *v.* cognatus.

***conaurus,** -i *subst. (orig. inc., ni cohaeret c.* κόγναρος) *genus fruticis, fort. i. q. Zizyphus spina Christi (L.) – Strauchart, viell.: Christusdorn:* RECEPT. Sangall. I 62 colligis pumunculus de -o.

conb- *v.* comb- *praeter:*

conberba *v.* conferva. ***conbulsus** *v.* 1. *convulsus.

conca *v.* concha. ***concablum** *v.* *concambium.

concabus *v.* concavus.

concacatus (cun-, -c(h)aga-), -a, -um. *stercore plenus, merda inquinatus – voll Kot, mit Kot beschmutzt:* GREG. CAT. chron. II p.35,21 Cisterna ... et fossatus de Battalia infecta et -a *(v. notam ed.). subst. masc.:* LEX Sal. Merov. 30,2 si quis alterum -gatum ([concatum *var. l.,* -um *ed. Her.*]. '*Scheißkerl*' *ed.*) clamaverit (LEX Sal. Pipp. 49,3. LEX Sal. Karol. 32,2 -chagatum [cun-tum *var. l.*]).

concaedes *v.* concides. **concaedo** *v.* concedo.

concagatus *v.* concacatus.

***concaldo,** -are. (cal(i)dare) *(con)fovere – (intensiv) wärmen:* ANTIDOT. Glasg. p.117,24 pannum ad sthomacum -andum.

concalesco, -calui, -ere. **1** *proprie i. q. calidum fieri – warm werden (cf.* GLOSS. I 80,2 St.-S. -uit inuuarmet. *al.):* UFFING. Ida 1,20 vitali quadam intrinsecus perfusione corpus eius *(contracti)* ... -uit. CARM. var. Walther 1,92,3 quicquid nutris *(sc. hiems)* frigidum, per nos *(sc. aestatem)* -it. *(potu) incalescere – (beim Trunk) in Hitze kommen:* CARM. Bur. B 203,1,6 concurrunt in estuario, qui regnant cum Decio, et postquam -unt *eqs.* **2** *in imag. vel translate i. q. ardescere – entbrennen:* ARNOLD. RATISB. Emm. 2 p.1054^{D} in fervore laudis ... hominem exteriorem cum interiore ... placet -ere. NIVARD. Ysengr. 7,478 christicolę populi ... iras barbariem contra -uisse. HERBORD. Ott. 2,29 (ed. J. Wikarjak. 1974) flamma ... fidei ... progrediente -uit civitas universa. *al.*

***concalis** *v.* *conchalis.

***concambia,** -ae *f. commutatio, pactum permutationis – (Aus-) Tausch, Tauschvertrag:* CHART. Rhen. inf. I 48 (a. 834) -am infrangere. DIPL. Conr. II. 124 p.170,11 cui *(decreto)* ... curtis inerat -a inter ... inperatorem atque Bovonem ... peracta. CHART. Col. (MittStadtarchKöln. 51. 1966. p.321,21) ecclesiam ... castellano ... per -am dedit.

***concambialis,** -e. *ad commutationem pertinens – Tausch-:* CHART. episc. Halb. 252 (a. 1157) que -is ratio ut ... rata sit.

adv. ***concambialiter.** *modo commutationis – durch Tausch, tauschweise:* DIPL. Otton. II. 228 prędium, quod ab ... ępiscopo -r mutuantes acquisivimus (CHART. Hersf. 115 p.204,21). CHART. episc. Halb. 252 quos *(mansos)* ... abbati -r dedit.

***concambiatio,** -onis *f. script.* -mpi-: TRAD. Brixin. 187^{a}. *commutatio, pactum permutationis – (Aus-) Tausch, Tauschvertrag:* CHART. Sangall. A 381 p.356,17 (a. 839) cartulam -is. 420 -em de illis rebus aliis cum hominibus facere. GREG. VII. registr. 6,5^{a} quod *(castrum)* conquisitum habeo per -em. *al. meton. i. q. charta commutationis – Tauschurkunde:* CHART. Fuld. B 180 (a. 785/802) hanc -em fieri rogaverunt.

***concambiator,** -oris *m. qui commutando alienat – einer der durch Tausch veräußert:* GREG. CAT. chron. I p. 308,1 bonorum ... -r et ... dispersor ... vociferandus est *abbas.* p.324,22 earum *(rerum)* iniquus -r.

***concambiatoria** (-miatur-), -ae *f. pactum permutationis – Tauschvertrag:* FORM. Sal. Bign. 15$^{tit.}$ -miaturia inter duos abbatis. *cf.* *concambitorius.

1. concambio, -avi, -atum, -are. *script.:* cumc-: *l.53.* comc-: DIPL. Conr. II. 202 p.273,9 comcanbiavit. -anb-: *l.45. adde* DIPL. Conr. II. 202 p.272,37. -mmi(o): FORM. Marculfi 2,23 l. 7 (ed. A. Uddholm. 1962; *var. l.*). -mpi(o): *l.55. al.* -mi(o): *l.55.61. p.1137,3. al. rarescit inde a s. XI. in schedulis nostris.*

commutare, permutationem facere – (aus) tauschen, wechseln, einen Tausch vollziehen (cf. GLOSS. II 54,26 St.-S. -are wehselon): **1** *spectat ad possessiones:* **a** *in univ.:* DIPL. Merov. I 62 p.55,41 quicquid constat ... fuisse ... cum-tum (-tum *2.2*^{b}). DIPL. Karoli M. 79 p.113,24 res ecclesiae inter se -miare (TRAD. Frising. 407 -piare. *al.*). TRAD. Ratisb. 14 p.14,1 hobas III, quas -vit cum ... abbate. CHART. Sangall. A 744 ut utręque res fiant in perpetuum -tae firmiter. LEO MARS. chron. 3,37. *saepe. v. et p.1138,3.* **b** *c. colore quodam:* **α** *commutando acquirere – durch Tausch erwerben, eintauschen:* DIPL. Merov. I 70 p.62,45 quod ... ipsa villa de ipso Magnoaldo -miassit. TRAD. Weiss. 57 p.61,7 quam *(rem)* ego contra Muathario per titulum commutationes -vi. FORM. Senon. II 7 terra, quem apud homine illo -vit. DIPL. Ludow. Germ. 121 -vit inde *(sc. a monasterio)* quendam servum. DIPL. Otton. I. 199 p.279,29 quod *(praedium)* a Bosone ... -vimus. DIPL. Heinr. IV. 450 p.607,25 abbatiam ... ad imperialis subiectionem proprietatis -tam (*antea* DIPL. Heinr. III. 145 p.184,20 concambitam). REGISTR. abb. Werd. 8,3 p.264,17 quedam de curti Bekeheim -ta IV d(enarios) *solvit. saepe. c. sensu repetendi:* DIPL. Conr. I. 19 tale proprium, quale ... Ludouuicus rex ... in proprietatem donavit et nos postea ... -vimus. GERH. AUGUST. Udalr. I 28 p.418,1 hobas XX cum x

in ista provincia . . . sitis hobis -are. *al.* β *commutando dare – in Tausch geben:* FORM. Marculfi 2,9 l.25 (ed. A. Uddholm. 1962) nec vindere nec alienare nec -are (-mi- *A 1.2*). TRAD. Frising. 660 p.555,19 preter id, quod ad Rihperte . . . -vit. DIPL. Karoli III. 140 p.226,41 aliquid abstrahere . . . vel -miare. GREG. CAT. chron. I p.279,1 actionarius -vit . . . abbati casalem. *al.* **2** *spectat ad nummos, argentum sim.:* CAPIT. reg. Franc. 273,13 sine fraude . . . denarios -ent. 273,15 ut . . . argentum suum in constitutis monetis -ari faciant.

subst. **concambiatum,** -i *n. quod commutatione acquisitum est – durch Tausch Erworbenes:* COD. Lauresh. 686 (a. 791) quidquid . . . de comparato . . . ac -o . . . ad me noscitur legibus pervenisse.

2. *concambio, -campsi *vel saepius* -cambivi (-ii), -cambitum, -ire. *script.* comc-: *l.24. form. perf.* -buit: CHART. Basil. A II 17 p. 24,8.

commutare, permutationem facere – (aus)tauschen, wechseln, einen Tausch vollziehen: **I** *publ. et iur.:* **A** *spectat ad possessiones:* **1** *in univ.:* COD. Lauresh. 100 (a. 800) abbas -vit cum Ruthrado . . . mansum. CHART. Fuld. A 631 p.288,4 recusavit cum eo -ire. DIPL. Conr. I. 21 aliquas res eorum inter se . . . -ire. TRAD. Salisb. I 46 cum . . . allodio. DIPL. Heinr. II. 272 mutuo. REGISTR. abb. Werd. 8,4 p. 265,30 mansum . . . com-endo transtulit. CHART. Salem.12 p.20,16 decimas . . . legaliter -ierunt. CHART. Bern. II 75 predium ecclesie . . . pro predio . . . fratrum . . . legittimo concambio -vi. *al.* **2** *c. colore quodam:* **a** *commutando acquirere – durch Tausch erwerben, eintauschen:* CHART. Lux. I 19 p.23,7 (a. 732/33; interp.?) quod *(monasterium)* nos . . . a *(om. B)* Pippino maiore domus -psimus. COD. Bald. 9ª quam commode . . . archiepiscopus . . . praedium . . . -ret. CHART. Scafhus. app. p.126,3sqq. pars . . . loci -ta est ab . . . comite . . . cum predio . . . , quod -tum est de monasterio . . . cum prediis. DIPL. Heinr. III. 390 p.540,25 (spur. s. XII.) monasterium . . . equa lance concambii -tum . . . aecclesiae adiungere. *al. v. et p.1136,68.* **b** *commutando dare – in Tausch geben:* DIPL. Heinr. III. 4 potestatem . . . precariandi, -endi. 208ᵇ visum est . . . alias eam *(villam)* -ire. CHART. Osn. II 478 p.378,41 de . . . hominibus . . . -endis atque recipiendis. *al.* **B** *spectat ad nummos, argentum sim.:* CHART. Stir. II 376 p.488,32 (a. 1239) nullius alterius pecuniam preter sui ordinis . . . aliquatenus -ire.

II *usu communi:* GUIDO ARET. epist. adnot. (MG Lib. Lit. I p.6,19) infelices *(sc. simoniaci)* infeliciter sibi invicem -pserunt *eqs.* TRANSL. Dion. Ratisb. 38 p.370ᵇ,58 offert librum recipiens clam -endo . . . Dionysii membrum. *redimere – erkaufen:* ARNOLD. RATISB. Emm. 2 p.1087ᴬ cum funiculorum attrectatione continua salutem -ire.

3. *concambio (-mio), -onis *f. (?m.: l.52)* **1** *commutatio, pactum permutationis – (Aus-)Tausch, Tauschvertrag:* FORM. Marculfi 2,23ᵗⁱᵗ. (ed. A. Uddholm. 1962) -o (-mio *A 1*) de villas (2,24ᵗⁱᵗ.). TRAD. Frising. 238 notitia de -e, qui fuit inter Ellannodo et cuidam homine. **2** *compensatio – Gegenleistung:* TRAD. Brixin. 275ᵇ (a. 1070/80) aream . . . erga rectam et collaudatam -em vinearum inibi redditam legavit.

***concambitarius** (-airus), -a, -um. *ad commutationem pertinens – Tausch-:* FORM. Augiens. B 38 contra literulas -tairas . . . venire.

***concambitio,** -onis *f. commutatio, pactum permutationis – (Aus-)Tausch, Tauschvertrag:* CHART. Fuld. A 270 (a. 812) kartula -is. CHART. Turic. 192 p. 83,9 de -e fammiliarum. DIPL. Heinr. III. 390 p.540,30 (spur. s. XII.ᵉˣ.) -o autem et eiusdem -is . . . traditio talis est: *eqs.* CHART. episc. Halb. 694 decimam . . . iusto -is titulo damus. *al. meton. i. q. res permutata – Tauschobjekt:* CHART. Sangall. A 713 p.315,19 (a. 897) ut pars utraque acceptae ius -is . . . inviolabile . . . possideat.

***concambitorius** (cumc-, -bt-, -tur-), -a, -um. **1** *adi.: ad commutationem pertinens – Tausch-:* FORM. Augiens. B 38ᵗⁱᵗ. carta cumcambturia. **2** *subst. fem.: pactum permutationis – Tauschvertrag:* CHART. Sangall. A 112 (a. 787) ut ista -uria firma maneat. *ibid. iterum. cf.* *concambiatoria.

***concambitus,** -us *m. pactum vel status permutationis – Tauschvertrag(sverhältnis):* CHART. Turic. 191 (a.925) ea . . . ratione concambiavimus, ut, si ex ipsis *(ancillis)* filii fuissent . . . nati in eodem -u, ad utramque ecclesiam . . . persisterent.

***concambium,** -i *n. (m.* -us: *l.52sq.) script.:* cumc-: DIPL. Burgund. 117 (ed. Th. Schieffer. 1977). comc-: DIPL. Loth. I. 81 p.202,28 (ed. Th. Schieffer. 1966). *al.* -nga-: *l.27.31. al.* -nka-: *l.36. adde* TRAD. Ratisb. 23 *(in dorso). al.* -cha-: CHART. Sangall. A 694. *al.* -abi-: DIPL. Conr. III. 28 (ed. F. Hausmann. 1969). -anb-: *l.31.63. adde* CONST. II 57 p.71,2. *saepe.* -mpi-: *l.22.26.53. saepe.* -mi-: *l.48.58. adde* CHART. Rhen. med. I 187. *al.* -mmi-: *l.21.* -mni-: *l.58.*

commutatio, permutatio, vicis – (Aus-)Tausch, Wechsel (cf. GLOSS. IV 136,65 St.-S. -um wechsol. *al.):* **I** *publ. et iur.:* **A** *spectat ad possessiones:* **1** *proprie (saepius i. q. pactum permutationis – Tauschvertrag, e. g. l.26. 29):* **a** *in univ.:* DIPL. Merov. I 39 p.36,20 quem *(sc. portionem)* de . . . Agulfo pro alia villa . . . in -o accepit. 70 p.62,51 quod exinde *(sc. de curte)* . . . -mmio apud ipso Magnoaldo ficissit (CHART. Sangall. A 52 -pium. CHART. Stir. I 404 p.389,16 -um, quod vulgo ewehsel dicitur, quatuor mansuum . . . fecerunt. CHART. Westph. III 1090 p.569,15 agrorum -um . . . fecerant inequale. *saepe*). CHART. Sangall. A 381 p.356,19 cartula -i. TRAD. Ratisb. 52 -pium mutare. TRAD. Brixin. 1 proprietatem . . . in -gambium . . . tradidit. DIPL. Otton. I. 276 loca . . . per -um legitimę transmutationis . . . commutavimus. 329 rupto -o. THIETM. chron. 7,52 -um baculis firmavimus mutuis. TRAD. Frising. 1470 -ganbium mancipiorum inter Ottonem . . . et Ellenhardum. CHART. eccl. Werd. 14 p.23,1 -um *cerocensualium* approbatum . . . fuit. COD. Lauresh. 157 p.441,18 decimationem . . . beneficiali -o redemptam. CHART. Stir. I 690 p.675,7 canonico -o celebrato. CHART. eccl. Werd. 39 p.56,30 quicumque . . . -kambium . . . immutaverit. *persaepe. v. et vol. I. p.512,51. expressius i. q. actio permutationis – Tauschhandlung:* CHART. Sangall. A 557 p.171,16 (a.872) in ipso die -i. CHART. Salem. 11 p.19,17 commutationis -o interfuit advocatus. *al.* **b** *de contractu precariae:* CHART. Sangall. A 808 (a.962/63) aliam hobam eidem in -um dedimus . . . sub usu fructuario . . . possidendum. TRAD. Frising. 1294 convenit inter . . . episcopum et . . . servum . . . -um agere. CHART. Westph. VII 142 quam *(medietatem praedii)* . . . in -um, quod pragra (*i.* precaria) dicitur, . . . donavit ecclesie. *al.* **2** *meton.:* **a** *charta commutationis – Tauschurkunde:* CHART. Rhen. med. I 58 p.66,22 (a.826) qui *(comes)* hoc -mium fieri et firmare rogavit. TRAD. Frising. 1266 duo scribi inter se -a voluerunt. CHART. Heinr. Leon. 66 -um . . . sigilli nostri impressione communimus. *al.* **b** *res permutata – Tauschobjekt:* FORM. Sal. Lind. 5 quantum ipse -us . . . emelioratus valuerit (*inde* TRAD. Lunaelac. 22 -pius). CHART. Lux. I 302,2 villas . . . sub promissione melioris -i a monasterio separavit. GREG. CAT. chron. I p.307,13 pro qua curte . . . -um recepit loco inculto. CHART. Burgenl. I 191 p.141,15 dato utiliori -o. *al.* **c** *recompensatio (commutationis) – (Tausch-)Gegenleistung:* DIPL. Karoli M. 124 p.174,13 quas *(villas)* in -mio (-mnio *C*) pro Auuanlia receperunt (CHART. Sangall. A 583 ęqualem partem . . . in -um recipiant. *al.*). DIPL. Heinr. II. 206 pro -o commutacionis curtis . . . curtem Daleheym . . . concedimus. DIPL. Heinr. III. 51 p.66,3 data villa . . . loco -i. CHART. Solod. I 249 p.141,15 ad -anbium . . . mansum . . . contradiderunt. CHART. Babenb. 411 reconpensationem seu -um sufficienter . . . facere. *al.* **d** *pretium permutationis – Tausch-, Gegenwert:* CHART. Basil. C I 41 (a.1164/76) allodium . . . monasterio . . . contulit datis a monachis ratione -i triginta libris. CHART. Babenb. 160 recompenssato -o. WILH. ANDR. chron. 55 p.707,44 dato terre -o. **e** *?exactio per ordinem solvenda – ? reihum zu leistende Abgabe:* CHART. episc. Halb. 705 l.2 (a.1241) contentus erit prepositus . . . -o in Glendorp, quod ummereyse dicitur. **B** *spectat ad nummos, argentum sim.:*

[Pape]

1 *proprie:* CAPIT. reg. Franc. 273,13 in purgatione et -o argenti. HIST. de exp. Frid. imp. p. 37,15 promissum . . . forum . . . atque -um . . . subtrahi iussit. *al.* **2** *meton. i. q. pretium nummorum – Wechselsatz, -kurs:* CONST. I 172,4 (a. 1158) consules . . . -um denariorum seu argenti dabunt . . . , secundum quod cum eis . . . fuerit ordinatum. HIST. de exp. Frid. imp. p. 48,7 iustum -um. *al.*

II *usu communi:* **A** *proprie:* SIGEB. GEMBL. apol. 7 (MG Lib. Lit. II p. 444,23) istius in illum, illius in istum prelationes . . . ridiculo transferentes -o (cum cambio *2*). ACCESS. ad auct. p. 44,136 (ed. R. B. C. Huygens. 1970) -um fecit *Lucanus* et spondeum ubique accepit nisi in quinto, dactilum ubique nisi in fine. FRAGM. de exp. Frid. imp. p. 18,37 pater Marchisi . . . captivorum -o liber abscedit. FRID. II. IMP. art. ven. 4 p. 96,15 dimittet *falco* gruem pro altera ave et hoc appellatur -um. GESTA ERN. duc. II 22 p. 220,20 de ista ad aeternam vitam optimo -o transitur. *al.* **B** *meton. de re permutata:* WALTH. SPIR. Christoph. II 2,93 novella prius rediment -a fęnus *(de novo testamento vice veteris instituto ut vid., cf. Vulg. Hebr. 9,15).* HEINR. AUGUST. planct. 1084 Adam costa corroborat Evam et contra fragilis recipit -a carnis.

concamen *v.* conamen *p. 1134,41.*

concamero, -atum, -are. *confornicare – überwölben:* CHRON. Sigeb. auct. a. 465 (MGScript. VI p. 391,6; s. XII.) templum multae ambitionis, adeo ut centum et viginti columpnarum mira dispositione subnixum totum -ret, . . . edificavit.

adi. **concameratus,** -a, -um. *arcuatus – überwölbt:* **1** *de capella fornice vel tholo instructa:* METELL. Quir. 25,68 (ed. P. Ch. Jacobsen. 1965) ardua templi -a. **2** *de lectica tecto arcuatili praedita:* GENEAL. Flandr. VI 11 in lectica . . . portabili et propter ventos et pluvias . . . decenter -a.

***concamiaturia** *v.* *concambiatoria.

concamio *sim. v.* concamb-.

***concammium** *v.* *concambium.

***concampiatio** *sim. v.* concamb-.

concanbio *sim. v.* concamb-.

concancellaneus *v.* concellaneus.

***concancellatio,** -onis *f. decussatio – Überkreuzung:* ALBERT. M. sens. 1,14 p. 34[a], 44 ex -e nervorum ab oculis ad anterius capitis directorum.

***concanonica,** -ae *f. eiusdem coenobii canonica – Mitkanonisse (cf. K. H. Schäfer, Die Kanonissenstifter. 1907. p. 121sq.):* CHART. Westph. VII 54 (a. 1207) ego . . . abbatissa . . . assensu canonicorum et -arum (-canicarum *A*) et ministerialium meorum curtim . . . contuli.

***concanonicus,** -i *m. eiusdem ecclesiae canonicus – Mitkanoniker:* **1** *de canonicis ecclesiae cathedralis:* UDALSC. Egin. 20 confrater vester et -us. CHART. archiep. Magd. 441 sine communi -orum suorum *(sc. maioris praepositi)* consensu. CHART. Friburg. 45 p. 32,4 cum . . . super canonicatu . . . -i vestri . . . questio suborta fuisset. CHART. Bund. 1043 coram . . . -o et officiali nostro *(sc. episcopi). saepe.* **2** *de canonicis ecclesiae collegiatae:* CHART. Turic. 319 (a. 1167) mansum . . . a . . . preposito . . . aliisque suis -is . . . mutuavimus. CHART. Traiect. 482 confratres et -i. CHART. Gosl. II 233 p. 265,17 Heinricus prepositus in Hokenem, -us ibidem. REGISTR. Xant. (QuellRechtsWirtschGeschXanten. I. 1937. p. 55,1) cuilibet scolari non -o . . . quarta pars. *saepe.*

concanto, -are. *concinere – gemeinsam singen:* ARNULF. delic. 171 digna Deo digni -ent cantica servi.

***concapacitas,** -atis *f. terra (circumscripta) – (umgrenztes) Landstück:* TRAD. Ratisb. 71 (a. 866) tradidit . . . -em et proprietatem, quam in illa -e habet.

***concapellanus,** -i *m. socius capellani – Mitkaplan:* **1** *in curia imperatoris:* VITA Udalr. Cell. I 3 gravitati eius minime conveniebat levitas -orum, ne dicam caeterorum aulicorum. HERBORD. Ott. 3,38 p. 766,42 iustius esse . . . -os (capellanos *1*, *ed. J. Wikarjak p. 205,9*) suos *(sc. Ottonis)* ad tales honores conscendere (*inde* VITA Otton. Bamb. 11 [ASBoll. [3]Iul. I p. 338[B]]). **2** *in curia archiepiscopi:* ARNOLD. RATISB. Emm. 2,8 episcopus . . . Ramuoldum evocavit, qui . . . sub Heinrico archiepiscopo eius -us (capellanus *2*) fuit (*sim.* OTLOH. Wolfk. 15).

concapio, -captum, -ere. *(exstirpando) acquirere – (durch Rodung) erwerben:* CHART. Sangall. A 422 (a. 853) quicquid . . . de utraque illius fluvioli parte -tum . . . habeo.

concapolo *v.* concapulo.

***concapsalis** (cumc-), -e. *in eadem capsa conditus – in demselben Reliquiar eingeschlossen:* HARIULF. chron. 3,14 p. 127,28 facta est pars capitis sancti Mauricii . . . -is (cum- *A*) capiti beati Richarii.

***concaptio,** -onis *f. terra per exstirpationem occupata, captura – durch Rodung gewonnenes Land, Bifang:* CHART. Sangall. A 440 (a. 855) in -e, quae sita est in marcho Wangon, . . . hobas III dari.

***concaptivo,** -atum, -are. *(una cum aliis) capere – (gleichfalls) gefangensetzen:* VITA Winn. 20 (MGScript. XV p. 777,49; s. XI.[med.]) Adalardum aeque famulis -are. GALB. Karol. 87 qui cum per sex dies commorati sunt -ti.

concaptivus (cumc-), -a, -um. *una (cum aliis) captus – mitgefangen:* HROTSV. Pel. 130 comites . . . cum -o victi rectore popelli. FRAGM. de exp. Frid. imp. p. 11,23 gloriose crucis rex ducitur -us. *subst. masc. vel fem. (l. 25):* LIBRI Karol. 26 p. 160,30 suis . . . prodesse -is. FLOD. annal. a. 937 p. 67,5 visio cuidam -ae (cum-ę *var. l.*) *presbyteri* apparuit. CHRON. reg. cont. V a. 1242 p. 283,12 episcopus cum -is . . . custodie mancipatur. *al. in imag. (cf. Vulg. Rom. 16,7. al.):* HUGO FLAV. chron. 2 p. 462,44 adeo ut -um suum eum *(abbatem)* vocaret *papa.*

concapulo (-pol-), -avi, -atum, -are. **1** *dissecare – zerhauen* (*cf.* GLOSS. IV 662,17 St.-S. -vit, id est concidit, forheo): FORM. Andec. 33 ostias -olatas. **2** *caedere – fällen:* LEX Sal. Merov. 27,23 si quis in silvam materium alienum . . . -verit (capolaverit *var. l.*).

***concarnalitas,** -atis *f. cognatio carnalis – 'Leibesverwandtschaft':* ALBERT. M. sent. 4,20,2 p. 444[b],22 potius debet dici -s quam consanguinitas.

***concastellanus,** -i *m.* **1** *socius castellani – Mitburg-(lehns)mann:* CHART. Westph. III 978 (a. 1275) scriptum . . . nostro *(sc. burggravii)* et -orum nostrorum . . . sigillis . . . roboratur (VII 1727 consanguinei et -i mei [*sc. militis*]). 1093 miles, noster -us. **2** *socius praefecti castelli – Mitkastellan:* INNOC. IV. registr. A 405 cum . . . a -is vestris . . . dampna . . . sustinueritis.

***concastrensis,** -is *m. socius castellani – Mitburg-(lehns)mann:* CHART. Wetzlar. I 128 (a. 1266) litteram . . . sigillo -ium nostrorum . . . roboratam (209 p. 86,45). *Pape*

***concatenatica,** -ae *f. instrumentum ad conectendum aptum – Schließe, Spange:* GLOSS. III 317,19 St.-S. fibula -a muskil.

concatenatio (-cio), -onis *f.* **I** *conexio, iunctura – Verbindung, Verkettung:* **A** *proprie:* **1** *gener.:* IOH. NEAP. Ian. 28 p. 880[b],29 erant . . . quatuor sepulcra . . . sibimet uno mechanicae artis glutino copulata, ad quorum mirabilem -em exprimendam *eqs.* IOH. WIRZ. descr. 11 p. 146,1 locus elevatione tabularum . . . et reticulorum ferreorum -e in modum altaris designatus. **2** *anat.:* Ps. GALEN. anat. 1 p. 166[C] iuvamentum ipsius *(ligamenti)* est nexio et -o iuncturarum. **3** *philos.:* BOVO CORB. Boeth. 9 -em . . . ipsorum, quae contraria videntur. **B** *meton.:* **1** *anat.:* **a** *in univ.:* WILH. SALIC. chirurg. 1,52 p. 319[H] considera -es nervorum illius loci (*cf.* 2,10 p. 333[D] propter -em . . . nervorum ligamentorum). *de partibus adnexis:* CONSTANT. AFRIC. theor. 4,17 p. 17a[v] tractis . . . ossibus tota -o eorum movetur. *ibid. iterum.* **b** *vertebra, articulus – Gelenk:* CONSTANT. AFRIC. theor. 2,6 p. 6a[v] ossa . . . ad hoc posita . . . , ut -em facerent armorum. 2,7 p. 6a[v] *os armi* cum spatulis una -e est copulatum. 2,8 p. 6b[v] hac -e calcaneus sursum et iusum movetur. 2,12 p. 8a[r] ad genuum -em. 9,44 p. 51a[r] hec . . . passio *(sc. ischias)* in -e nascitur coxarum. p. 51b[r] in -e manuum et cubitorum. *ibid.:* cum fatigata est -o. TRACT. de chirurg. 424 quod si *phlegmones* in . . . -cione sint membrorum. *saepe.*

[Widhalm]

c *compages – Gefüge, Geflecht:* RICHARD. ANGL.(?) anat. II p.79,18 patebat -cio ossium, nervorum et arteriarum. **2** *usu communi i. q. instrumentum ad conectendum aptum – Schließe, Spange:* GLOSS. III 274,7 St.-S. fibula -o nuschil (300,13). **C** *translate:* **1** *necessitudo – Verbundenheit:* CHART. Carinth. III 1205 (a.1176/81) privavit hunc . . . funiculo fraterne -is. **2** *relatio – Beziehung:* GUIDO CIST. mus. p.167^{b},33 unde quamdam -em inter illos *(cantus)* reperis *eqs.*

II *continuatio – Aneinanderreihung, (ununterbrochene) Abfolge, Kette:* **A** *gener.:* EPIST. Bonif. 14 p.22,19 innumerabilium -o criminum. **B** *rhet. de contextu, periodo:* ADALB. SAMAR. praec. dict. p.50,14 (ed. F.-J. Schmale. 1961; c.1115) si verborum -o sit plena.

concateno (-the-, -tin-), -atum, -are. **1** *conectere, coniungere – verbinden:* **a** *de partibus corporis:* CONSTANT. AFRIC. theor. 2,4 p.6b^{r} quibus *(frustulis)* . . . sibi -entur *spondyles.* 2,7 p.6a^{v} que *(ossa)* sibi invicem -antur. 2,8 p.6b^{v}. Ps. GALEN. anat. 1 p.167^{D} cuius *(carnis)* iuvamentum est, ut . . . connectat (-et *V*) ramos. *al.* **b** *de sonis:* ARIBO FRISING. mus. p.57,32 consonantiae . . . vel simul intendantur seu in commixto -entur. **2** *catena alligare – anketten:* RATHER. Metr. 6 l. 226 (Corp. Christ. Cont. Mediaev. XLVI. 1976) septem . . . annis . . . lapidi ita hesisse fertur -tus. **3** *praeligare – zubinden, knebeln:* ARBEO Emm. 37 p.84,30 vinctis . . . manibus, -inato (cum catenato *var. l.*) ore. **4** *nectere, copulare – knüpfen, schließen:* TRANSL. Libor. 13 (MG Script. XXX p.809,7; s. IX.$^{med.}$) conglutinata . . . et -thenata fraternitate caritatis.

adi. **concatenatus,** -a, -um. **1** *de conexione:* **a** *conexus, coniunctus – (eng) verbunden:* **α** *corpor.:* THEOPH. sched. 3,74$^{in.}$ dracones -i (-is *V*) collis et caudis (*sim.* 3,92$^{med.}$). *anat.:* CONSTANT. AFRIC. theor. 2,3 p.5b^{v} craneum ex ossibus est multis sibi invicem -is (*sim.* MAURUS [?] anat. II p.34,18). WILH. SALIC. chirurg. 1,28 p.313^{D} nervorum -orum. *al.* **β** *spirit.:* ERMENR. Sval. 10 p.162,38 amore -us. SERMO nat. virg. 11 in Christi caritate -ae sorores. TRACT. de Lamb. I 1 (MGScript. XV p.947,44) ita artes fore -as in invicem, ut *eqs. artus – eng, innig:* ALDH. ad Acirc. 5 p.75,15 -ae dilectionis viscus. **b** *(coniunctim) catena alligatus – (zusammen) angekettet:* CHART. episc. Wirz. I 64 p.22,2 (a.1036) in duabus tabulis ereis -is. **2** *de continuatione:* **a** *gener. i. q. continuus – zusammenhängend, ununterbrochen:* ALDH. ad Acirc. 2 p.68,16 undecies . . . septinariae generationis propago ab ortu . . . mundi -a fecunditatis serie decurrens. **b** *rhet. de gradatione i. q. in modum catenae compositus – kettenartig (cf. H. Lausberg, Handbuch der literarischen Rhetorik. 1960. § 623):* ALDH. ad Acirc. 4 p.74,15 praedicator . . . Romanis *(Vulg. Rom. 5,3sqq.)* -o scemate scribens *eqs.* ARNO REICHERSB. apol. p.130,31 qualiter . . . apostolus *(Vulg. I Cor. 11,3)* quendam quasi -um inter homines et Deum texat ordinem *eqs.*

***concavamen,** -inis *n. cavitas, locus depressior – Vertiefung, Mulde:* VITA Serv. 2 p.7,20 arenarum cumulos et -a . . . spectare.

***concavaria,** -ae *f. labrum – (Wasser-)Becken:* FOLCUIN. Lob. 29 p.70,33 -a . . . , quae . . . sufficientem fratribus administrationem aquae distillat.

concavatio, -onis *f. cavitas – Vertiefung:* ALFAN. premn. phys. 7,25 deviare visum prominentiis non existentibus et -bus (*PG 40,648^{B}* κοιλώμασιν).

***concavico,** -are. *excavare – aushöhlen:* Ps. AVIC. anim. 7,4 p.425 supra et infra -atur plumbum.

concavitas, -atis *f.*

I *de rebus concavis:* **A** *praevalente notione cavi i. q. (ex)cavatio, cavitas, caverna – (Aus-)Höhlung, Hohlraum, Höhle:* **1** *de cavitatibus interioribus:* **a** *in univ.:* **α** *spectat ad partes corporis:* ARS med. 5 p.422,23 qui *(sc. cerebrum)* -em vel spatia habet *(cf.* ALBERT. M. summ. creat. II 35,3 p.314^{b},25 organum sensus communis est in prima -e cerebri. *ibid. al.).* CONSTANT. AFRIC. theor. 2,4 p.6a^{r} ut eorum *(spondylium)* -s alicubi esset lata, alicubi stricta *eqs.* 3,22 p.12a^{v} cor duas habet -es *(cf.* ALBERT. M. somn. 1,2,10 p.155^{a},13 thalamos sive -es. *al.).* TRACT. de chirurg. 147 pectoris (*cf.* WILH. SALIC. chirurg. 4,3 p.31,5 intra -em costarum). Ps. GALEN. anat. 7 p.185^{D} in interiori . . . -e ossis petrosi (*item de aure:* ALBERT. M. animal. 1,169). 8 p.186^{B} in -bus ipsius *(nasi).* ALBERT. M. gener. 1,3,8 p.382^{a},37 quod caro suppleat -es, quae sunt inter membra . . . et nervos et venas *eqs.* animal. 12,139 quae *(ossa)* sunt ad motum, habent -em *eqs. saepe. v. et p.1144,3sq.* **β** *spectat ad plantas:* CONSTANT. AFRIC. grad. p.385,25 cuius *(piperis longi)* -s parvis granis . . . impletur. ALBERT. M. veget. 5,17 stipitum. *al. adde:* ALBERT. M. veget. 4,10 omne augens recipitur intra -em eius, quod augetur. **γ** *spectat ad terram:* ALBERT. M. meteor. 2,2,2 p.546^{b},19 aquae fluminum exeunt de -bus (*cf. p.349^{b},4* ἐκ κοιλίας), in quibus congregantur aquae pluviae. 2,2,10$^{caplt.}$ terrae. *al.* **δ** *usu vario:* TRACT. de fist. org. p.13 fistularum. VITA Virg. Salisb. II prol. p.88,31 -is patuerunt indicia. ACTA imp. Winkelm. I 693 p.550,16 erexit . . . hedificium super rotas . . . , cuius -s . . . triginta continere poterat loricatos. CATAL. thes. Germ. I 45,54 (Mittelalterl. Schatzverz. I. 1967) -s eius *(acerrae in similitudinem bufonis formatae)* patebat in dorso. THEOD. CERV. chirurg. 1,22 p.143^{D} sagittę. *al.* **b** *c. colore quodam:* **α** *cuniculus – Stollen:* NARR. itin. nav. p.188,5 ut per -em muri veniretur ad turrim. *ibid. al. (v. ind.).* **β** *foramen – Loch:* ALBERT. M. animal. 1,533 in -bus colatorii. **2** *de cavitatibus in superficie positis (plerumque i. q. pars concava, locus depressus – Vertiefung, Einbuchtung, Grube):* **a** *in univ.:* **α** *spectat ad partes corporis:* CONSTANT. AFRIC. theor. 2,8 p.6a^{v} que *(ancha)* ligatur cum ani ossibus -em suam intrantibus; hec proprie hancha vocatur, pixis vero eius -s *(item de acetabulo ['Gelenkpfanne']:* FRID. II. IMP. art. ven. 1 p.79,30. *al. cf. p.1144,23).* 3,29 p.12a^{v} -s *hepatis* stomacho et intestinis est finitima. Ps. COPHO anat. 92 in -e capitis *('Schädelbasis' ed. p.145).* ROGER. SALERN. chirurg. 3,771 in -e supra pectus sub epiglotto. ANON. anat. 30 oculorum. BRUNUS LONG. chirurg. 1,3 p.107^{A} intentio in vulnere concavo est, ut eius -s carne . . . impleatur. 1,20,1 p.118^{D} significatio . . . dislocationis est -s insolita ex una parte et ex altera eminentia. ALBERT. M. animal. 1,281 intrinseca manus -s. WILH. SALIC. chirurg. 4,4 p.38,6 *renum ('Hilus' ed. p.58). saepe. v. et p.1145,7.* **β** *spectat ad plantas:* ALBERT. M. veget. 2,140 floris. 6,61 iacent grana . . . in -bus pomi cypressi. *ibid. al.* **γ** *usu vario:* IOH. WIRZ. descr. 10 p.145 locus . . . retro . . . altare designatus est per quamdam -em . . . petrae *eqs.* BURCH. URSB. chron. p.120,11 *soldanus* fecit aquas . . . torrentis in quadam -e et valle montium retineri. FRID. II. IMP. art. ven. 1 p.51,17 -s . . . in medio *nidi. al.* **b** *c. colore quodam:* **α** *stria, sulcus – Einkerbung, Kerbe:* TRANSL. Herm. Ios. 9 p.709^{A} ligno . . . quasi quamdam -em in testa cerebri faciente. ALBERT. M. (?) animal. quaest. 4,4 p.140,45 in loco, a quo pellitur *humor,* apparet -s (*opp.* gibbositas). *de parte astrolabii (cf. E. Zinner, Astronomische Instrumente des 11. bis 18. Jhs. 1966. p.155):* HERM. AUGIENS. util. astrolab. 5 p.409^{B} per cursorem firmiter in sua -e manentem. **β** *vola (pedis) – hohle, gewölbte (Fuß-)Sohle:* ARNOLD. LUB. Greg. 4,185 pedum. *cf. p.1145,7.* **γ** *cavum inflexione (brachii) effectum – (Arm-)Beuge:* WILH. SALIC. chirurg. 3,9 p.344^{G} a pollice usque ad -em cubiti. **B** *accedente vel praevalente notione curvi:* **1** *cameratio, curvatura – Wölbung, Krümmung:* **a** *strictius de curvamine cavitatem complectente vel efficiente:* WALAHFR. exord. 6 p.480,38 haec *(camera)* . . . a -e superiori ad similitudinem cuiusdam animalis testudo nominatur. HRABAN. anim. 11 p.1119^{B} sub . . . capitis rotunda -e (*cf.* ALBERT. M. animal. 1,117 medium . . . capitis . . . vocatur capitis involutio, eo quod cetera in sua involvit -e). GALB. Karol. 32 stridor . . . armorum . . . in altiori aeris repercutiebatur -e. *al.* **b** *latius de convexitate:* WILH. RUBRUQU. itin. 6,1 (Sinica Franciscana I/3.1929) *viri* radunt . . . collum usque ad summum -is cervicis. *fort. huc spectat (cf. p.1143,3):* BENVEN. GRAFF. ocul. A p.24^{b},20 eminent oculi cum tota -e extra

[Widhalm

palpebras (B 6 p.24,6). **2** *corpus concavum – Hohlkörper:* BENVEN. GRAFF. ocul. A p.17^{b},16 *oculus* est quaedam -s in summitate nervi optici et -s illa est plena aqua glaucosa (B 3 p.11,7). p.22^{a},16. *ibid. al.*

II *de statu vel qualitate:* **A** *strictius:* **1** *natura cava, vacuitas – das Hohlsein, Hohlheit:* CONSTANT. AFRIC. theor. 2,2 p.5a^{v} que *(ossa concava)* . . . sunt medullis plena, ne -e frangerentur. *raritudo – Porosität:* CONSTANT. AFRIC. theor. 2,10 p.7a^{r} primum par nervorum a cerebro exeuntium est concavum nulli aliorum tanta -e assimilandum *eqs.* **2** *(in interiorem partem) recessus – das Tiefliegen, Eingefallensein:* AESCULAPIUS 36 p.56,5 ex nimia macie, . . . oculorum -e (TRACT. de aegr. cur. p.224,10 -s sive orbis o.). p.56,27 -s vultus apparet, maxime a somno. **3** *forma, species recava – Hohlform, Konkavität:* ALBERT. M. cael. 2,2,1 p.128,59 (ed. P. Hoßfeld. 1971) necesse est, quod *leve* per omnes partes aequaliter recedat a medio, et ideo necessario efficitur ignis rotundae -is et ideo per accidens efficitur aer rotundae convexitatis *eqs. ibid. al.* **B** *latius i. q. depressio, curvitas, notio concavi – das Vertieft-, (Einwärts-)Gekrümmtsein, Begriff des Konkaven:* ALBERT. M. metaph. 6,1,2 p.304,39 (ed. B. Geyer. 1964) '-s' (*p. 1025^{b},33* κοιλότης) . . . secundum rationem diffinitivam est 'sine materia sensibili' *eqs.* 7,1,10 p.333,27sq. cum nasus sit proprium subiectum simitatis, aliquid commune cum -e erit proprium subiectum -is; hoc . . . commune est superficies depressa. p.333,53 -s . . . , cum genus sit simitatis sicut color genus albedinis *eqs. ibid. al. v. et p.1144,58.*

concavo, -are. **1** *excavare – aushöhlen:* GESTA Magd. 3 p.377,12 Albie flumine . . . litus suum -ante. BRUNUS LONG. chirurg. 1,13 p.111^{C} totam carnem, in qua est *sagitta,* -are. ALBERT. M. veget. 6,91 *pomum* debet . . . -ari *eqs.* **2** *concavum reddere – hohl machen (medial. i. q. concavum fieri, in interiorem partem reduci – hohl werden, einsinken):* AESCULAPIUS 1 p.1,18 oculi -antur. BRUNUS LONG. chirurg. 1,4 p.107^{B} ut gibbato dorso venter -etur. **3** *incurvare – (zusammen)krümmen:* ALBERT. M. animal. 1,287 quod possit dilatare se . . . et -are *manus.*

***concausa,** -ae *f. causa secundaria – Mit-, Nebenursache:* ALBERT. M. div. nom. 4,55 p.163,35 (ed. P. Simon. 1972) imperfectio est quaedam -a ad conversionem et ad quemlibet motum *eqs.* anim. 2,2,4 p.219^{b},40 calor ille instrumentalis est et non primum efficiens et ideo est -a (*p. 416^{a},14* συναίτιον) et non causa principalis. animal. 18,10 -ae . . . , quae sunt causae disponentes veram causam. *ibid. al. meton. de hominibus:* ALBERT. M. eth. 3,1,22 p.232^{b},4 habituum . . . -ae (*p.1114^{b},23* συναίτιοι) sumus aliqualiter ipsis diis *eqs.*

concausalis, -e. *causam secundariam praebens – mitursächlich:* ALBERT. M. animal. 11,44 id, quod est -e ad esse vel fieri. metaph. 5,1,6 p.221,2 (ed. B. Geyer. 1960) 'necessarium aliquando dicitur, sine quo vivere' viventibus 'non contingit', et est ad vitam '-e' (*p. 1015^{a},21* συναιτίου). *subst. neutr.:* ALBERT. M. animal. 11,45 *necessarium* primum est ad esse et -ia ad esse, secundum autem ad utile et bonum et -ia ad bonum et utile. metaph. 5,1,6 p.221,71 (ed. B. Geyer. 1960) in -bus vivendi. *ibid. al.*

***concausativus,** -a, -um. *concausalis – mitursächlich:* ALBERT. M. sens. 2,6 p.56^{a},49 calidum . . . sicut agens -um (*p. 441^{a},29* συναίτιον) est.

***concauso,** -atum, -are. **1** *una efficere, creare – mitverursachen, -schaffen:* ALBERT. M. gener. 2,3,5 p.450^{b},46 in hora conceptus . . . rei inferioris, quae creatur vel -atur a circulo coelesti. **2** *simul creare – zugleich erschaffen:* ALBERT. M. phys. 3,2,3 p.209^{a},42 illi *(caelo)* adiacet tempus -tum illi.

concavus, -a, -um. *script.* -cab(us): *p.1144,42. adde* ARS med. 7 p.428,26 *(var. l.).*

I *adi.:* **A** *praevalente notione cavitatis i. q. (ex)cavatus, cavus – (aus)gehöhlt, hohl:* **1** *(intrinsecus) vacuus, cavitatem continens – (innen) leer, einen Hohlraum enthaltend:* **a** *proprie:* **α** *de partibus corporis:* CONSTANT. AFRIC. theor. 2,2 p.5a^{v} natura videns, ubi ossa debent esse solida, non ea fecit -a. Ps. COPHO anat. 27 venam, quae -a dicitur (ALBERT. M. animal. 13,57. *al.*). ALBERT. M. animal. 1,267 dorsum est -um, in qua concavitate est via nuchae. 1,613 -i . . . sunt *renes,* ut ad illam concavitatem urina trahatur. *saepe.* **γ** *spongiosus, rarus – locker, porös:* BENVEN. GRAFF. ocul. B 28 p.49,1 nervus opticus -us (ALBERT. M. animal. 1,359. *al. v. et p.1143,10*). **β** *de plantis:* ALBERT. M. veget. 2,26 in his *(plantis),* quarum herba -a est, sicut stipula. 2,37 quae *(plantae)* . . . habent magnas medullas aut in toto sunt -ae. AEG. ZAM. mus. 15 p.390^{b} cuius *(sambucae)* rami sunt -i. *al.* **γ** *usu vario:* CHART. Rhen. med. III 9 p.14,31 (epist. papae a. 1213) in . . . ecclesiis . . . truncus -us statuatur *eqs.* CATAL. thes. Germ. I 45,82 (Mittelalterl. Schatzverz. I. 1967) ymago . . . aurea Domini crucifixi . . . -a, sed multum spissa. *al. (v. ind.).* MARC. GRAEC. ign. 6 baculos. THEOD. CERV. chirurg. 1,22 p.143^{D} si ferrum illud *(sc. sagittae)* fuerit -um. *al.* **b** *translate i. q. inanis, vanus – wertlos, nichtig:* CARM. Bur. B 207,1,2 tessera perfida, -a. **2** *(in superficie) depressus, reductus, profundus – (an der Oberfläche) vertieft, eingebuchtet, tief:* **a** *de partibus corporis:* **α** *in univ.:* CONSTANT. AFRIC. theor. 2,8 p.6b^{v} os cartilaginosum atque -um (FRID. II. IMP. art. ven. 1 p.75,22 ubi . . . coniuncta sunt . . . hec duo ossa . . ., quodammodo sunt -a . . . et in eorum concavitate vertebrum primi ossis ale . . . locatur. *al.*). *ibid.:* ut pedes essent -i. BRUNUS LONG. chirurg. 1,4 p.107^{C} patiens . . . taliter collocetur, ut dorsum sit gibbosum et venter existat -us. THEOD. CERV. chirurg. 1,6 p.137^{B} vulnera rotunda et -a (*cf. Galen. ed. Kühn X p.284* ὑπόκοιλα). *al. v. et p.1142,38.* **β** *conditus – tiefliegend:* CONSTANT. AFRIC. theor. 1,24 p.4a^{v} *sint* oculi neque multum -i neque foras emissi (FRID. II. IMP. art. ven. 1 p.11,9 aves rapaces generaliter habent . . . oculos -os). *(macie) retractus, collapsus – eingefallen:* MAURUS progn. 3 p.24^{a},50 (ed. M. H. Saffron. 1972) oculi -i (*Hippocr. ed. Littré II p.114* κοῖλοι). p.24^{b},4 'timpora plana', id est -a. **b** *de plantis:* ALBERT. M. veget. 2,140 -us . . . invenitur omnis flos notus apud nos *eqs.* **c** *de locis* (*cf.* GLOSS. II 253,12 St.-S. -um ⟨locum⟩ holastat): IONAS BOB. Columb. 1,8 p.167,9 conspicit -um in caute sinum. OTTO FRISING. gest. 2,40 p.148,17 per -a et confragosa Alpium . . . loca (FRID. II. IMP. art. ven. 5 p.136,3 l. -a per naturam vel per artificium *eqs. al.*). CHART. Pomm. B 889 p.216,20 iuxta viam -am. **d** *usu vario:* COMPOS. Luc. Q 17 lignum -bum. CHART. Osn. I 225 p.193,11 (a.1110) quod *(altare)* retro -um est (*cf.* NORB. IBURG. Benn. 18 p.884,12). **B** *accedente vel praevalente notione curvitatis:* **1** *curvamine cavitatem complectens vel efficiens – einwärts gewölbt, konkav:* **a** *in univ. de parte interiore sphaerae (cavae):* ALBERT. M. nat. loc. 1,2 p.531^{a},26 *res locata* in -a superficie habente qualitates contrarias illi dissolvitur (1,3 p.533^{a},11 ultimum -ae superficiei aquae. metaph. 4,1,8 p.172,27 [ed. B. Geyer. 1960] -ae superficiei lunae, quae est locus altus simpliciter. *ibid. al.*). **b** *figuram sphaerae (cavae) exhibens – (hohl)kugelförmig:* BENVEN. GRAFF. ocul. B 2 p.8,11 oculus est callus -us plenus aque clarissime *eqs. ibid. al.* **2** *recurvus, repandus – einwärts gekrümmt, sattelförmig:* ALBERT. M. metaph. 6,1,2 p.304,39 (ed. B. Geyer. 1964) dicitur . . . 'simum quasi nasus -us' (*p.1025^{b},33* κοίλη) *eqs.* (7,1,10 p.333,33 cum dicitur n. -us, de intellectu primo concavitatis non est subiectum simitatis proprium. *ibid. al.*).

***conciatura** (conza-), -ae *f.* (1.*conciare) **1** *de opere coriarii i. q. actio depsendi – das Gerben:* RYCCARD. chron. a. 1232 p.183,9 (decret.) ius coriorum pro -zatura dimittitur in forma antiqua. **2** *apparatus (militaris) – Ausstattung, Ausrüstung:* LEG. Lang. p.196,9 ut . . . habeat loricam suam cum reliqua -a sua. DIPL. Heinr. II. 461 p.584,28 molendinos duos cum omni -as suas.

***concibulus** (-bol-), -i *m.* (concibus, concibo) *contubernalis – Kamerad:* AETHICUS ISTER 80 p.61,2 bravium atque laurea -olis dedere.

***concicatrizo,** -are. *(plene) ad cicatricem perducere – (völlig) vernarben machen:* DYASC. p.98^{a} gi . . . vulnera . . . obtunsa -at. *Dauser*

***concida** *v.* concides.

concidentia (-cia), -ae *f.* **1** *concursio – das Zusammenfallen, -treffen:* ELIAS SAL. mus. 20 p.42^{b} de -a et mutatione clavium in eodem puncto *eqs.* NOTAE Xant. (MGScript. XIII p.45,39) in vigilia omnium sanctorum, in qua propter -ciam festi instantis non potuit convenienter celebrari *festum translationis beati Victoris. expressius i. q. contingens – Zufälligkeit:* ALBERT. M. metaph. 13,2,4 p.599,30sq. (ed. B. Geyer. 1964) unde *talia* 'assimilantur' non causae quidem, sed '-is' accidentalibus (*p.1093^{b},17* συμπτώμασιν): 'omnia enim' haec 'sunt accidentia sibi invicem secundum' quasdam 'proprias' -as. **2** *congruentia, convenientia – das Zusammenpassen, Übereinstimmung:* CONR. MUR. summ. p.50,23 (ed. W. Kronbichler. 1968) moderni prosatores huiusmodi -am, consonantiam non multum curant.

concidero *v.* considero.

concides, -is *vel* ***concida,** -ae *f.* *script.* cun-: *l.64. p.1169,40.*

1 *saeptum, saepes viva – Gehege, Hecke:* LEX Sal. Merov. 16,6 si quis sepem alienam aut concisam (-em, cuncida *var. l.*) . . . incenderit (LEX. Sal. Pipp. 21,2 -em). *v. et p.1169,40.* **2** *silva caedua, minuta – Ausschlagwald, Schlagholz, Niederwald:* CHART. Epternac. 47 p.112,12 (a.762) porcio nostra , . . . id est curtile, casa, campis, pratis, silvunculis, -es, pascuis. FOLCUIN. Bert. 2,83 p.156,20 (chart.) una cum . . . pratis, pascuis, -is, communiis. CAPIT. Bened. 2,380 p.93,23 nec -es stirpare vel arbores caedere. GESTA Camer. 1,27 p.412,36 (chart.) mansos cum terris, -is et pascuis.

1. concido, -cidi, -ere. *script.* -ced- *(var. l.): l.9.24.*

I *proprie:* **A** *strictius:* **1** *procidere – hinfallen, stürzen:* ERMOLD. Ludow. 3,459 -it ad terram confixus cuspide Murman. WALTHARIUS 1365 ille super parmam ante pedes mox -it huius. **2** *corruere – einstürzen:* REGISTR. Pant. Col. 4 p.87,25 (a.1106/21) consideravimus cottidie domum illam -ere *eqs.* **3** *dilabi, diffringi – zerfallen, (zer)brechen:* ARS med. 7 p.429,23 alfetedon . . . est *catagma,* quod et multas partes -unt (-ced- *var. l.*). **B** *latius:* **1** *cadere, concludi – zufallen:* VITA Godefr. Cap. I 11 p.527,13 repentino sopore -entibus eius oculis. **2** *collabi, desidere – einsinken, -schrumpfen, in sich zusammensinken:* **a** *de anim.:* ALBERT. M. animal. 4, 74 diffundebatur *animal marinum* amittendo figuram suam . . . et -it totum. 20,9. **b** *de igne:* ERMOLD. Ludow. 3,183 imbribus . . . crebris invitus -it ignis. **3** *turbari, distorqueri – sich verziehen, 'verfallen' (cf.* GLOSS. II 232,50 St.-S. -it kefiel. V 26,11 -it aruial. *al. [spectat ad Vulg. gen.4,5]):* WALTHARIUS 1388 non desperavit neque vultus -it eius.

II *translate:* **A** *de iactura, interitu:* **1** *perire – zugrunde gehen:* BEDA hist. eccl. 1,21 p.41,18 Hesperium -it regnum. THANGM.(?) vita Epiph. 8 p.127,14 omnem . . . in uno homine -isse Italiam. *hyperbolice de actu patiendi:* LIBER hist. Franc. 44 -it (-cedit, occidit *var. l.*) regnum Francorum casibus pestiferis. **2** *perditum esse, supplicio deberi – verwirkt sein:* LEG. Wisig. 12,2,14 p.423,2 vita illius *(transgressoris)* eodem in tempore -at, quo *eqs.* **3** *excidere – verloren gehen:* RUP. TUIT. virg. prol. (PL 170,545^{C}) utrum alicui viro sive feminae propter aliquas sordes . . . -at *virginitatis palma.* **4** *residere – sinken, zusammenbrechen:* NORB. IBURG. Benn. 28 p.891,46 universis statim -it fragor audatiae. CARM. de Frid. I. imp. 387 (ed. I. Schmale-Ott. 1965) rebus . . . lapsis audacia -it omnis. **B** *de rebus simul accidentibus, una exsistentibus:* **1** *gener.:* **a** *simul ingruere – gleichzeitig hereinbrechen:* ALBERT. M. anim. 1,1,6 p.13,38 (ed. C. Stroick. 1968) in 'duris' . . . periculis passionum '-entibus' (*p. 403^{a},20* συμβαινόντων) in eos. **b** *convenire, coniungi – zusammenkommen, sich vereinen:* ALBERT. M. pol. 4,3^{1} p.338^{b},17 multa talia officia aliquando -unt (coincidunt *ed.*) in unam personam. **c** *concurrere, adiacere – zusammentreffen, nebeneinander vorkommen:* ALBERT. M. meteor. 1,1,9 p.487^{b},49 exhalatio aquae et evaporatio ignitorum locorum, quae sunt thermae et vulcani in terra -entes (coincidentes *ed.*). **2** *philos. i. q. in unum incidere – (in eins) zusammenfallen:* ALBERT. M. resurr. 163 p.346,33 quod tres *causae* quandoque -unt in unam (*Arist. p.198^{a},24* ἔρχεται εἰς τὸ ἕν). mot. proc. 2,9 p.69,41 -ente cum eis *(motibus)* partium . . . alteratione. top. 6,2,6 p.451^{b}, 12 id, quod est subiectum in potentia existens secundum rem, nunquam in idem cum forma et actu -it (coincidit *ed.*). *ibid. al. cf.* *coincido.

2. concido, -cidi, -cisum, -ere. *script.* -sc- (*interdum per confusionem c.* conscindere): *l.56.60.72. p.1169,8.41.51.*

I *de actione secandi, frangendi:* **A** *comminuere – zerstückeln:* **1** *strictius:* **a** *consecare – zerschneiden, zerkleinern (cf.* GLOSS. I 347,31 St.-S. -am [-scisam *var. l.*] gilidotaz. II 581,59 -e sniht. *al.):* **α** *in univ.:* MAPPAE CLAVIC. 95 accipies . . . de malo Punico ligna, -e diligenter. THEOPH. sched. 1,27 -ens illud *(gummi)* minutatim. CHRON. Merseb. 4 p.174,24 tensilia retium . . . -scidi (conscindi *var. l.*) praecepit *Thietmarus. al.* **β** *secando ingerere – hineinschneiden (cf.* GLOSS. I 451,40 St.-S. -it scarpota [*Vulg. IV reg.4,39*]): CAES. HEIST. mirac. II prol. p.15,14 diversas species herbarum . . . in ollam -ere. **γ** *membratim dividere – zerteilen:* HELM. chron. 100 p.198,15 precepit . . . dux corpus . . . comitis -i frustatim. **b** *confringere, caedere in partes – zerhauen, in Stücke schlagen (cf.* GLOSS. I 361,6 St.-S. -ens mullenter. 466,44 -ere hovuan): ADAM gest. 2,62 arrepta bipenni simulacrum in frusta -it *Wolfredus* (VITA Heinr. IV. 4 p.18,21 eos [*desertores*] tot vindices dextrae in f. -bant, ut *eqs. cf.* HELM. chron. 108 p.212,5 *simulacrum* frustatim -sum [-scisum *var. l.*]). *per compar.:* GODESC. SAXO theol. 22,11

[Heßler]

p.312,11 ne velut fugitivi sui -at atque succidat crura tua *Deus.* **2** *latius:* **a** *offringere, sulcare – umbrechen, ackern:* Gloss. I 686,48 St.-S. -ent artont *(spectat ad Vulg. Zach.11,6, sc. prave versum).* **b** *dividere, scindere – teilen, 'zerschlagen':* Flor. Lugd. carm. 28,74 perdidit imperii . . . nomenque decusque et regnum unitum -it sorte triformi *Deus.* **B** *incidere – einschneiden:* Hucbald. carm. 2,70 contrectans *medicus* calibem -sa (-ssa, conscissa *var. l.*) carne cohercet corruptum capitis cocta cervice cruorem. **C** *secando aptare – zu(recht)schneiden:* Compos. Luc. α 4 -e subtiliter petala auri. Gerh. August.(?) Udalr. II 2 -it sibi baculum de ligno pedullaneo. **D** *abscidere, demere – abschneiden, wegnehmen (in imag.):* Wandalb. hor. 7 linea tum . . . pedes -ens tertia binos umbris ipsa decem figit simul atque novenos.

II *ferire, occidere – niederhauen, töten (cf.* Gloss. I 577,29 St.-S. -it nidersluoc): Abbo Sangerm. bell. 2,440 antistes . . . permisit abire . . . tentos *Normannos* potius -ere (gloss.: occidere) debens. Egbert. fec. rat. 1,1419 deforme pecus *(sc. ursum)* -ere.

adi. **concisus,** -a, -um. **1** *consectus – zerstückelt (cf.* Gloss. I 275,20 St.-S. -a kahauuaniu): Chron. Fred. 2,56 p.77,4 carnis -e pluviae de caelo mixtae cadent. Antidot. Glasg. p.157,15 radices lilii cincisas *(sic)* teris. **2** *abruptus, in modum tubae sonans – abgehackt, stoßweise schmetternd (cf.* Gloss. I 360,10 St.-S. -us giseictiu. 363,22 -us clangor . . . kaslizzaner. 375,25 -ior kiscuttora *c):* Aldh. virg. II 2789 musica -is . . . clamat barbita bombis. Milo carm. 3,4,2,849 -us cuius *(tubae)* clangor pia castra movebit. Aeg. Zam. mus. 2 p.374^{b} sonus, qui nunc . . . trahitur in longum . . . , nunc distinguitur in -um *(cf. Plin. nat. 10,81). al. in imag.:* Gerhoh. ord. p.280,19 in hunc modum -us clangor insonuit per . . . papam Urbanum secundum, quando . . . principes Francorum commonuit *eqs.*

subst. **concisa,** -ae *f. vel* **concisum,** -i *n.* **1** *concaedes – Verhau:* Paul. Diac. Lang. 3,4 factis . . . -is *(ex Greg. Tur. Franc. 4,42 p. 175,10* concidibus). **2** *saeptum, saepes viva – Gehege, Hecke (de re v. H. Dölling, Haus und Hof in westgermanischen Volksrechten. 1958. p.8):* Lex Sal. Merov. 16,7 si quis . . . sepem aut -am (cuncida *var. l.*) capulaverit. 34,2 si quis sepe -a (-scisam *var. l.*) aliena arserit. *v. et p.1167,64.* **3** *silva caedua minuta – Ausschlagwald, Schlagholz, Niederwald:* Hariulf. chron. 3,16 p.131,6 (dipl. Karoli Calvi) de sylva bunuaria XX et de -o bunuaria v. Hugo Flav. chron. 1 p.345,6 in . . . pratis, pascuis, -is, silvis.

adv. **concise.** **1** *distincte, clare – in betonten Abschnitten, deutlich:* Gerhoh. tract. p.6,24 monachi . . . prolixe atque -e psallere debent. *in imag.:* Gerhoh. ord. p.280,28 nunc aliter clamatur neque -e, sed confuse canitur. *ibid. iterum.* **2** *breviter, sono attenuato – kurz, gedämpft:* Otto Frising. chron. 8,14 p.411,26 nunc quasi -ius (-scisius *var. l.*) insonando . . . , nunc velud asperius increpando.

3. concido *v.* concedo. **4. concido** *v.* 1. concito.

5. concido *v.* conscindo. **concientia** *v.* conscientia.

conci(e)o, -civi, -citum, -i(e)re. *script.:* cumc-: *p.1170,8.* -sc-: *l.63.*

1 *strictius:* **a** *(vehementer) movere – (heftig) bewegen (cf.* Gloss. II 671,53 St.-S. -ta gitripana): Walahfr. Blaithm. 52 -ta ventis aura pharetratis impegit ab equore puppim. **b** *advocare, evocare – herbei-, zu sich rufen:* Heiric. Germ. I 3,63 antistes . . . -vit (schol.: evocavit) miserum coramque assistere iussit. **c** *convocare, citare – zusammen-, einberufen:* Thangm. Bernw. 32 hos -vit (-scivit *1*) Sophya. Wolfher. Godeh. I 35 p.193,7 metropolitanus . . . ibi *(sc. Phalidi)* sinodum . . . -vit. *al.* **2** *latius:* **a** *impellere – (an)treiben:* Walahfr. carm. 68,8 satanas . . . invidiae facibus -tus arma levat. **b** *excitare – erregen:* Heiric. Germ. I 6,1 praevia fama ruens Latium -verat orbem. **c** *perducere, rapere – (hin)bringen, (da)hinraffen:* Egbert. fec. rat. 1,1399 unum *(fratrem)* morbus edax fati -vit ad urnam.

adi. **concitus,** -a, -um. *celer, properus – schnell, eilig (cf.* Gloss. II 250,42 St.-S. -us horscho. *al.):* **1** *de anim. (plerumque per hypallagen):* Beda hist. eccl. 4,3 p.209,4 introivit ille -us. Arbeo Corb. 4 p.192,23 -us (Vita Corb. 3 p.600,7 concite) surrexit. Wett. Gall. 35 p.277,18 qui coeperunt fodere -i. Godesc. Saxo fragm. p.21,3 nisi suum -us corrigat sensum. Nivard. Ysengr. 4,498 hic transi -us! Chart. Port. 3 p.8,35 Slavus acceptam corporis glebam -us retulit. *al.* **2** *de rebus, actionibus:* Ionas Bob. Ved. 4 -u gradu. Visio Baront. 10 cumcito itinere. Iulian. Tolet. Wamb. 20 descensum -um fecit. 27 p.523,19 -a velocitate . . . properans *princeps.* Steph. Edd. Wilfr. 1 omnes . . . -o cursu . . . advenerunt (Nivard. Ysengr. 1,264 c. -iore. *al.*). Walahfr. carm. 14,2,5 fugam molitur vaga -am res.

adv. **concite, *concito.** **1** *celeriter, propere, sine mora – schnell, eilends, unverzüglich:* Thegan. Ludow. 41 -e perrexit Limodiam. Fund. Werth. p.166,22 missis . . . -e nunciis. Hrotsv. Gall. I 11 gressum ad domum sancti Petri -e tetendit. Transl. Godeh. 3 p.649,48 pater -o surgit. Metell. Quir. 66,21 (ed. P. Ch. Jacobsen. 1965) hinc deorsum fertur *flamma,* inde sursum -e nimis. Vita Norb. II 68 daemon . . . volatu facili . . . Traiectum . . . -o transiit. Chron. rhythm. Austr. 58 tunc electus -o latus militare sibi dat. *saepe. v. et l.3.* **2** *subito, inopinato – plötzlich, unversehens:* Cand. Fuld. Eigil. II 10,6 -e prorupit in medium res dissona. Chron. rhythm. Austr. 233 tandem fato -e sibi demandante moritur *rex.*

conciliabulum, -i *n. script.:* -bol-: *l.60. adde* Gloss. II 10,7 St.-S. -nsi- *(var. l.): l.51.* -cia-*(var. l.): l.31sq.* -cin(n)a-: *l.65.*

I *locus conveniendi – Versammlungsstätte, -ort:* **A** *in bonam partem:* **1** *strictius (cf.* Gloss. II 127,38 St.-S. -o [-ciabulo *g*] dinchsteti. *al.):* Walth. Spir. Christoph. II praef. 64 patribus in -a (conciabula *E*) ductis. Thiofr. Willibr. I A 7 p.465^{A} ad consecranda . . . oratoria et christiani cętus -a. *in imag. de ovili:* Amalar. off. 4,2,11 in officii initio precatur, ut non possint tantum praevalere *ferae,* quatenus ab eodem -o aliquem separent. **2** *latius:* **a** *monasterium – Kloster:* Honor. August. inev. A (SBWien 150/III. 1905. p.30,34) contemplare et monachorum -a et videbis in eis bestie tabernacula. Hist. Walc. 39 in Walciodorensi -o. **b** *domus iudicii, tribunal – Gerichtshaus, Richterstuhl:* Gloss. II 377,38 St.-S. -um thinghus. IV 178,1 -um thincstol. **B** *in malam partem i. q. receptaculum – Schlupfwinkel:* Iulian. Tolet. Wamb. 5 coniuratorum -um. 8 fit . . . Gallia repente conventiculum perfidorum, perfidiae speleum, -um perditorum.

II *conventus, coetus – Zusammenkunft, Versammlung:* **A** *strictius:* **1** *in bonam partem (cf.* Gloss. I 354,12 St.-S. in -is in dingun): **a** *de concilio, synodo sim.:* Conc. Merov. p.168,29 -um . . . instituant *episcopi.* Aldh. virg. I 1 ad pontificale proficiscens -um. Vita Dalm. 7 (MGMer. III p.547, 14) accersitus pro -o (-sil- *var. l.*) sinodalem . . . properabat antestis. *expressius de sessione:* Steph. Edd. Wilfr. 53 p.249,8 per tot -a nostra. **b** *de iudicio:* Honor. August. inev. A (SBWien 150/III. 1905. p.27,6) esse diversas gentes . . . , diversa iura, diversa -a. **2** *in malam partem:* **a** *de concilio illicito, schismatico:* Hincm. epist. I 169 p.160,7 ad -um nuper Metis habitum, quod vocari sinodum vetuistis *(sc. papa).* Hadr. II. epist. 39 p.752,38 in nefando -o. Gerhoh. psalm. 133 p.500,32 non tam angulare concilium quam -um (-bolum *cod.*). Rahew.(?) dial. p.540,32 ego *(sc. Alexander III. papa)* conventiculo et -o potius quam concilio Papiensi intervenire neglexi. *al.* **b** *de conventu (principum) aemulo:* Acta imp. Winkelm. II 1037^{I} p.713,29 (a.1245) *imperator* apud Veronam vult ponere sedem suam . . . , ut suis -is (-cinnabulis *ed.*, -cinabulis *a. b*) dissolvat . . . concilium ecclesie sacrosanctum. **c** *de coetu clandestino, seditioso:* Rahew. gest. 4,59 p.296,30 Placentini . . . detecti sunt . . . cum Mediolanensibus crebra inire -a. Chron. Reinh. a.1208 p.576,1 in . . . secretis . . . -is. **d** *de cultu pagano:* Herbord. Ott. 2,32 p.124,11 (ed. J. Wikarjak. 1974) ibi -a et conventus suos habere soliti erant *Pommerani.* **e** *de congressu lascivo:* Gesta Camer. 1,107 p.446,19 quod . . . in

[Heßler]

usibus aecclesiae . . . deberet expendere, hoc . . . per amicarum -a . . . profligabat *abbas*. **B** *latius i. q. societas, communitas – Gesellschaft, Gemeinschaft:* **1** *in univ.:* ALDH. epist. 4 p. 484,3 alieni a beata orthodoxorum sodalitate inter scismaticorum -a infeliciter reputantur *haeretici*. GERB. epist. 173 (ed. F. Weigle. 1966) quod sceleratorum hominum -a effugerim. **2** *de congregatione clericorum:* IOH. METT. Ioh. 41 clericorum . . . -a . . . in monachorum instituta mutavit *episcopus*.

***concilialis,** -e. *qui concilio interest – am Konzil teilnehmend:* STEPH. EDD. Wilfr. 47 p. 243,2 -es . . . ceteri dicebant episcopi: *'eqs.'*

***conciliamen,** -inis *n. decretum concilii – Konzilsbeschluß:* CARM. libr. II 26,10 eximia decimus *canon* dat -a Sardis.

conciliatio, -onis *f.* **1** *proprie:* **a** *gener.:* **α** *coniunctio (arta), unanimitas – (enge) Bindung, Übereinstimmung:* ALBERT. M. eth. 9,2,4 p. 576ª,6 -o . . . quaedam cordium est et unitas consensus *concordia*. **β** *placatio, reconciliatio – Aussöhnung, Versöhnlichkeit:* HUGEB. Willib. 4 p. 95,16 pax multa fuit et -o inter Sarracinis et Grecis. Wynneb. 9 p. 114,5 mihi predistinatum iter ad pergendum de hoc seculo cum licentia et -e concedite. WOLFHER. Godeh. I 35 p. 193,41 inceptae iam sepius -i . . . inniti studebat *archiepiscopus*. **b** *iur. i. q. conventio, pactio – Übereinkunft, 'Gedinge':* CHART. Sangall. A 657 (a. 887) si . . . aliqua persona hanc -em irrumpere temptaverit. *condicio – Bedingung:* DIPL. Conr. I. 8 curtem . . . donavimus ea . . . ratione atque -e, ut *eqs.* **2** *meton. i. q. ligamentum – etwas das zusammenhält:* PAUL. DIAC. hom. de temp. 177 (PL 95,1410ᴬ) cuius *(animae)* vinculum atque -o quaedam est cibus iste corporeus.

***conciliativus,** -a, -um. **1** *coniunctivus – verbindend:* ALBERT. M. metaph. 3,2,11 p. 130,50 (ed. B. Geyer. 1960) 'hoc' principium . . . 'amorem esse', -um eorum, quae in generatione unius uniuntur. **2** *efficiens – herbeiführend, bewirkend:* ALBERT. M. eth. 1,5,11 p. 71ᵇ,35 contra veritatem dictum non amicitiae est: contraria -um et non impeditivum.

conciliator, -oris *m. script.* -nsi- *(var. l.): l.44.*

1 *interpres, auctor – Vermittler, Stifter:* **a** *in bonam partem:* AGOB. epist. 5,1 ut aut incentor discordię aut pacis -r ęsse potuerim (THANGM. Bernw. 23 p. -es). VITA Antonini Surr. 17 p. 791ᴱ gratias Deo datori et beato Antonino sanitatis -i . . . retulerunt. **b** *in malam partem:* **α** *machinator – Anstifter:* LEX Sal. Merov. 99ᵗⁱᵗ. de -bus (-siliatoribus *var. l.*). **β** *leno – Kuppler:* GLOSS. IV 148,55 St.-S. leno -r friboto *(cf. Corp. Gloss. lat. ed. Goetz IV 106,42)*. **2** *qui reconciliat – einer der versöhnt:* GESTA Camer. cont. II app. p. 249,1 Gerardus episcopus . . . , vir pacis amator . . . et -r discordantium.

conciliatrix, -icis *f.* **1** *in bonam partem:* **a** *mediatrix – Mittlerin:* RAHEW. Theoph. 580 -is *(sc. Mariae)* opus ecce videre venite. **b** *adiutrix – Helferin:* REGIMEN san. Salern. 184 salvia salvatrix, naturae -x. **2** *in malam partem:* **a** *lena – Kupplerin (cf.* GLOSS. IV 47,24 St.-S. -x . . . lenonam vocant hûrmachinna): LEG. Burgund. Rom. 21,2 aut venefícam aut -em. **b** *meretrix – Hure:* GLOSS. III 187,10 St.-S. -x hurra.

concilio, -avi, -atum, -are. *script.:* -nsi-: *p. 1172,10.28. 54.1173,7.23.* -nsci-: LAND. MEDIOL. hist. I 2,18 p. 55,43. *struct.:* ad: *p. 1172,3.* cum: *p. 1172,12.38. pendet* ut: *p. 1172,41.44.46.*

I *c. sensu sociandi, coniungendi:* **A** *strictius spectat ad favorem, gratiam:* **1** *propitium, clementem reddere – günstig, gnädig stimmen (cf.* GLOSS. II 410,58 St.-S. -ta keliupta): **a** *obi. Deus, fautores:* **α** *in univ.:* RIMB. Anscar. 24 p. 52,6 muneribus eum *(regem)* . . . -are studuit. RUOTG. Brun. 37 p. 38,17 eisdem *(principibus)* imperatorem . . . -bat. DIPL. Heinr. II. 98 ipsum *(Deum)* nobis -bimus (*item in arenga:* DIPL. Conr. II. 291 p. 412,31 divinam nobis maiestatem atque clementiam -ari . . . autumamus). **β** *allicere – gewinnen:* GUNTH. COL. diab. cap. A p. 68,42 ei *(regi)* . . . amicos et fideles -ate. BERTH. (?) annal. a. 1079 p. 317,19 Romanorum animos sibi -vit. **γ** *promptum facere – bereit, geneigt machen:* RIMB. Anscar. 32 per quos *(amicos)* eum *(regem)* ad Domini voluntatem -are posset. **b** *obi. sensus i. q. permulcere – reizen:* REIN. ALEM. phagifac. 356 ea des, tibi que dulcore palatum -ant. **2** *placare, reconciliare – aussöhnen, versöhnen (cf.* GLOSS. I 86,7 St.-S. -as kasonis. IV 337,12 -tus kisuontaer): **a** *obi. vindex iniuriae, Deus:* OTTO FRISING. gest. 2,11 p. 113,7 caeli principem -andum decrevit. CONST. I 239,6 mercatorem pro gravamine per satisfactionem sibi -siliet. **b** *obi. auctor iniuriae (causa maeroris: l. 21):* **α** *in univ.:* TRAD. Frising. 626ª p. 534,11 (a. 837) se ad placandum et -andum cum domno episcopo profitebantur se reddere . . . colonicas III. CARM. Cantabr. 30ª,5ᵇ,4 -andus ecclesie *iuvenis. al. c. sensu intercedendi:* EKKEH. IV. bened. I 34,17 -a (gloss.: Deo) prece femineum, pia pusio *(sc. Maria)*, sexum. carm. var. I 3,2 sanguine nos primus *(sc. Stephanus)* -et (gloss.: Christo), petimus. *absol. i. q. intercedere – Fürsprache einlegen:* NIVARD. Ysengr. 3,1140 tunc tibi rex . . . mansuescere posset, qui vix nunc aliquo -ante potest. **β** *denuo carum reddere – wieder lieb machen:* NIVARD. Ysengr. 2,174 spes nisi vindictę -ret eam *(vitam)*. **γ** *expiare – entsühnen:* CHART. Rhen. med. I 235 p. 292,23 (a. 971) si id denuo . . . presumpserit repetere, nullo . . . precio valeat umquam -ari. **c** *medial. i. q. reconciliari – sich versöhnen:* HRABAN. epist. 29 p. 447,11 viro suo -ari (reconciliari *Vulg. I Cor. 7, 11*). CHRON. Merseb. 12 p. 186,5 regni meliores . . . ad -andum regi conveniunt. OTTO FRISING. chron. 2,47 p. 123,26 qualiter eis -ari (-siliari, reconciliari *var. l.*) posset. **B** *latius:* **1** *spectat ad societatem i. q. (sibi) devincire – (sich) verbinden:* **a** *in bonam partem:* **α** *obi. homines:* EINH. Karol. 16 p. 19,2 regibus ac gentibus per amicitiam sibi -tis. **β** *obi. res i. q. coniungere – schließen:* ALDH. ad Acirc. 4 p. 75,2 fraternitatis affectus, quos . . . -asse et copulasse denoscimur. **b** *in malam partem:* CAPIT. reg. Franc. 213,3 quod quidam . . . -ent sibi atque consotient latrones. *conspirare – sich verschwören:* ANNAL. Fuld. Ratisb. a. 884 p. 112,10 tui homines in vitam meam . . . dolose cum Vulgaris -verunt. **2** *spectat ad conventionem i. q. stipulari, pacisci – vereinbaren, ein Übereinkommen treffen:* **a** *in univ.:* TRAD. Ratisb. 81 (a. 875/85) Engilmarus tradidit mancipia . . . et -vit, ut *eqs.* ANNAL. Altah. a. 1044 p. 35,28 cum vero . . . nec possent nec vellent -are *exercitus*. **b** *de precaria, complacitatione:* TRAD. Patav. 45 (a. 796/800) -verunt *episcopus et Salucho*, ut ipse Salucho suam tradidit hereditatem. *al.* TRAD. Ratisb. 72 p. 67,36 hoc ea ratione -tum est, ut *eqs. absol.:* DIPL. Ludow. Inf. 40 p. 158,35 (in dorso; s. XI.) qualiter Eopertus -vit (*syn.* complacitavit). **3** *spectat ad congruentiam, aequitatem:* **a** *accommodare – abstimmen (auf):* FRUTOLF. ton. p. 182,36 singulos eiusdem melodiae versus secundum proprietatem melodiarum ab exordio usque in finem suae finali chordae -are. **b** *compensare, supplere – ausgleichen, ersetzen:* NIVARD. Ysengr. 1,178 -ant artes debilitatis onus. 5,758 fęnore solvendi -bo (-siliabo *var. l.*) moram. *ibid. al.* **4** *spectat ad opportunitatem:* **a** *commendare – empfehlen:* VITA Ludow. Pii 28 p. 622,16 quicumque . . . -ante scientia et morum probitate ad ministerium adsciscerentur altaris. **b** *intrans. i. q. convenire, placere – gefallen:* GEBEH. AUGUST. Udalr. p. 592,6 in eo . . . grata luculentas *(sic?)* . . . omnium -bat obtutibus.

II *c. sensu cogendi, acquirendi, parandi:* **A** *strictius:* **1** *de arcessitu:* **a** *adducere – zuführen:* PASS. Ursulae prol. p. 144,6 ut . . . augusto . . . gnatam regis sponsam -ret *comes*. **b** *afferre – herbeischaffen:* CARM. Bur. B 135,4,4 quam dederas, rogo, -es *(sc. Amor)*. **c** *congregare – versammeln:* WOLFHER. Godeh. I 23 p. 184,20 ne . . . conventum aliquem temere -ent *episcopi*. RANGER. Anselm. 1469 modo privatim, modo caetu -to. **2** *de adeptione i. q. comparare, assequi – erwerben, erlangen:* **a** *in univ.:* WALAHFR. carm. 54,4 favorem. DIPL. Ludow. Germ. 57 p. 78,21 Domini misericordiam facilius nobis -andam esse confidimus (*item in arenga:* DIPL. Karoli III. 138 p. 221,30 aeternae retributionis praemium sibi -at. DIPL. Conr. III. 189 p. 344,7 [ed.

[Heßler]

F. Hausmann. 1969]). LAMB. HERSF. Lull. 12 p.322,25 episcopus, ut verbis fidem -ret *eqs. al.* **b** *impetrare – erwirken:* WALAHFR. Mamm. orat. 19 o beate Mammes, assis, obsecro, spiritusque sancti munus -es meo labori. **B** *latius:* **1** *machinari – anstiften:* LEX Sal. Merov. 99, 1 si quis filium aut filiam alienam extra consilium parentum in coniugio copulandum -verit (-siliaverit *A1*). **2** *movere, efficere – verursachen, bewirken:* THANGM. Bernw. 22 p.769,4 concilium respondit: 'scisma -ans discordias *vocari potest synodus*'. WOLFHER. Godeh. I 28 p.188,14 si quidem synodus iure vocatur, in qua scisma -atur, religio adnullatur. **3** *facere – machen (zu):* THANGM. Bernw. 27 p.771,4 patientiam familiarissimam in cunctis vernaculam sibi -are. **4** *adhibere, usurpare – verwenden, ausnutzen:* NIVARD. Ysengr. 4,140 lucro . . . -are moram.

adi. **conciliatus,** -a, -um. **1** *gratiosus (fortunae) – (beim Schicksal) in Gunst stehend:* EKKEH. IV. bened. I 33,91 si mare, si terras male -us (gloss.: infortunatus ut Ulixes) oberras. **2** *opportunus – passend:* VITA Pirmin. II 9 p. 39[E] -am tuis desideriis propalabo mansionem.

?subst. **concilians,** -antis *m. qui compensat – einer der entschädigt:* NIVARD. Ysengr. 1,372 cui servas, operam -is (-siliantis *var. l.*) agens? *(cf. notam ed.)*

1. *concilis (-cel(l)-), -e. (conciliabulum, *cf. F. Schneider, Die Entstehung von Burg und Landgemeinde in Italien. 1924. p.85*) **1** *adi.: de terris culturae mancipandis i. q. ad fundum communem pertinens – zum Gemeindeland gehörend:* CHART. Bund. 224 (a.1106) cum . . . pratis, pascuis, divisis et indivisis, comunalibus usibus aque seu -celibus locis. *cf.* *inconcilis. **2** *subst. neutr. (plur.): fundus communis (ad culturam commodatus vel elocatus) – (zur Urbarmachung verliehenes oder verpachtetes) Gemeindeland:* CHART. Bund. 329 (a.1153) cum . . . divisis et indivisis, -cellibus et alodo. *cf. ALMA 38. 1972. p.25 s. v.* concelis.

2. *concilis *v.* *conchylius.

***conciliv(i)us** (-nzi-, -cel-, -zei-), -a, -um. *(cf.* 1.*concilis, concilium *p.1176,10sqq.)* **1** *adi.:* **a** *a communitate pagi commodatus vel elocatus – von der Gemeinde verliehen oder verpachtet:* CHART. Bund. 459 p.352,1 (a.1192) pecias duas silve -vie. **b** *ad commodationem vel locationem fundi communis spectans – die Leihe oder Verpachtung von Gemeindeland betreffend:* CHART. Bund. 479 (a.1197) cum finibus et accessionibus suis iuris -zilivi. **2** *subst. fem. et neutr.:* **a** *commodatio vel locatio fundi communis – Leihe oder Verpachtung von Gemeindeland:* CHART. Bund. 304 p.225,18 (a.1140) ut . . . darent . . . de terris incultis ipsius communis nomine -vi solvendo accolam dicto communi (440 faciat exinde n. -vi, quicquid voluerit. *al.*). 411 iure -celivi. 528 teneat ipsam terram ad -zelivum. **b** *fundus communis (ad culturam commodatus vel elocatus) – (zur Urbarmachung verliehenes oder verpachtetes) Gemeindeland:* CHART. Bund. 435 p.330,7 (a.1186) decimam de novalibus et de -vis et montibus. CHART. Ticin. 191 p.11,19 (ed. L. Brentani, Cod. dipl. Ticin. III. 1943) cum . . . asculis et passculis, -vis et vicanalibus *(syn.* communitatibus *in eadem formula, v. p. 1013,24).* CHART. Bund. 628 p.131,39 vendicionem fecit -ve Gencius decanus.

1. concilium, -i *n. script.:* cun-: *p.1174,10sq.* cosi- *(var. l.):* EDICT. Roth. 279. -nsi- *(var. l.): saepe, e. g. p. 1174,15.18.20.41. 1175,10.* -nsci-: *p.1174,25.* -cel-: *p. 1174,12.* -illi-: *p.1174,11. 1176,13. form. masc.* -us: *p. 1174,2.37. 1177,4. adde* CONC. Merov. p.218,19. *cf. p.1175,5. plur. sensu sing.: p.1174,47. 1175,51.70. 1176,65. miscetur vel confunditur c. voce* consilium: *p.1175,55sqq., cf. l.59sq.; v. et P. Michaud-Quantin, Universitas. 1970. p. 135sqq. opp. vel iuxta ponitur* consilium: *p.1174,61. 1175,15.56.60. 1176,63.*

conventus – Versammlung (cf. GLOSS. I 710,6 St.-S. -o thingi. II 676,61 -a kisemino. *al.; interdum de hominibus in -o congregatis, e. g. p.1174,42. 1175,52.54):* **I** *eccl. i. q. synodus, conventus ecclesiasticus – Synode, Konzil:* **A** *strictius (de re v. Hinschius, Kirchenrecht III. p.325sqq.):* **1** *proprie:* **a** *in univ.:* EPIST. Desid. Cad. 17 (ed. D. Norberg. 1961) ut sine nostra *(sc. regis)* sciencia synodalis -us in regno nostro non agatur. WILLIB. Bonif. 8 p.45,7 synodalia -orum conventicula . . . adire non poterat. DIPL. Conr. III. 106 p.191,20 (ed. F. Hausmann. 1969) tam apud regni tribunalia quam apud catholicorum -a. *al. v. et p.1175,49. expressius de -i adunatione:* CONST. I 24,3 (a.998/99) episcopatus Merseburgensis . . . a sede apostolica et imperatore . . . sine -o destructus. **b** *de -is ecclesiae antiquae oecumenicis:* AGNELL. lib. pont. 48 p.311,8 cum episcoporum cun-o (cuncillio *1*) fuisset allatus . . . hereticus. IOH. VIII. epist. B 57 sancti Niceni -i (-celii *cod.*) statutum capitulis esse *eqs.* ALBERT. M. sent. 1,11,9 p.350[b],24 octo -a generalia in primitiva ecclesia celebrata sunt (ALEX. MIN. apoc.7,3 p. 113,22 in primo generali -o [-silio *var. l.*]). *saepe. cf. l.28sqq.* **c** *de -is a pontifice Romano congregatis:* **α** *particularibus:* BONIF. epist.41 hic *(Romae)* exspectantes sacerdotum -um (-silium *var. l.*). IOH. VIII. epist. A 59 Italici regni universale, id est totius provincię, advocare -um. THIETM. chron. 3,14 positum est Romae -um (-silium CHRON. Thietm.) generale (CHART. Stir. I 146 [epist. papae] g. apud Pisanam civitatem . . . -um celebrare). GREG. VII. registr. 1,54 cum apud nos in publico -o ventilatum fuerit *eqs.* 9,35[a] -um apostolica benedictione lętificatum . . . dimisit *papa.* OTTO MOR. hist. p.138,7 ad -um (-scilium, -silium *var. l.*) a domino . . . papa . . . constitutum. CONST. II 116,15 qui *(papa)* cum . . . provinciale -um . . . prelatorum totius Ytalie convocasset. *al.* **β** *oecumenicis:* OTTO FRISING. gest.2,28 p.133,32 in magno -o Romae sub Innocentio *(II.)* habito. BURCH. URSB. chron. p.58,2 Alexander *(III.)* papa celebravit -um generale in basilica Lateranensi (CHART. Brixin. 175 p.186,1 Lugduni in -o generali). *al.* **d** *de synodo e regno (regione: l.43sqq.) congregata ('Reichskonzil', 'Landessynode'):* CONC. Merov. p.2,18 cum . . . ex evocatione . . . regis . . . in Aurilianensi urbe fuisset -um summorum antestitum congregatum *(item in regno Francorum:* p.172,5 usque ad -um universale. DIPL. Karoli M. 118 p.165,29 senodalis -us. ANNAL. Einh. a. 794 p.95,14 rex propter condemnandam heresim Felicianam . . . , quando et generalem populi sui conventum habuit, -um episcoporum . . . congregavit. ADAM gest. 1,16 p.22,22 habito . . . generali sacerdotum -o [-silio *var. l.*]. *al.*). ALDH. epist. 4 p.481,8 omne sacerdotale -um meam parvitatem . . . compulerunt, ut *eqs.* CONC. Karol. 16[B] hoc peracto -o *(item in regionibus sim.:* WETT. Gall. 24 p.269,21. WALAHFR. Gall. 1,24 capit. p.284,26 in -o principali). CAPIT. reg. Franc. 306 p.466,26. NICOL. I. epist. 88 p.460,20 quando . . . illum *(Ignatium)* ad tribunalia -a pertraxistis *(sc. imperator).* DIPL. Heinr. II. 143 p.171,18 in . . . Frankonofurt habito generali -o (WIPO gest. 6 p.28,12 publico placito et g. -o habito). RAHEW. gest.4,64 auctoritatem . . . congregandi -i exemplo antiquorum imperatorum . . . sibi congruere putans *Fridericus I. al.* **e** *de synodo sub archiepiscopo habita ('Provinzialsynode'):* CONC. Merov. p.62,9 ut metropolitani singulis annis cumprovincialis suos ad -um evocent. CONC. Karol. 50[D],26 episcoporum -a bis in anno, sicut mos canonicus docet, per unamquamque provintiam non fiunt. PONTIF. Rom.-Germ. 79[capit.] (Studi e Testi 226. 1963) ordo Romanus, qualiter -um agatur generale (WOLFHER. Godeh. II 22 -um g. episcoporum duodecim). BERTH.(?) annal. a.1075 p.278, 23 universale. COD. Udalr. 233 p.408,20 ipsius *(archiepiscopi)* consilio -o . . . me . . . praesentavi. CHART. Merseb.323 p.256,23 (epist. papae) in provincialibus -is et episcopalibus synodis. *al. expressius de sessione:* COD. Udalr. 38 p.80,12 -um huius diei . . . diremptum est. **f** *de synodo sub episcopo habita ('Diözesansynode'):* CONC. Merov. p.180,10 ut medio Madio omnes presbyteri ad synodo in civitatem veniant et kalendis Novembris omnes abbates ad -um conveniant (CAPIT. reg. Franc. 14,8 ad -um episcopi). PONTIF. Rom.-Germ. 80,62 (Studi e Testi 226. 1963) sic . . . conventus -i absolvetur. GERH. AUGUST. Udalr. I 4 p.392,4 tribus diebus contiguis synodale colloquium habere consuevit, eo quod canones bis in anno episcoporum -a fieri praecipiunt. *al. ad-*

[Heßler]

de: ARBEO Corb. 41 p.229,8 generaliter fratres nostros convocavi *(sc. episcopus)*, tantum sacerdotes in -um fiere decrevi. **2** *meton. de actis, decretis:* **a** *in univ.:* CONC. Karol. 14 p.89,21 papa . . . praedecessoris sui venerabilem -um confirmans. THEGAN. Ludow. 20 p.595,36 intellegere scripturam canonicam, quod apostolorum -um nominatur. CATAL. biblioth. Lehm. I 16 p.79,8 -a principalia XII et decretales. CAPIT. reg. Franc. 290,2 quae . . . in diversis -is et capitularibus . . . inveniuntur. EPIST. Hann. 20 p.49,18 -i (-silii *var. l.*) seu decreti . . . auctor. *al.* **b** *de serie subscriptionum:* ADAM gest.1,49 archiepiscopus in cauda -i positus est. **B** *latius i. q. congregatio monachorum – Konvent:* **1** *in univ.:* DIPL. Loth. III. 26 p.41,31 (spur. c. 1160) communicato principum consilio, concordante non minus fratrum Fuldensium -o. *de coetu ob eligendum abbatem facto:* CAND. Fuld. Eigil. II 9,8 talia si subeas ultra, o sociabilis ordo, -a. **2** *capitulum generale – Generalkapitel:* HELM. chron. 91 p.176,19 hii *(abbates et monachi)* singulis annis celebrant -um apud Cistercium. 105 p.206,24 *episcopus* visitavit Cisterciense -um (-silium *var. l.*).

II *publ.:* **A** *strictius:* **1** *contio populi (vel exercitus) – Volks-, (Heeres-)Versammlung, Thing:* **a** *apud gentes Teutonicas:* LEX Alam. 41,2 sic convenit duci et omni populo in publico -o (-silio *10. 12*, iudicio *2. 4*). ANNAL. Mett. a.692 p.14,6 singulis . . . annis in kalendis Martii generale cum omnibus Francis . . . -um (-silium *var. l.*) tenuit *Pippinus* (HUCBALD. Leb. 11 p.362,1 ex singulis pagis . . . viri duodecim electi . . . in media Saxonia secus . . . locum Marklo nuncupatum exercebant g. -um). **b** *apud exteras gentes:* α *proprie:* BEDA hist. eccl. 3,5 p.137,9 illi *(Scottorum seniores)* . . . tractatum magnum in -o . . . habere coeperunt. BRUNO QUERF. ad Heinr. II. p.99,18 (ed. J. Karwasińska. 1973) donec . . . universus populus *Pezenegorum* congregaretur ad -um. ADAM gest.4,21 p.252,11 ut -o (-silio *var. l.*) populorum communi, quod ab ipsis warh vocatur, episcopos interesse non renuant *Sueones*. SCHOL. Adam gest.71 ubi *(in civitate Rethre)* . . . -o paganorum . . . pro Christo decollati sunt *monachi*. β *meton. i. q. locus conveniendi – Versammlungsplatz:* ADAM gest.2,62 ydolum gentis *Sueonum* nomine Thor stans in -o (-silio *var. l.*) paganorum cepit anathematizare. **2** *conventus procerum, principum regni, curia – Reichstag, Fürstentag, Hoftag:* CAPIT. reg. Franc. 20 p.47,19 congregatis in unum sinodali -o episcopis, abbatibus virisque inlustribus comitibus una cum . . . domno nostro *rege*. CHART. Fuld. B 165 actum in publico -o, quod dicitur Pathrafons. POETA Saxo 1,23 Carolus collegit . . . proceres ad -um generale. ADALB. MAGD. chron. a.966 p.177,19 habito cum omnibus regni maioribus -o. EKKEH. IV. cas. 28 in palatinis et sinodicis eque valens -is *Salomo*. COSMAS chron. 3,56 p.229,23 ipse vocatus non venit ad nostra *(sc. imperatoris)* -a (*syn.* curiam). CHRON. Reinh. a.1197 p.557,10. *saepe. in fabula:* ECBASIS capt.443 inspice -um. HROTSV. Bas. 73 errantem . . . duxere maligni . . . ad -um crudele tenebricolarum. Theoph. 108 ad -um . . . scelerosum. **B** *latius:* **1** *coetus, consultatio – Zusammenkunft, Beratung, Besprechung:* CAPIT. reg. Franc. 300,7 in eo -o atque consilio fuit, quo nepos meus . . . adiutorium . . . mihi subtraheret. TRAD. Ratisb. 78 p.73,3 ut perrexissent ad -um comitum ad Eitaraha. WIPO gest.1 p.12,20 quae . . . tam pacis quam belli consiliis, -is et conventibus . . . peregit *rex*. BERTH.(?) annal. a.1079 p.321,39 anathematicum hoc -um. CHART. Heinr. Leon. 54 p.79,15 celebratum est -um . . . in episcopatu Bisunti . . . , cui interfuit Fridericus imperator . . . et Ludewicus rex Francię. *adde:* TRAD. Frising. 142 p.146,39 (a.791) congregati fuerunt Hosi et fecerunt -um inter illos. GERH. AUGUST. Udalr. I 6 p.395,2 ubi eum ab aliis mundanis -is absolutiorem esse arbitrabantur *archipresbyteri*. **2** *consilii coetus – Ratsversammlung:* **a** *de Iudaeorum synedrio:* HRABAN. carm. 39, 60, 4 sanctum ad tribunalia duxerunt et -a. GERHOH. novit. 31,4 (ed. N. M. Häring. 1974) de quo . . . consilio et -o *Pharisaeorum* intelligitur *eqs.* CARM. de Iuda 2,285 (ed. P. Lehmann, Erforsch. d. Mittelalt. II. 1959. p.272) -um fit . . . inter maiores primatus et seniores. *adde:* HERM. IUD. conv. 10 p.99,5 (ed. G. Niemeyer. 1963) coacto . . . Iudeorum -o (-silio *var. l.*). **b** *de principis consiliatoribus:* WALTHARIUS 21 qui *(rex)* . . . -um cogit. CARM. Cantabr. 19,6,2 intfieg ina aver Otdo, duxit in -um *Heinricum*. **c** *de coetu senatorum communitatis:* α *proprie:* CHART. Bund. 558 p.58,30 (a.1213) vicini convenerant ad -um more solito convocatum (790 p.248,9 ad publicum -um). CHART. Pomm. B 777 p.132,37 -um civitatis de Gripeswald. β *meton. i. q. senatus vel commune pagi – Gemeinderat oder Gemeinde:* CHART. Ticin. 111 p.65,18 (ed. L. Brentani, Cod. dipl. Ticin. II. 1931; a.1222) totam meam partem integraliter . . . tocius decime de Pregasona et eius -llii.

III *iur. et canon. i. q. consessus iudicum, iudicium – Gerichtsversammlung, -sitzung, Ding* (*cf.* GLOSS. I 66,15 St.-S. -o . . . sona. IV 6,2 -o suana. 288,29 -is thingon): **A** *spectat ad res saeculares:* **1** *proprie:* **a** *in univ.:* ALDH. virg. II 923 -um glomerant. ADREV. Bened. 25 p.490,16 in eam . . . sententiam -um (-silium *var. l.*) omne deflexit. FORM. Sangall. II 2 ut . . . nullus dux . . . nec quilibet . . . iudex . . . ibi -um congregare . . . audeat. WIDUK. gest.1,35 -a et omnes conventus atque convivia in urbibus voluit celebrari *rex (de re v. C. Erdmann, DtArch. 6. 1943. p.62)*. HROTSV. Gong. 396 turbam accitam flendo . . . -o. *cf. p.1175,24. adde:* OTLOH. vis.14 p.369^{B} -o finito isti *spiritus* . . . remeabant. CAES. HEIST. mirac. I 5,4 p.280,19 ad imperium principis *(sc. diaboli)* -um malignantium cogitur. *cf. p.1177,1.* **b** *de iudicio comitis:* TRAD. Frising. 289^{c} (a.809) testes in eodem -o: *eqs.* 324 episcopus veniens in -um . . . comitis (CHART. Westph. I 182 p.141,2). WALAHFR. Otm. 5 vir venerabilis . . . in medio -i collocatur. CHART. Fuld. A 675 Kristan . . . noxae convictus in vulgari -o . . . tradidit *eqs.* EPIST. Teg. I 84 -um, quod vultis *(sc. comes)* ad Pipurch habere. FUND. Sangeorg. 67 inibi *(in Aseheim villa)* fuit immensum -um et colloquium. *al. cf. p.1175,58.* **c** *de iudicio minoris ordinis:* CHART. Turic. 199 p.91,5 (a.950/54) in civitate Turegia in legitimo Kerharti -o advocati. *v. et p.917,65. adde:* BERTH. (?) annal. a.1067 p.273,33 non modico ibidem facto -o. **2** *meton. i. q. sententia iudicum – Gerichtsentscheidung:* DIPL. Ludow. Germ. 85 plebs, cum audierat -um *eqs.* **B** *spectat ad res ecclesiasticas:* **1** *proprie de iudicio episcopali:* **a** *in univ.:* CHART. Udalr. August. I 8 p.180,2 (a.1169) sicut definitum est in -o domni Waltheri episcopi. *adde:* HADR. II. epist. 28 quod in civili -o apud suum *(sc. presbyteri)* episcopum perpere gestum est. **b** *spectat ad sessiones in diversis locis episcopatus habitas* (*'Send', cf. LThK.* ^{2}*IX. p.658sqq.):* TRAD. Frising. 703^{a} p.589,27 (a.849) contigit . . . episcopum placitum suum condixisse in loco, qui dicitur Tannara, ubi . . . viri nobiles . . . convenerunt . . . ; presbiter . . . intravit simul cum ipsis in -um. GERH. AUGUST. Udalr. I 6 p.394,23 in -o considens *episcopus* populum ante se vocari fecit prudentioresque . . . interrogare praecepit, quae in illa parrochia emendatione digna fuissent. EPIST. Teg. I 35 in -o archipresbiteri. OTLOH. vis.3 p.347^{c} in -o quodam pro mei causa habito *(de re v. H. Schauwecker, ZRGKan. 80. 1963. p.423sq.).* **2** *meton. i. q. (decani) capitulum rurale – Landdekanat (de re v. Hinschius, Kirchenrecht II. p.272):* CHART. Lux. II 423 p.466,2 (a.1243) decanus -i Bastoniensis (p. 467,2. CHART. Altenberg. 323 p.231,11 scriptum . . . *sigillo* decani ruralis -i Iuliacensis impetravimus communiri).

IV *usu communi:* **A** *sodalitas, congregatio – Geselligkeit, Beisammensein:* THIETM. chron.6,36 sapiens in consilio, iocundus in -o (colloquio CHRON. Thietm.). WIPO prov. 93 melius est supernum -um (-silium *var. l.*) quam huius vitae exilium. CARM. Bur. B 58,2,6 his autem -is noster adest Iupiter. **B** *turba, chorus, multitudo – Menge, Schar, Masse:* **1** *in univ.:* VITA Liutg. I 27 aspexit non longe a via vulgi -um (-silium *var. l.*) die dominica congregatum. RUP. TUIT. vict.10,1 p.311,10 (ed. R. Haacke. 1970) in sancto victorum eiusmodi *(sc. sanctorum)* -o, in fortium talium exercitu. *in malam partem (cf. Vulg. psalm.21,17):* MANEG. c. Wolfh.21 p.90,18 (ed. W. Hartmann. 1972) in

[Heßler]

conspectu malignantis -i. THEOD. PALID. annal. a.954 -um malignantium *(sc. Ungariorum et Hunorum)* obsedit Augustam. **2** *expressius i. q. conglobatio, globus – Zusammenrottung, Bande:* EDICT. Roth. 279 si servi, id est -us (-um, -silium *var. l.*), manu armata in vico intraverint.

2. concilium *v.* consilium. **3. concilium** *v.* conchylium.

1. concilius *v.* 1. concilium. **2. *concilius** *v.* *conchylius.

***concillum** *v.* *calcillum. **concinenter** *v.* 1. concino.

concinentia (-inne-), -ae *f.* **1** *proprie i. q. consonantia, concentus – Zusammenklang, Harmonie:* HRABAN. inst. cler. 1,33 p.72,18 de -nnentia soni. MUS. ENCHIR. 18,57 (ed. H. Schmid. 1981) moderationis ratio, quae -as temperat vocum. REGINO harm. inst. 1 ut decens . . . fiat -a. ARIBO FRISING. mus. p.52,4 cum proportionis commoditasque et -a (-nnentia *var. l.*) non consideratur. *al.* **2** *translate i. q. congruentia – Entsprechung:* RATHER. epist. 32 p.182,22 cadat in eum *(peiorem Bucconem, sc. Nannonem)* . . . eiusdem -a rogationis *meae.*

***concineratio,** -onis *f.* *de corporis reliquiis i. q. cinis, pulvis – Staub:* FOLCUIN. Lob. 40 sumptis ex -e sanctissimi corporis . . . duobus dentibus.

***concinero,** -avi, -are. **1** *in cinerem vertere, concremare – einäschern:* CHRON. Bened. II 12 edes ignibus -verunt *Ungarii.* **2** *medial. i. q. in cinerem et pulverem resolvi – zu Staub werden:* MIRAC. Bert. 1 p.510,6 Regenhardus . . . eligens . . . martirio ibi animam Deo commendare et corpus paternis cymiteriis -ari. FOLCUIN. Bert. 103 uxor eius . . . cupiens cum illo pariter in uno cimiterio -ari *eqs.*

concingo, -cinxi, -ere. **1** *circumcludere – umschließen:* ALCUIN. carm. 99,13,9 monumenta brevi placuit -ere muro. **2** *circulum complendo obsidere – als Abschluß der kreisförmigen Sitzordnung einnehmen:* WOLFHER. Godeh. I 31 p. 190,25 aquilonale *chori latus* . . . abbates . . . -xerunt.

concinnabulum *v.* conciliabulum *p.1170,65.*

concinnalis *v.* cincinnalis. ***concinnanter** *v.* 1. concinno.

***concinnantia** (-cia), -ae *f.* **1** *elegantia, concinnitas – Feinheit, Ausgewogenheit:* **a** *strictius:* ARNULF. delic. argum. 1,14 cuius *(libelli)* in editiuncula nulli prorsus oblatranti synalimphe consentanea omnis eleganter responsat -a. HUGO TRIMB. registr. 551 si pro -cia (-cinnuancia *var. l.*) rithmica cesura fit. **b** *latius i. q. sonus dulcis, concentus – Wohlklang, Harmonie:* CARM. Cantabr. 30,3 compte corde crepent -am. **2** *convenientia – Übereinstimmung:* **a** *gener.:* HILDEG. euang. 19,2 p.301,4 'et factus est timor' stuporis in nova -a, quia in hoc, quod ignotum est, homo primum stupet. **b** *rhet.:* CONR. MUR. summ. p. 29,3 (ed. W. Kronbichler. 1968) distinguendo clausulas versiculorum in quadam finali -a. p.54,20 tertium *vitium dictaminis* est, cum in epistolis rithmica -a invenitur *eqs.*

concinnatio (-cio), -onis *f.* **1** *sustentatio, procuratio, conservatio – Versorgung, Wartung, Unterhalt(ung):* LIBER diurn. 54 p.60,18 ut luminariorum -em atque restaurationem . . . procures (CONC. Karol. 12 p.68,1 pro . . . l. -e. VITA Athan. Neap. 4 p.443,38 ad l. -es et sumptus . . . custodis. *al.*). NICOL. I. epist. 82 p.439,7 ecclesiastica possessio, unde luminaria et -es ecclesiae Dei fieri debent. **2** *fictio, simulatio – Erfindung, Vorspiegelung:* SISEB. Desid. 4 ad -es criminum. LEG. Wisig. 2,1,8 p.56[a],17 -cione falsissima fictas quasi veredicas . . . scripturas conficere. CONR. EBERB. exord. 5,12 p.306,34 (Series script. s. ord. Cist. II. 1961) in his omnibus subtilissimae deceptionis -bus. **3** *clandestinum consilium, machinatio – Anschlag, Machenschaft:* SISEB. Desid. 10 -es suarum fraudium. VITA Ludow. Pii 29 p.623,12 -es . . . prodiderunt. ACTA imp. Winkelm. I 693 p. 548,18 (a.1243) iniqua -o perfidorum.

***concinnativus,** -a, -um. *ad fabricationem spectans – die Konstruktion betreffend:* ALBERT. M. eth.1,3,11 p.44[a],17 *sub nautoria doctrina est* factiva velorum . . ., -a navium *(an subst. fem.?).*

concinnator, -oris *m.* **1** *inventor, machinator – Urheber, Anstifter:* GREG. IX. registr. 433 p.348,30 ille humani generis pervicax inimicus, -r perfidie, desperationis incentor. **2** *custos – Wart:* HONOR. AUGUST. gemm.1,178 qui in lege *(cf. Vulg. num.4,16)* luminum -es dicebantur, apud nos acolythi, id est . . . cerarii, nuncupantur.

concinnentia *v.* concinentia.

concinnis (-inis), -e. *brevis, contractus – kurz(gefaßt), knapp:* EPIST. Wisig. 5 p.667,1 hec . . . -i (-ini *var. l.*, concium *ed.*) ratione, quacumque potero brebitate, prestringam. SISEB. Desid. 6 ne -is oratio de nimia brevitate ianuam praescrutandi . . . recludat.

concinnitas, -atis *f.* **1** *subtilitas – Feinheit:* GODESC. SAXO gramm.1,37 propter sonoritatem suavem, scilicet -em, per quattuor syllabas Beniamin oportet pronuntiari. **2** *compages subtilis – feine Struktur:* ALBERT. M. animal.3,73 sunt *dentes* os continuum aptum sculpturae . . . propter ossis -em et soliditatem.

1. concinno (-ino), -avi, -atum, -are. *script.:* -cyn-: DIPL. Loth. I. 90 p.222,22 (ed. Th. Schieffer. 1966; interp. s. XII.). -in(o): *l.26. p.1179,8. form.: praes. indic.* -unt *(var. l.): l.34. imperf.* -ebant: *l.35. gerund.* -end(us): *l.47.53.72.*

I *strictius:* **A** *c. sensu iungendi, aptandi:* **1** *proprie usu medial. i. q. contrahi, coalescere – sich zusammenziehen, zuwachsen:* ALBERT. M. animal. 18,69 apertura statim -ta et reopilata est (*p.773[a],28* συνεφύετο). **2** *translate i. q. congruere, convenire – übereinstimmen, passen (zu):* GODESC. SAXO theol.13 p.236,5 illud quoque quadrat, -at (-inat *var. l.*), consonat veritati, quod *eqs. (cf. p.1180,49).* **B** *c. sensu fingendi, parandi:* **1** *de consilio:* **a** *excogitare, machinari, praeparare – (sich) ausdenken, (Pläne) schmieden, im Schilde führen, vorbereiten (cf.* GLOSS. I 526,32 St.-S. -at i. gimachot. 608,26 -vit machota. IV 275,7 -bat componebat machide vel stihita. V 7,23 -at stiftet. *al.):* ALDH. virg. II 2296 ut tempestatem . . . nescirent *sponsae,* quam rea sponsorum -ant (-unt *var. l.*) famina sontum. MEGINH. FULD. Alex. 13 ut . . . a malo, quod -ebant *(sic?)*, cessassent. ANNAL. Altah. a. 1055 p. 51,26 alii . . . complures clandestina cum his consilia -ant, qui pridem publici hostes extiterant. HIST. de exp. Frid. imp. p.67,24 ille *(soldanus)* tales -bat dolos. *remissius c. sensu intendendi:* HIST. de exp. Frid. imp. p.41, 24 (epist. Frid. I.) litteras . . . accepimus, quę pariter minas, blandimenta et dolos -bant. **b** *confingere – erfinden:* ALDH. virg. II 924 qui *(testes)* scelus horrendum -ant crimine falso. **2** *de munere, officio:* **a** *apparare – veranstalten:* GESTA Bereng.1,64 orgia et innuptę -ant (gloss.: componunt; nam concinnus dicitur proprie potio multorum pigmentorum) clara puellę. **b** *instruere, procurare – herrichten, ausstatten, versorgen (cf.* GLOSS. I 275,5 St.-S -enda lioht za qhuichanne, za mahhonne *[spectat ad Vulg. exod.25,6]*): LIBER diurn. 87 p.115,8 in exsolvendis Deo laudibus vel in luminariis -andis (CONC. Karol.37,16 episcopi . . . balsamum emant et luminaria singuli in eclesiis suis -anda provideant. DIPL. Loth. I. 139 p.311,28 [ed. Th. Schieffer. 1966] ad luminaria diligentissime custodienda vel -enda. CONC. Karol. 56[B],29 ignis perpetuus, id est luminaria, in basilicis . . . -ari ex fidelium oblationibus debent. VITA Greg. Porc. I 10. TRAD. Teg. 102[b]. *saepe*).

II *latius (ex parte per contam. c.* concinere *ut vid., cf. ThLL. IV. p.52,45):* **A** *c. sensu concinendi i. q. (una voce, modulate) cantum movere, canere – (gemeinsam, melodisch) anstimmen, singen (cf.* GLOSS. II 279,58 St.-S. -ant singant): **1** *trans.:* VITA Eucher. prooem. (MGMer. VII p.46,35) ut . . . ipsi *(electi)* . . . trinae maiestatis laudes -ent indefessas (TRANSL. Libor. 13 [MGScript. XXX p.809,13] antistite . . . cantica cantando populoque simul -inante [*cod.*, concinente *ed.*] . . . laudem Deo. TRANSL. Eug. Tolet. 6,8 [RevBén.76. 1966. p.262] ad nocturnas l. Domino -andas [*B*, concinendas *N. ed.*]). CARM. Cantabr.2,1 melos cuncti -antes. VITA Wirnt. 7 p.1131,26 angelis comitantibus, ymnum etiam -antibus. **2** *intrans.:* **a** *in univ.:* BONIF. carm.4,6 Dominum semper laudant . . . et sanctas pariter -ant ore per auras. HUGEB. Wynneb. 13 p.117,4 qui *(sc. plebs)* suavis . . . modulationibus garrule -antes (concinnendo *var. l.*) crepita-

[Heßler]

conseco, -sectum, -are. **1** *lacerare – zerschneiden:* ANNAL. Pegav. p. 238,50 qui *(clipeus)* erat minutatim hostium gladiis -tus. **2** *secando aptare – zurechtschneiden:* CHART. Worm. 384 p. 248,17 (a. 1278) ut ... valeat ... missarum sollempnia ... in tabula -ta celebrari.

***consecramentum,** -i *n. consecratio – Weihe:* GESTA Camer. cont. II G 35 p. 247 Nicholaus ... rite sumptis infulis -o presulis.

***consecrarius,** -a, -um. *ad consecrationem pertinens – zur Weihe gehörig:* FUND. Walds. 8 (MGScript. XV p. 1092,21; s. XIII.[ex.]) qui *(clerici)* ... consecranti episcopo in signis et instrumentis -is ministrare ... videbantur.

consecratio (-cio), -onis *f. script.:* cun-: AGNELL. lib. pont. 124. -gra-: *l.66. p.1507,21.*

I *strictius i. q. sacratio, benedictio – Weihe (cf.* GLOSS. III 418,2 St.-S. -e wîhte): **A** *proprie:* **1** *spectat ad homines:* **a** *de ordinatione clericorum:* VITA Desid. Cad. 15 ipse *(metropolitanus)* ceteros fratres conprovinciales ad -em venerabilis Desiderii invitat *(item de ordinatione episcopi:* EPIST. Col. 10 p. 255,13 in hac ... fraterna electione et paterna -e. CONST. I 107 ego Heinricus ... imperator ... concedo ... canonicam fieri electionem et liberam -em. CHART. Mog. A I 507 solius ... -is est dare anulum et baculum. ALBERT. M. sacram. 214 p. 139,79 episcopalis -o datur ad quosdam actus *eqs. persaepe. v. et l.54).* CAPIT. reg. Franc. 92,9 propter ordinationes vel -es presbyterorum *(item de ordinatione sacerdotis:* EPIST. var. II 25 timeo in -em meam. GREG. VII. registr. 1,31 p. 51,30 defendere ecclesiarum, sacerdotum, episcoporum -es. STATUT. ord. Teut. p. 64,16 quos *[sacerdotes et clericos]* commendat -cionis sanctimonia. *al.).* AMALAR. off. 2,1,6 in duodecim lectionibus -o s a c r o r u m o r d i n u m celebratur (PONTIF. Rom.-Germ. 8,11 [Studi e Testi 226. 1963]. HONOR. AUGUST. sacram. 21 p. 757[C]). IOH. VIII. epist. A 68 p. 63,16 qui *(clerici)* a te ... -is munus accepisse dicuntur. PONTIF. Rom.-Germ. 18[tit.] (Studi e Testi 226. 1963) missa in natali -is diaconi. BERTH. (?) annal. a. 1078 p. 308,45 illis ... quicumque ordines et -es ... adempti sunt. *saepe. spectat ad partes corporis:* PONTIF. Rhen. sup. 48[tit.] -o manuum. **b** *de benedictione virginis, viduae:* CONC. Merov. p. 24,6 veduarum -em, quas diaconas vocitant, ... abrogamus (*inde* p. 130,29 -grationem). CAPIT. reg. Franc. 228,7 nec ... puellarum -o ... ullatenus a presbiteris fieri debet. PONTIF. Rhen. sup. 153[tit.] -o sacre v i r g i n i s (ALBERT. M. bon. 291 p. 164,93 de velatione virginum et -e). PONTIF. Rom.-Germ. 25[tit.] (Studi e Testi 226. 1963) -o viduae, quae fuerit castitatem professa. 25,16 diaconissae. THANGM. Bernw. 13 p. 764,24 ancillarum Dei. *al.* **c** *de institutione abbatis(sae):* FORM.

[Dinter]

Dion. 3 p. 498,35 ad celebranda missarum solemnia in -e abbatissae. THANGM. Bernw. 39 Sophia ... dedignata a suo pastore ... -em percipere. EPIST. Hann. 19 p. 46,7 episcopi ... per -em generant abbates, non abbates episcopos. DIPL. Loth. III. 119 p. 192,27 liceat eis ... abbatem eligere et a nobis ... investitum a Leodiensi episcopo ... -em ... accipere. CHART. Sangall. B 589 p. 417,39 quid officiati nostri habeant in -e abbatis. *al.* **d** *de coronatione papae:* LIUTPR. hist. 16 Leonem ... ad summum sacerdotium sancta -e attollunt. CHART. Hersf. 65 p. 126,4 (epist. papae) imperator Otto ... aelectionis et -is nostrae auctoritate<m> robo<ra>verat. BERTH. (?) annal. a. 1058 qui *(Iohannes)* sine -e per aliquot dies sedens ... expellitur. RAHEW. gest. 4,60 p. 298,31 (epist. papae) benedictionis -em ... accepimus. 4,61 p. 302,8 (epist. papae) pro -e, immo execratione sua. **e** *de unctione vel coronatione principum:* ANNAL. Lauresh. a. 801 nomen imperatoris cum -e ... Leonis papae suscepit *(item de coronatione imperatoris:* DIPL. Karoli III. 129 p. 207,26 ut ... annis singulis die -is nostrae congregationi ... refectio ... praeparetur. ANNAL. Ottenb. I a. 1014 [MGScript. V p. 5,25] Heinricus rex -e [-cione, -gracione *var. l.*] Benedicti papae imperator factus est. VITA Meinw. 21 ut cesaris -em a domno apostolico perciperet *rex*. CONST. II 89,1 culmen recepimus imperialis -is. ALEX. MIN. apoc. 20 p. 410,12 papa ... manus ei *[sc. Heinrico IV.]* -is imposuit. *saepe)*. WIDUK. gest. 2,1 p. 66,19 perfusus ... oleo sancto et coronatus diademate aureo ... ac omni legitima -e completa *(item de unctione et coronatione regis:* WIPO gest. 3 p. 23,31 peractis ... divinis officiis et regali -e rex processit. CHRON. Pol. 1,6 p. 20,9 tribus sue -cionis [coronacionis *var. l.*] diebus convivium ... celebravit *Bolezlavus*. CONST. III 14,3 cuius *[Coloniensis archiepiscopi]* interest regibus ... beneficium -cionis impendere. *saepe)*. DIPL. Heinr. II. 121 coniunx <nostra> regiae -is inibi adi<nvenit> dominium *(item de coronatione reginae:* ROD. CAMER. Lietb. 19 *rex* petiit, ut sponsa ... regali ... -e pariter insigniretur *eqs. al.)*. WIPO gest. 16 p. 36,21 regina Gisela imperatricis -em ... accepit. *saepe*. **2** *spectat ad res:* **a** *de transsubstantiatione q. d.:* DONAT. Ermenl. 1 (MGMer. V p. 686,26) ut -is ... corporis sanguinisque Christi tam praeclarus ... vir fungeretur officio (AMALAR. cod. expos. I 9,5. WILH. HIRS. const. 1,84 p. 1010^{C}. *al.*). AMALAR. interpr. 24 in -e tanti misterii. WALAHFR. exord. 23 p. 496,22 quod nunc agimus multiplici orationum ... et -um officio *eqs.* GREG. VII. registr. 3,17^{a} p. 281,15 confiteor panem et vinum ... post -em esse verum Christi corpus. ALBERT. M. sent. 4,11,7$^{capit.}$ an panis in -e annihiletur. euch. 3,3,1,3 p. 307^{b},47 mus ... de pyxide post -em sumens illo sustentatur. *saepe*. *adde:* GODESC. SAXO theol. 23 p. 325,4 ex pane vera caro et ex vino verus sanguis eius *(Christi)* -e spiritus sancti potentialiter creatur. **b** *de consecratione in usum sacramentorum vel cultus divini facta:* **α** *in univ.:* HRABAN. inst. cler. 2,38 p. 132,1 in -e luminis paschalis (*cf*. AMALAR. off. 1,18,1 cerei). AMALAR. off. 1,12,4 quare tanto studio observatur cultus -is olei. 1,12,12 chrismatis (THIETM. chron. 6,5. *al. v. et p. 1508,65*). WALAHFR. exord. 27 p. 509,32 alii addiderunt in baptismatis sacramento exorcismos, alii -em fontis (EPIST. Hann. app. 32 p. 258,9. RITUALE Rhenaug. 46 [Spicil. Friburg. V. 1959]. *v. et vol. I. p. 1352,65*). PONTIF. Rhen. sup. 79$^{tit.}$ *(in dedicatione ecclesiae)* oratio ad -em vini et aquae. PONTIF. Rom.-Germ. 40,111 (Studi e Testi 226. 1963) capsarum. ALBERT. M. euch. 6,4,2,10 calicis. **β** *spectat ad aedificia:* LIBER diurn. 12 ut devotionis suae in -e *basilicae* ... potiatur effectum *(item de dedicatione ecclesiae:* CAPIT. reg. Franc. 166,1 de -e ... baptismalium ecclesiarum aut senodochiorum seu oraculorum. PONTIF. Rhen. sup. 79 ecclesię vel altaris. 141 baptisterii. THANGM. Bernw. 16 -is diem statuunt. EPIST. Meginh. 10 quatinus *capella* vestra -e eius desponsetur patrocinio, cuius *eqs.* CHART. Burgenl. I 71 p. 42,46 [epist. papae] pro -bus ... altarium vel ecclesiarum ... nullus a vobis ... quicquam audeat extorquere. CHART. Merseb. 247 ecclesie ... dies anniversarius -is peragitur. *persaepe)*. TRAD. Frising. 80 *ecclesiam* dedicavit cum -e altaris (VITA Norb. I 12 p. 685,17 motum est altare maius et lapis dissolutus -oque cassata est. CHART. Carniol. II 104 p. 80,11 quod ... altare in -e sua eisdem mansis ... dotetur. *al. v. et p. 1507,69. cf.* MIRAC. Columb. 23 [MGScript. XXX p. 1009,9] ad ... -es ... tabularum, in quibus missae debeant caelebrari). THANGM. Bernw. 18 p. 767,6 -o ... monasterii intercepta est (CHART. Bund. 319 p. 234,18 m. vel abbatis. *al.*). *adde:* PONTIF. Rom.-Germ. 54^{tit} (Studi e Testi 226. 1963) cymiterii (CHART. Babenb. 27 p. 39,17. HEINR. LETT. chron. 2,2). **c** *de benedictione in usum fidelium:* LIBER ordin. Rhenaug. p. 238,15 post -em salis et aquę. ANNAL. Mell. a. 1201 Liupoldus dux ... -is ensis dignitate ... sublimatur. a. 1232. **3** *usu vario vel incerto:* DIPL. Karoli M. 197 p. 266,7 ut ... episcopus ... in ipsa ecclesia -em et praedicationem peragere ... debeat. NICOL. I. epist. 117 p. 635,3 quae tibi sint in -bus et ordinationibus observanda. CONST. I 443,2 omnes ordinationes vel -es (confectiones *cod.*) ab excommunicatis <factae>. CHART. Gottwic. 16 p. 30,19 (epist. papae) liceat vobis ... ab eo *(antistite)* -um sacramenta suscipere (CHART. Stir. I 97 p. 115,23. *al.*). *saepe.* **B** *meton.:* **1** *de ritu -is:* PONTIF. Rom.-Germ. 20,15 (Studi e Testi 226. 1963) sequitur -o in modum praefationis. 26,14^{a} -o, quando abbas ... ordinatur in monasterio. *ibid. al. remissius de oratione:* PONTIF. Rhen. sup. 30 -o: adesto, quaesumus *eqs.* PONTIF. Rom.-Germ. 16,34 (Studi e Testi 226. 1963) item -o: Deus *eqs. al.* **2** *de die dedicationis:* CHART. Bund. 305 (a. 1140) servientes conversi ... in -e quinque personas plebis suscipiant. **3** *de potestate consecrandi:* DIPL. Loth. I. 51 p. 147,41 (ed. Th. Schieffer. 1966) domnus apostolicus ... se recognovit nullum dominium in iure ... monasterii se habere excepta -e (*item* DIPL. Otton. III. 278 p. 701,22). *al.* **4** *de regione iurisdictionis (episcopalis):* DIPL. Karoli M. 270 p. 399,15 (spur. s. X.$^{ex.}$) quosdam ad ... Aquileiensis aecclesiae -em pertinentes aepyscopatus. DIPL. Heinr. IV. 436 infra Astensem episcopatum et eiusdem *(Yporiensis episcopi)* episcopatus -em.

II *latius:* **A** *sanctificatio – Heiligung:* CONC. Karol. 56^{B},24 quod nomen sanctificationis dominicae sit oblationis atque -is. HONOR. AUGUST. cant. 4,7/8 p. 419^{A} Hermon ... dicitur -o et spiritus sanctus accipitur, per quem ecclesia in baptismate consecratur. ALBERT. M. Ier. 1,5 p. 634,40 -o ... ad unctionem refertur spiritus sancti, quam Ieremias accepit in utero. p. 634,74. *de sanctitate:* HEITO Wett. 20 Samson ... -em suam scorto vendens. **B** *veneratio – Verehrung:* VITA Sadalb. 16 (MGMer. V p. 59,5) in eodem oppido ... -o antiqui anguis ... vigebat.

***consecrativus,** -a, -um. *sanctificus – heiligend (per interpr. parum accuratam i. q. sollemnis – feierlich: l.49):* ALBERT. M. eccl. hier. 6,3 p. 744^{a},10 'consummativam', id est -am *gratiam donavit* 'legislatio'. p. 744^{a},14 'invocatione -a' (*PG 3,533^{A}* ἀφιερωτικῆς), id est sacre facta.

consecrator, -oris *m. qui consecrat, dator consecrationis – einer der weiht, Spender einer Weihe:* **1** *de clericis ordinatis:* **a** *spectat ad consecrationem hominum:* CONC. Karol. 50^{D},41 praesbiteros ... in tantam audaciam prorupisse, ut sacrarum virginum -es existerent. COD. Udalr. 24 p. 49,12 (epist. papae) et -r et consecratus non disparem dampnationis sententiam ineat. GESTA Trev. cont. I 1 p. 175,19 -um ... eius *(episcopi)* unus erat Theodorus ... episcopus. CONST. I 167,3 p. 233,37 in contemptum ... patris nostri et -is. VITA Karoli M. 1,1 p. 22,4 quod *(corollarium)* ... Stephano pape ... Karoli primo -i ... legimus obtigisse. *saepe.* **b** *obi. res:* **α** *in univ.:* TRAD. Michaelb. 40 (a. 1125) actum coram episcopo ... Reginberto, -e eiusdem ęcclesię (CHART. episc. Hild. I 245 p. 232,5. *cf.* DIPL. Frid. I. 820 [ed. H. Appelt. 1990] capellę). ALBERT. M. euch. 6,4,2,15 p. 428^{b},41 in consecratione chrismatis plures sunt -es *eqs. al. remissius:* CONST. I 24,2 (a. 998/99) talis coniugii -em ... a sacrosancta communione suspendimus. **β** *qui sacramentum (eucharistiae) conficit – einer der die Konsekration (in der Meßfeier) vollzieht:* CAPIT. reg. Franc. 196,43 corporis et sanguinis Domini solitarius -r. **2** *de Deo:* CARM. var. II 4,1,1 (s. VII.) rex magne regum, -r principum. VITA Libor. 2 ipse inhabitator et -r eorum

[Dinter]

(sacerdotum), spiritus sanctus. HILDEG. epist. II 13,2 p. 371,27 sacerdos ... sanctificatus ab illo sacerdotum omnium -e, quem *eqs. remissius i. q. sanctificator – Heiligmacher:* EBERH. ALEM. labor. app. 21,1 ligni crucis -r.

***consecratus,** -us *m. de eucharistia i. q. consecratio – Konsekration (loci spectant ad Lib. pont. p. 46,8, cf. ThLL. IV. p. 385,7sqq.):* AMALAR. ad Hild. 92 'fecit', scilicet Melciades, 'oblationes consecratas per ecclesias ex -u episcopi ut dirigerentur, quod declaratur fermentum' (*sim.* ANSELM. HAV. dial. 3,13 p. 1229A).

***consecretalis,** -e. **1** *adi.: familiaris, intimus – (eng) vertraut:* ODILO SUESS. Seb. 67 (37) ascitis -bus et necessariis amicis visionem pandit (EGBERT. fec. rat. 1,169 [schol.]). RUP. TUIT. trin. 40,16 l. 1141 (Corp. Christ. Cont. Mediaev. XXIV. 1972) musica ... familiaris valde apud eam *(scripturam sanctam)* et -is vernacula. GESTA Ern. duc. II 21 p. 218,27 rex in ... regia ... penetralia, parva ... camerariorum -um comitante caterva, ingreditur. **2** *subst.:* **a** *masc.: familiaris – Vertrauter:* **α** *amicus – Freund:* CONC. Rem. 5 (MGScript. III p. 661,17; a. 991) hos ipse *(Arnulfus archiepiscopus)* -es et primos amicorum esse fecerat. BERTH. (?) annal. a. 1075 p. 279,44 cui ... a rege Roupertus ..., ipsius -is intimus, ... subponebatur. VISIO Godesc. A 65,6 (ed. E. Assmann. 1979) -em eius *(Godescalci)* nos esse rati. *al. adde:* WIDR. Gerh. 1,17 ei omnipotens ... velut -i intimo archana ... revelabat. RUP. TUIT. trin. 18,25 l. 1273 (Corp. Christ. Cont. Mediaev. XXII. 1972) tu ergo, quicumque es -is eius, qui legem dedit *eqs.* **β** *collega (in sacerdotio) – Kollege (im geistlichen Amt):* EREMB. Bertin. (MGScript. XV p. 523,15; s. XI.1) symmistam atque -em suum accersire studuit Audomarum episcopum (WOLFHER. Godeh. II 28 p. 212,2). **γ** *consiliarius – Ratgeber:* DIPL. Otton. II. 218 p. 245,37 noverint omnes -es palatii ceterique fideles nostri *eqs.* CHRON. Mich. 11 p. 14,12 ut abbas ... eum *(adolescentem)* ... quasi -em primorum estimaret. HEINR. BREIT. Thiem. 2 (MG Script. XV p. 1237,25) iubet ... rex omnes suos -es egredi. ANNAL. Pegav. a. 1130 Burchardus, -is Lotharii regis, ... occiditur. CHRON. reg. cont. III a. 1208 p. 225,31 *apostolicus* formam ... pacis ... cum suis -bus approbans. *al.* **b** *fem.: uxor – Gattin:* DIPL. Frid. I. 38 p. 65,14 (ed. H. Appelt. 1975) Cunradus de Hagen ... nec non -is eius Lutgardis ... locum ... Deo ... optulerunt.

consecretarius, -i *m.* **1** *particeps secreti – Mitwiss(end)er:* **a** *strictius i. q. conscius mysterii – Eingeweihter:* GERHOH. (?) tract. I 58 (ArchHistDoctrLitt. 32 [40]. 1965. p. 149) ea, que paterni archani -us filius Dei fratribus suis ... tenenda ... tradidit. **b** *latius i. q. familiaris – Vertrauter:* CHART. Naumb. 105 (epist. a. 1106/07) gratia Dei sum ... Paschali papae acceptissimus cardinalium -us. CHART. Rhen. inf. I 218 p. 142,9 (spur.) Hadone ad me accersito ut -o et familiari ... secum computabam *eqs.* GESTA Ern. duc. II 30 p. 232,11 per unanime suorum -orum consilium ... Pygmaeos ... adiit. **2** *qui (cum alio) sacrarium ecclesiae administrat – (Mit-)Sakristan:* CHART. Sangall. A 246 (a. 820) sig. Ratgarii -i (249).

consecro, -avi, -atum, -are. *script.:* cun-: AGNELL. lib. pont. 5. 154.171. *al.* -saec-: *p.1510,22.* -sac-: *p.1512,40. adde* CHART. Ital. Ficker 53 p. 77,7. -sagr-: *p.1510,23.41. al. metr.* -sē-: *p.1511,30.69. al.*

I *strictius i. q. sacrare – weihen (cf.* GLOSS. IV 137,31 St.-S. -at giheiligot; *fere de actione hominum; de Deo in formulis orationum: p.1510,15. 1511,23. al.):* **A** *obi. homines:* **1** *de ordinatione clericorum (praevalet notio communiter agendi: l.70):* FORM. Marculfi 1,6 (ed. A. Uddholm. 1962) ipsum in suprascribta urbe ponteficem -are *(item de consecratione episcopi:* HUGEB. Willib. 5 p. 105,11 *Willibaldus* in episcopatum -tus est. FORM. Sangall. II 48 p. 430,28 ad -andum te in summum sacerdotium. RIMB. Anscar. 12 p. 34,18sqq. ad hanc ... sedem ... Anskarium ... imperator ... -ari fecit archiepiscopum per manus Drogonis ... assistentibus ... ac pariter -antibus Helmgaudo et Willerico episcopis. COSMAS chron. 1,26 Williglsus ... -at eum in episcopum nomine Adalbertum. ANNAL. Bamb. a. 1177 [MGScript. X p. 4,30sq.] Otto se suosque successores a domno papa -ari debere ... dominica Iudica -tus obtinuit. *saepe).* CAPIT. reg. Franc. 16,14 si autem boni sunt illi presbiteri, iterum -entur *(item de ordinatione sacerdotis:* HUGEB. Wynneb. 4 p. 109,26 a sancto Bonefatio in presbiteratum -tus est gradum. VITA Liutg. I 9 fecit ... Albricus Liudgerum presbiterum -ari. PAUL. FULD. Erh. 1,8 [4] ad altaris ... -tus ministerium. *al.).* TRAD. Frising. 139 eum *(clericum)* Atto episcopus ad ordinem ... diaconi eligere dignatus est et -are. AMALAR. off. 2,11,3 in eius *(archidiaconi)* adiutorio -ti sunt *subdiaconi.* PASS. Kil. II 6 sacros ordines. THIETM. chron. 7,25 p. 428,30 crisma vel clerum raro, templa ... Domini libenter -vit. *saepe. spectat ad partes corporis (per synecdochen: l.19):* PONTIF. Rhen. sup. 41 -entur manus istę ... et sanctificentur per istam unctionem. PONTIF. Rom.-Germ. 16,35 (Studi e Testi 226. 1963) -are et sanctificare digneris, Domine, manus istas ..., ut quecumque recte -verint, -entur. SIGEB. GEMBL. Lamb. 18 (MGMer. VI p. 400,20) si de -ta sancti episcopi manu poculum acciperet. EPIST. Hann. 39 p. 83,2 -tis misericordię genubus *(episcopi)* advolutus. **2** *de benedictione virginis:* CONC. Merov. p. 79,3sq. de raptoribus virginum -tarum ... statuimus, ut, si quis -saecratae ... vim inferre praesumpserit *eqs.* FORM. Dion. 1 p. 494,20 que *(mulier),* postquam -ta (-gratam *var. l.*) ... fuerat ..., adulterium perpetraverat. FORM. Sangall. II 42 p. 424,29 feminas ... episcopus ... ad propositum virginitatis -vit. PONTIF. Rhen. sup. 148 sanctimonialis virgo, cum ad -andum ... offertur *eqs.* AGIUS vita Hath. 3 cum parentum voluntate sacro velamine -ta (BERTH. [?] annal. a. 1077 p. 303,13. *cf.* DIPL. Otton. I. 180 p. 263,12 cum filia velo -ta). PONTIF. Rom.-Germ. 24,2 (Studi e Testi 226. 1963) missa ad diaconam -andam. *al.* **3** *de institutione abbatis(sae):* CONC. Karol. app. 3 p. 820,15 ut ... nostris manibus -remus ipsum abbatem (DIPL. Otton. III. 276. HERM. AUGIENS. chron. a. 1049 p. 128,35 abbatis benedictione. EPIST. Hann. app. 29 p. 256,31 abbates eligere atque electos -are. *al.*). THIETM. chron. 2,19 nati suimet viduam prius velatam monasterio ... statuit abbatissam a Bernhardo -tam episcopo (WIPO gest. 37 p. 57,31 in a. COSMAS chron. 1,22 p. 42,30. *al.*). **4** *de coronatione papae:* ANNAL. Guelf. a. 751 (Scrin. Friburg. I. 1971) tercia die alter Stephanus electus et -gratus. HERM. AUGIENS. chron. a 1047 p. 126,25 Suidegerus ... apostolicae sedi papa ... -tus ... est. BERNOLD. CONST. chron. a. 1083 p. 438,4 qui *(episcopi)* hoc privilegium habent, ut papam -ent. *al.* **5** *de unctione vel coronatione principum:* ANNAL. Einh. a. 754 Stephanus papa ... ipsum *(Pippinum)* sacra unctione ad regiae dignitatis honorem -vit *(item de unctione regis:* THIETM. chron. 3,26 in regem -atur Aquisgrani. ANNAL. Sangall. IV a. 1024 in regnum. LAMB. HERSF. annal. a. 1077 p. 284,23. HELM. chron. 32 p. 62,3 nonne officii nostri est regem -are, -tum investire? CONST. II 405,9 fuisti per ... Coloniensem archiepiscopum ... -tus, inunctus, coronatus. *saepe).* THEGAN. Ludow. 17 pontifex coram clero et omni populo -vit eum et uncxit eum ad imperatorem (VITA Willeh. 5 quem *[Karolum]* ... per manus ... Leonis apostolici i. Romae -tum. ANNAL. Quedl. a. 996 p. 73,40 domnum Ottonem huc usque vocatum regem ... i. -vit augustum. ANNAL. Altah. a. 1047 p. 43,22 imperiali benedictione. ANNAL. Hild. a. 996 imperator et patricius. VITA Meinw. 23 p. 29,23 papa ... regem in cesarem et i. -vit. *saepe*). CAPIT. reg. Franc. 301tit. quando Hermintrudis fuit -ta in reginam (WIPO gest. 2 p. 20,6. 35 p. 54,27 pro regina. *al.*). **B** *obi. res:* **1** *de confectione corporis et sanguinis Domini ('konsekrieren'):* HRABAN. inst. cler. 2,37 p. 130,22 eucharistiam in coena Domini -tam. CONC. Karol. 46A,9 p. 558,3 corpus Christi, quod -atur, digne studeant assumere (GODESC. SAXO theol. 23 p. 327,11 c. Domini, quod ex substantia panis ac vini ... cotidie per spiritum sanctum -atur. *al.*). RADBERT. corp. Dom. 12 l. 8 (Corp. Christ. Cont. Mediaev. XVI. 1969) nihil ... a malo minus percipitur sacerdote ... quam caro Christi et sanguis, dum catholice -atur. PONTIF. Rhen. sup. 108 ut in eo *(altare)* ... hostię -entur (LIBER ordin. Rhenaug. p. 119,18. ALBERT. M. euch. 6,4,2,15

[Dinter]

p. 428b,17. *al.*). NOTKER. BALB. gest. 1,18 p. 23,19sq. reversus ad altare sollempnia -vit vel se -asse (-are *var. l.*) simulavit *episcopus*. PONTIF. Rom.-Germ. 16,4 (Studi e Testi 226. 1963; cod. A) qui ordinati sunt, oblationes deferant ad manus episcopi et ab eo -tas accipiant (THIETM. chron. 1,4). CONSUET. Marb. 175 (Spicil. Friburg. X. 1965) Domini sanguis -tus. ALBERT. M. euch. 3,2,4,2 p. 297b,15 si *corpus dominicum* intingeretur in vinum non -tum *eqs. saepe.* **2** *de consecratione in usum sacramentorum vel cultus divini:* **a** *spectat ad materiam sacramentalem:* FORM. Sangall. II 43 p. 426,9 oportet illum *(episcopum)* chrisma -are (VITA Otton. Bamb. III 3,2 p. 77,1. *v. et p.1510,12*). AMALAR. off. 1,12,1 -atur ... oleum trium officiorum (1,12,7. GERH. AUGUST. Udalr. I 16 p. 405,29). HEINR. LETT. chron. 30,5 p. 220,31 fontem *(cf.* EPIST. Hann. app. 32 p. 257,24 ne quis ... ex ea *[aqua baptismatis]* tangere presumat nisi illi, pro quibus -ta esse cernitur. *v. et vol. I. p. 1352,66. 1354,65). adde:* AMALAR. off. 1,17,1 similiter nos facere debere de cereo -to. UDALR. CELL. consuet. 1,12 (PL 149 p. 659A) ad novum ignem -andum. *ibid. iterum.* **b** *spectat ad vasa, vestimenta:* AMALAR. off. 3,27,5 quod -ta vasa a -tis clericis merito debeant ... attingi. PONTIF. Rhen. sup. 95 Domine ..., benedicere -areque digneris haec linteamina in usum altaris tui. 96 patenam hanc et calicem hunc ... precamur, ut benedicas, ... -es. PONTIF. Rom.-Germ. 40,89 (Studi e Testi 226. 1963) praephatio ad patinam -andam. *al.* **c** *spectat ad aedificia (campanam: l.50):* CONC. Merov. p. 193,21 ut altaria alibi -grari non debeant (FORM. Flav. 43 p. 480,39 tabulas aut a. -are. PONTIF. Rhen. sup. 92. *saepe*). ALDH. carm. eccl. 3,41 absidam -at Virginis arae. LIBER diurn. 10 quatenus *antistes* ... basilicam debeat ... -are (CONC. Karol. 58 p. 783,16. *al.*). 11 oratorium ... sollemniter -bis (TRAD. Frising. 13a. CHART. Babenb. 11. *al. cf.* THANGM. Bernw. 7 p. 761,23 ut ... oraculum ... Deo -ret). CONC. Karol. 5 p. 39,36 in alicuius honore apostolorum ... aecclesiam -are (HUGEB. Willib. 4 p. 95,30. TRAD. Scheftl. 487. *saepe*). BREV. NOTIT. p. A 12,18 neque ... ibi ecclesiam -o nec monasterium neque abbatem (DIPL. Loth. III. 67 p. 104,31 episcopum ... ad -andum ... m. invitavit. VITA Meinw. 210 p. 123,1. *al. cf. l.52*). CAPIT. reg. Franc. 157,2 ut si ... fontes ... in eadem *(ecclesia)* ab episcopo fuerint -ti. UFFING. Ida 2,8 antistes ... turrim ... sub beatae Idae nomine -vit. WOLFHER. Godeh. I 37 p. 194,39 sacellum. p. 195,19 kirikas. CHRON. Ebersb. I p. 11,36 tabula -tum marmor habens *eqs.* VITA Norb. I 12 p. 685,2sq. fosso fundamento et -to de lapidibus -tis fundari fecit ecclesiam. CHART. Naumb. 405 capellam ... Dei benedictione et nostre manus impositione -vimus *eqs.* CHRON. Mont. Ser. a. 1206 p. 173,41 Martinus custos campanam ... fudit, quam Hellembertus ... episcopus -vit (CHRON. Erf. mod. II a. 1247). *persaepe. adde:* DIPL. Karoli III. 56 p. 96,42 *Hludovicus* donavit ... abbatiam in honore sancti Petri ... -tam. CHART. Heinr. Leon. 89 p. 133,33 quem *(episcopatum)* postremo omnium -ari et dedicari in honore ... sancte Dei genitricis Marie ... fecimus. *al. cf. p.1512,19sqq.* **3** *de benedictione in usum fidelium:* DONAT. Trud. 19 (MGMer. VI p. 290,12) postulavit ab eo *(viro Dei)*, ut domum suam ... sua ... benedictione -ret. BREV. NOTIT. p. A 4,15 dedit ei ... crucem ligneam parvam, quam ipse -vit. WALAHFR. exord. 19 p. 492,1 agni carnes ... benedictione propria -bant. HROTSV. Theoph. 452 altithroni genitus ... -et ... fercula mensae. UDALR. CELL. consuet. 1,10 (PL 149 p. 653D) sal et aqua -atur. 1,48 p. 695D candelae. 1,54 p. 698C cum frondibus et ramis palmarum ... -tis. *al.* VITA Otton. Bamb. III 3,15 ut eundem *(anulum)* sibi -tum remitteret.

II *latius:* **A** *sanctificare – heiligen:* **1** *obi. homines:* **a** *per baptismum:* BEDA hist. eccl. 2,13 p. 111,16 ut ... omnes ... in fonte vitae Christo -rentur. IOH. ELNON. Rictr. 1,254 (MGPoet. V p. 575) quem *(filium)* tua -et cupio ut benedictio. *al.* **b** *per sacramentum eucharistiae:* RUP. TUIT. Ioh. 6,53b l. 2301 (Corp. Christ. Cont. Mediaev. IX. 1969) eo quod cibo illo potuque ... in unam Christi ecclesiam ... -emur. **c** *usu vario:* HUGEB. Wynneb. 13 p. 117,31 qui *(sc. Deus)* sanctum Wynnebaldum sibi confessorem -vit. STEPH. LEOD. Lamb. 9 (MGMer. VI p. 391,25) Lantbertus ... felici martyrio est -tus. *al.* **2** *obi. res (partes corporis: l.13):* ARBEO Emm. 25 p. 63,20 qui *(locus)* ... in tanti Dei martyris anime egressionis fuisset -tus (praesentatus *var. l.*). AMALAR. ad Hild. 42 hos menses -tos ab ... apostolicis viris illorum consecratione videmus. HYMN. Hraban. 9(6),2,4 fontes abyssi, flumina -at orbis artifex. CARUS carm. 19 (MGPoet. V p. 660) crux nitendo nonne totum -vit seculum? EKKEH. IV. bened. I 36,60 sanguis ... -at enses. AMADEUS LAUS. hom. 3 l. 217 (ed. J. Deshusses. 1960) Dei verbum ... descendit in uterum virginis ... -tum manu unctionis divinae. INNOC. III. registr. 1,357 p. 536,28 (ed. O. Hageneder, A. Haidacher. 1964) quam *(ecclesiam)* beatus ... martir Thomas suo sanguine -vit. STATUT. ord. Teut. p. 29,20 ipse *(Christus)* ... obedienciam in se -ando dixit: *'eqs.' al.* **B** *devovere, (de)dicare – (feierlich) übereignen:* **1** *Deo (c. sensu offerendi: l.24):* LIBER diurn. 10 loca venerabilia divino cultui -antur (BEDA hist. eccl. 3,23 p. 175,34 ut ... l. ad faciendum monasterium ... prius orationibus ac ieiuniis Domino -ent. DIPL. Loth. I. 51 p. 147,7 [ed. Th. Schieffer. 1966] l. divino famulatui -ta. *al. cf. p.1511,52sq.*). PAULIN. AQUIL. carm. 10,5,5 (ed. D. Norberg. 1979) quales perustas -rent hostias. TRAD. Frising. 325 ego Soanpurg Deo -ta ancilla. CAPIT. reg. Franc. 297,15 p. 439,30 omnia, quae ecclesiae sunt, Deo -ta sunt. *saepe. refl.:* VITA Bertilae 1 (MGMer. VI p. 101,33) ut ... se integram Domino virginem -ret (CAPIT. reg. Franc. 252,25b postquam se D. semel sub velamento -verint *viduae*). HROTSV. prim. 321 sese Christo clam -verat ipsa. **2** *dis paganis:* BEDA temp. rat. 8,51 qui *(gentiles)* ... primam diem soli ... se -are putabant. VITA Otton. Bamb. III 3,5 p. 84,6 iuxta altare dominicum aliud altare constituens ydolis -vit. *adde:* CARM. Bur. B 76,18,2 ire ... in hortanum balneum Iovi -tum. **3** *hominibus* (*cf.* GLOSS. I 527,27 St.-S. -vi pimeinta): HRABAN. epist. 27 p. 441,28 quam *(partem libri)* ... tuo nomini -tam modo direxi. CAND. FULD. Eigil. I praef. p. 223,8 hoc ... opus ... tibi famulo Dei -vi. EPIST. var. II 34 p. 359,8 mei primitias laboris vobis -are proposui. *al. fort. huc spectat:* GLOSS. I 96,25 St.-S. -sacrata camotsamot. **C** *c. sensu constituendi:* **1** *obi. homines:* **a** *eligere – wählen:* PETR. CAS. (?) chron. 4,10 (MGScript. XXXIV p. 474,25) usquequo Capuani ... eum *(Richardum)* ... sibi in principem -rent. **b** *tollere – erheben:* ALBERT. M. eth. 7,1,1 p. 464b,25 tales *(sc. continentes)* ... in deos -bant antiqui. **2** *obi. res:* **a** *decernere – bestimmen:* LEG. Wisig. 2,1,5 leges ... iugi mansuras observantia -amus. DIPL. Heinr. II. 121 *praedium* ad <stipendia fratrum> ... determinamus, donamus, -amus. **b** *instituere – einsetzen:* PAULIN. AQUIL. carm. 11,7,3 (ed. D. Norberg. 1979) Moyses ... quadraginta dierum ieiuniorum -vit ferias. HRABAN. carm. 39,48,5 Pater ... -vit sic baptismum (HYMN. Hraban. 9[6],1,2). VITA Bertini 19 (MG Mer. V p. 765,20) secundum ... ritum ... ad coniungenda fraternae caritatis foedera -tum. *al.*

adi. **consecratus,** -a, -um. *in nom. propr. i. q. sacer, sanctus – geweiht, heilig:* FUND. Consecr. Petri p. 117,3 (ed. P. A. Breatnach. 1977; a. 1250/60) de fundacione ecclesie C-i Petri *('Weih-St.-Peter')* Ratispone (p. 149,6 ecclesie Beati P. C-i apud Ratisponam. p. 149,20 aput C-um Petrum. p. 229,3 locum sanctum Sancti P. C-i. *ibid. al.*).

subst. **1. consecrans,** -antis *m.* **1** *qui consecrationem tribuit – Spender einer Weihe:* CHART. Hamb. 9 p. 16,2 (epist. papae a. 834) donec -ium numerus ex gentibus augeatur. RIMB. Anscar. 14 p. 36,20 quem *(Gauzbertum)* ipsi -es ... Symonem vocaverunt. ALBERT. M. euch. 6,4,2,15 p. 429a,3 in ordinatione et consecratione episcopi plures sunt cum uno episcopo -es. FUND. Walds. 8 (MGScript. XV p. 1092,23) qui *(pontifex)* aspersorium manu gestans habuit se ad modum atrium -is. **2** *qui sacramentum (eucharistiae) conficit – einer der die Konsekration (in der Meßfeier) vollzieht:* RADBERT. corp. Dom. 12 l. 8 (Corp. Christ. Cont. Mediaev. XVI. 1969) non in merito -is, sed in verbo efficitur creatoris

[Dinter]

. . . , ut *eqs.*

2. consecrandus, -i *m. candidatus consecrationis – Weihekandidat:* PONTIF. Rom.-Germ. 8,11 (Studi e Testi 226. 1963) prosternit se pontifex . . . cum diaconis orans ceteris -is . . . super tapetia prostratis. *ibid. al.*

3. consecratus, -i *m. particeps consecrationis – ein Geweihter:* CAPIT. reg. Franc. 138,6 quod in canonibus de -is (consecrandis *var. l.*) nihil habentibus constitutum est. BERTH. (?) annal. a. 1071 si huiusmodi sententia nondum -um exspectat . . . , quid erit de -is? *al. v. et p.1508,56.*

4. consecrata, -ae *f. virgo velata – gottgeweihte Jungfrau:* CAPIT. reg. Franc. 252,23 si quis sacro velamine -am in coniugium duxerit. *v. et p. 1217,42. 1510,22.*

5. consecratum, -i *n. sacrum, sanctum – das Geweihte, Heilige:* WETT. Gall. 4 coepit . . . gentilium fana incendere diisque -a in lacum dimergere. RADBERT. corp. Dom. 22 l. 138 (Corp. Christ. Cont. Mediaev. XVI. 1969) in lege non possunt . . . ad ulla legis -a, nisi prius . . . sanctificentur, accedere. *Dinter*

consectaneus, -i *m. assecula, sectator – Anhänger, Gefolgsmann:* CARM. Hraban. app. 16,2,2 belua saeva . . . avaritia, quae . . . secum trahit sibi -os (consentaneos *F*) ad inferna. GESTA Trev. cont. I 14 p. 187,35 quendam -um suum nomine Theodericum . . . misit *episcopus*. METELL. exp. Hieros. 1,188tit. (ed. P. Ch. Jacobsen. 1982) de Petro Heremita eiusque -is.

consectatio, -onis *f.* **1** *studium – Streben, Bemühen:* RADBERT. Arsen. 1,21 p. 51,29 ne . . . voluntate meę -is decipiar. **2** *persecutio, impetus – Verfolgung, Überfall:* ADSO Mans. praef. (MGScript. IV p. 510a,4; s. X.2) celeberrimis inter se -bus populorum . . . locus . . . pene ad nichilum fuerat redactus.

consectator, -oris *m. assectator, aemulator – eifriger Anhänger, Nacheiferer:* FLOD. hist. 1,6 p. 419,12 fuere . . . nonnulli . . . constantiae huius *(s. Eutropiae)* -es ac comites, qui *eqs.*

consectatus, -us *m. comitatus, societas – Gefolgschaft, Gesellschaft:* **1** *proprie:* IOH. ELNON. Rictr. 2,161 (MGPoet. V p. 585) a -u turbę intemeratae non . . . exsors ac aliena. CONR. EBERB. exord. 5,9 p. 292,5 (Series script. s. ord. Cist. II. 1961) a -u . . . matris misericordiae repulsus. CONR. SAXO spec. 9 p. 349,7 (Bibl. Francisc. Asc. XI. 1975) Maria . . . omnem infantiam eius *(Christi)* pio matris affectu est prosecuta, ita ut usque ad mortem crucis ab eius . . . non recesserit -u *(ex Lib. de assumpt. b. Mariae virginis 7 [PL 40,1146]).* **2** *meton. i. q. cohors – Gefolge:* NOTKER. BALB. gest. 1,5 p. 7,7 ut ipse *(rex)* illum *(clericum)* abiceret vel a sectatu (-u, conspectu *var. l.)* suo removeret. **3** *translate i. q. aemulatio – Nacheiferung:* HERIG. gest. 52 sui . . . exemplo plures ad -um suorum operum animavit *Remaclus*.

consector, -atus sum, -ari. *(con)sequi – (ver)folgen:* **1** *laborare, contendere – erstreben, zu erringen trachten:* VITA Audoini 6 (MGMer. V p. 557,14) confessione praeclarus martyrii palmam -ando (consecrando, sectando *var. l.*) promeruit. **2** *prae se ferre, colere – vertreten, verfechten, hochhalten:* CHART. eccl. Erf. 35 p. 21,19 (a. 1136) notum sit omnibus Christi veritatem -antibus *eqs.* **3** *facere – verfahren (nach):* AUREL. REOM. mus. 19,77 (Corp. Script. Mus. XXI. 1975) plerique . . . usu improbo -antes correptiones producunt.

subst. **consectans,** -antis *m.: v. l.57.*

consecunties *v.* consequor *p. 1537,25 et* aes.

consecutio (-cio), -onis *f.* **1** *gener. de actione consequendi:* **a** *appetitus – Verfolgung, Trachten (nach):* ALBERT. M. eth. 7,1,12 p. 493a,9 malitia intemperantiae . . . in -e delectabilis latebras quaerit. **b** *adeptio – Erlangung, Erreichung:* ALBERT. M. div. nom. 4,190 p. 274,15 (ed. P. Simon. 1972) 'non-consecutio' (*PG 3,725B* ἀτευξία), idest, quod non possunt consequi gratiam *daemones* (*sim.* 4,197 p. 278,52). eth. 3,1,15 p. 216b,12 quid plus vel minus expediet ad finis -em. metaph. 11,3,2 p. 535,54 (ed. B. Geyer. 1964) qui *(motus)* . . . est ad desiderati -em. *v. et p. 1224,28. actus potiendi, participatio – Bemächtigung, das Teilhaft-Werden:* ALBERT. M. cael. 2,3,11 p. 169,19 (ed. P. Hoßfeld. 1971) quaecumque stella propter propinquitatem suam ad orbem primum consequitur virtutem orbis primi -e forti (*cf. p. 291b,7* μάλιστα κρατεῖται). **2** *log. et rhet. i. q. conclusio, consequentia – Folgerung, Schlußfolgerung:* ANSELM. BIS. rhet. 1,16 p. 132,2 hanc . . . -cionem (-em *C*) in proposicione ypothetica Aristoteles probat. p. 132,18 -e . . . conversa. *al.* ALBERT. M. phys. 5,1,6 p. 368b,45 si . . . ista -o est vera, tunc *eqs.* 5,1,7 p. 372a,33 -o illa non tenet. *ibid. al. adde:* PETR. DAM. grat. 31 p. 63,19 quibusdam argumentorum -bus disputabant *eqs.*

***consecutivus,** -a, -um. **1** *adi.: (con)sequens – (nach)folgend:* **a** *de tempore:* ALEX. MIN. apoc. 5 p. 88,22 sub eius *(Christi)* potestate vivemus 'in saecula' -a horum 'saeculorum'. **b** *de effectu i. q. consequentem exsistens – sich ergebend, resultierend (aus):* GERHOH. Sim. p. 242,19 qui . . . Christi victoriam vel quantulamcunque iusticiam illius victorie -am . . . sibi arrogant *eqs.* **2** *subst. neutr.:* **a** *consequentia – Folge(richtigkeit):* WOLBERO cant. 1 p. 1039C quia istius processus ordo, quoddam fit flagitati osculi -um. **b** *quod fundamento innititur – der sich auf das Fundament gründende Überbau (in imag.):* EPIST. Hann. 36 p. 79,2 saluta . . . pro me et fundamentum *(i. scholae rectorem)* et eius -um *(i. secundum ordinem sequentes).*

adv. ***consecutive.** *cum sensu consecutionis – folgernd, im folgernden Sinne:* EMO chron. p. 493,11 pro ingressu monasterii . . . non licet aliquid exigere; prepositio . . . 'pro' . . . -e et temporaliter expetitur ibi.

[consedaverat *v.* 1. condo. *adde ad p.1264,72sqq.:* HIST. Walc. 6 evaginata iniquitate, quam -verat *(ed.,* consideverat *1,* consideraverat *ed. prior; leg.* condiderat *ut vid., cf. Petr. Chrys. serm. 152,2* iniquitatem, quam condiderat [considerat *var. l.*], evaginat *Herodes)*, adversae partis cuneus ab eodem *(comite)* preparatur.

consedeo (-sideo), -sedi, -sessum, -ere *vel* **consido,** -sedi (-sidi), -sessum, -ere. *script.:* cun-: *p.1517,25.* cums-: *p.1516,63.*

I *intrans.:* **A** *fere de statu (cf. p.1516,2sq.):* **1** *proprie:* **a** *sedere – sitzen:* **α** *gener. (in imag.: l.40.46):* BONIF. carm. app. 8,5,1 quinis -sidere ramis *(de cupa vinaria manu comprehensa).* GESTA Font. 1 p. 11,5 (ed. F. Lohier, J. Laporte. 1936) sellae, quibus -sedere (-sidere *var. l.*) inter sacrae collocutionis verba soliti erant *Christi milites*. FLOR. LUGD. carm. 3,154 Iesus -sedit asello. GESTA Apoll. 349 ut iam . . . -sidunt ordine transtris *eqs.* VITA Bav. II 1,211 arrisit . . . ordo novenus, cum te pastoris humero -sidere mitis vidit. THIETM. chron. 1,27 dum . . . hostem suum -sedentem agnosceret *canis. al. quietem sedere, residēre – still sitzen, sitzen bleiben:* THIOFR. Liutw. praef. p. 2,4 (ed. W. Lampen, Coll. Franc. Neerl. III/6. 1936) malo vela suspendere, rudentes explicare, clavum regere et sancto Spiritu cursum prosequente -sidere. LIBER ordin. Rhenaug. p. 152,21 post finem missę facto ante et retro -sident universi, donec *eqs. sedes habere, incolere – ansässig sein, wohnen:* PASS. Ger. Col. 10 Franci . . . iuxta Gallorum et Saxonum confinia -sederunt. *versari – sich aufhalten:* VITA Bav. II 1,157 quem *(Amandum pontificem)* tunc Gandavo constat -sidere castro. **β** *publ., eccl., iur. (spectat ad potestatem, dignitatem sim.):* PAUL. DIAC. Lang. 5,39 p. 159,13 eum *(Cunincpertum)* . . . in palatio -sedere. EPIST. var. II 18 p. 325,11 super qua *(sede)* eum *(episcopum)* . . . sapientia vestra *(sc. imperatoris)* -sedere facit. VITA Galli II 851 Sigibertus . . . sua residens aula laetatur . . . , -sidet in solio. WALTH. SPIR. Christoph. II 4,185 ediciore thoro -sidens summa potestas. *al. expressius c. sensu ius dicendi:* DIPL. Conr. III. 139 p. 250,26 (ed. F. Hausmann. 1969) n o b i s a p u d Traiectensem civitatem -sidentibus et de pace ac de statu regni tractantibus (*inde* 292 p. 507,3 -sidentibus [residentibus *E*]. *cf.* CHART. Babenb. 305 p. 143,17 -sedentibus . . . n. a. ipsum cenobium). **γ** *theol. (de Christo, cf. p.1515,55sqq. 1516,31sqq.):* RHYTHM. 135,8 Patris . . . dextra -sedens. AGOB. dogma Fel. 7 l. 6 (Corp. Christ. Cont. Mediaev. LII. 1981. p. 77) -sedere . . . ad dexteram Dei *(ex Fel.*

[Antony]

conf. [PL 96,885A]). **δ** *milit. i. q. castra habere, iacere – lagern, liegen:* RIMB. Anscar. 16 p. 37,24 hostes arrepta civitate ... noctem ipsam cum sequenti die ... ibi -sederunt. PASS. Ger. Col. 13 primarios milites ... iuxta Veronam civitatem in ripa Rheni fluminis -sedentes. THIETM. chron. 7,20 ad locum, ubi noster -sedit exercitus. *constare – still stehen:* LAND. MEDIOL. hist. I 2,22 p. 59,42 papilionibus et ceteris ornamentis -sedentibus per aliquot dies moratus quievit *Heribertus.* **b** *una, simul sedere – beisammen-, zusammensitzen, versammelt sitzen:* **α** *gener.:* RICHER. REM. hist. 2,59 p. 224,17 cotidie -sident *duo medici* ac mensa regia ... una potiuntur. CONSUET. Trev. 21 (Corp. Consuet. Monast. VII/3. 1984. p. 283,7) si ad legendum -sederent (-siderent *F1*) *fratres*. CONSUET. Marb. 90 (Spicil. Friburg. X. 1965) si ... contigerit, ut aliquis -sidentibus (-sedentibus *T*) aliis ... non assit (*ex* UDALR. CELL. consuet. 2,23 [PL 149,711C]). *al. c. dat.:* HEITO Wett. 2 -sedentibus sibi ad refectionem fratribus dixit *eqs.* THANGM. Bernw. 1 p. 758,25 quas *(lectiones)* ... pueris -sidens ... docebat. *cohabitare – zusammen wohnen:* TRAD. Altah. sup. 59 (QuellErörtBayerGesch. N. F. XXX/1. 1979; a. 1126/32) cogitabat idem R., quomodo -sedere posset cum uxore sua. **β** *publ., eccl., iur. (spectat ad conventum, concilium sim.):* CONC. Karol. 36 p. 259,12 -sedentes in claustro basilicae sancti Albani (*inde* CAPIT. reg. Franc. 248 p. 173,37 -sidentes). FLOD. annal. a. 948 p. 112,3 coram ... -sedentibus (-sidentibus *var. l.*) episcopis. THANGM. Bernw. 36 p. 774,9 -sidentibus ad triginta patribus, praesidentibus quoque ... papa atque imperatore. CHART. civ. Magd. 100 p. 52,29 duodecim scabini ... frequentius -sedere debent. CHART. Hans. 621 balivus ..., iudex, scabini et consiliarii ... in consilio -sedentes ... tractatum habuerunt. GESTA Ern. duc. II 40 p. 250,32 imperator sex diebus in iudiciali consistorio cum suis tam primatum quam ministerialium suorum choris -sedit. *saepe. c. dat.: v. p.1517,63.* **c** *assidēre – (mit) dabeisitzen, (an der Sitzung) teilnehmen:* **α** *gener.:* LIUTOLF. Sever. I 3 in monasterio una cum illo *(abbate)* -sedimus -sedentibus numerosis eiusdem loci monachis. **β** *publ., eccl., iur. (spectat ad conventum, concilium sim.):* CONC. Karol. 3B,15 p. 22,7 praesedente ... papa ..., -sedentibus etiam ... episcopis (5 p. 37,28. *al.* RICHER. REM. hist. 2,66 sinodus ... collecta est atque habita praesidente ... Rotberto ..., -sidentibus ... Adalberone Mettensi, Ganslino Tullensi *eqs.* 2,67 praesidente ... metropolitano, -sedente etiam Artoldo. *cf. l.27*). THANGM. Bernw. 36 p. 774,8 concilium coadunatur ...; de nostris ... -sederunt Notgerus Leodicensis *eqs.* DIPL. Heinr. III. 192 p. 243,14 hoc factum est innumera populi multitudine -sidente et stante. DIPL. Loth. III. 117 residente ... imperatore ad aquas Pensiles, -sedente etiam ... patriarcha Aquilegiensi. *al. c. dat. (expressius i. q. assessorem esse – beisitzen: l.53sqq.):* HINCM. annal. a. 866 p. 82,16 Karolus ... synodo a ... papa convocatae -sidet. CHART. Ulm. 73 p. 94,15 (a. 1255) minister ... comitis ministro nostro a latere in quolibet iudicio -sedebit. p. 94,24 comes ... celebrare habet provinciale placitum ... et illic minister noster sibi a latere habet -sedere. **d** *iuxta, ad latus sedere – daneben, zur Seite sitzen (de Christo, cf. p.1514,69sqq.1516,31sqq.):* AGOB. dogma Fel. 12 l. 26sq. (Corp. Christ. Cont. Mediaev. LII. 1981. p. 81) cum quo *(corpore)* -sedet Patri non sicut duobus Filiis -sedentibus (*ex Conc. I 5 p. 51,7 ed. Schwartz* -sidentibus), sed *eqs.* ARNO REICHERSB. apol. p. 232,24 homo, si naturaliter Deus non esset, Deo -sidere in Verbo -sedente non posset. p. 234,10 opposita ... esse videntur in eadem humana natura Patri subiectum esse et -sedere, cum -sidere aequalis sit, subiectum esse minoris. *ibid. al.* **e** *eodem tempore sedem (episcopalem) obtinere – gleichzeitig den (Bischofs-)Stuhl innehaben:* THANGM. Bernw. 12 p. 763,18 -sedit *Altfridus* ... duodecim annos cum Liudberto. p. 763,32 Wigbertus -sedit cum Mogontinis episcopis Liudberto ... et Hattone. **2** *translate i. q. congruere, non dissidēre – zusammenstimmen, -passen, harmonieren:* EPIST. Worm. I 21 p. 42,21 quoniam integre et primorum nec minus mediorum *numerorum* ipsa naturalitas ... et perfectio -sideat, cautius intuenti patescit.

B *fere de actione (formis stirp. perf. saepius et status significatur, e. g. l.11.22.33sq.52sq.1517,2.7. al.):* **1** *proprie:* **a** *sidere, se collocare – sich (hin-, nieder)setzen, Platz nehmen, sich niederlassen* (*cf.* GLOSS. II 695,10 St.-S. -sidere kestaton): **α** *gener. (in imag. c. sensu se diffundendi: l.13):* LEX Baiuv. 19,5 si ... aves cadaver reppererint et super ad lacerandum -sederint. WILLIB. Bonif. 6 p. 28,29 qui *(apostolicus pontifex)* ... elevavit eum a terra ... eumque -sedere fecit. RHYTHM. 151,84,1 -sideamus parum panis frangere. WALAHFR. hort. 432 cum consepto ... -sederis horti. ERMOLD. Ludow. 1,117 -sidunt moniti *primi*. CAND. FULD. Eigil. II 19,2 crastina cum ... dies ... -sederat arvis. PASS. Petri et Pauli 122 si vivit ..., exurgat -sedeatque simul *vir exanimis*. GERH. AUGUST. Udalr. I 27 p. 413,13 missas cum stando ... ad finem perduceret, -sedebat. WALTHARIUS 639 descendens ... ab equo -sedit *heros*. CONSUET. Marb. 268 (Spicil. Friburg. X. 1965) in claustrum ... introducti ... -sidere (-sedere *E*) iubentur *pauperes* (*ex* UDALR. CELL. consuet. 1,12 [PL 149,659C]). CAES. HEIST. mirac. I 5,42 cum ad prandendum in terra more poenitentium -sedissent. FRID. II. IMP. art. ven. 6 p. 205,23 viso, quod falco -siderit supra loyrum. *saepe. sedem collocare – sich ansiedeln, seßhaft werden:* BREV. NOTIT. p. A 2,35 -sedit ibi et construxit ecclesiam *Růtbertus*. LEX Sal. Karol. 47,2 si *quis* ... in ipsa villa -sedere (*syn.* consistere) praesumpserit. ECBASIS capt. 1137 latis ... -sidere cellis. **β** *publ., eccl., iur. (spectat ad potestatem, dignitatem sim.):* WALTHARIUS 294 -sedit laterique duces hinc indeque binos assedisse iubet *rex*. CHART. Heinr. Leon. 106 p. 161,36 dum ... dux ante fores ecclesię -sedisset, prepositum cum fratribus suis advocavit. *al. v. et p. 1176,51.* **γ** *theol. (de Christo, cf. p.1514,69sqq.1515,55sqq.):* ANSCAR. pigm. p. 9 piissime Deus, qui ... ad Patris dextram -sidisti. ARNO REICHERSB. apol. p. 232,10 ait ... Leo papa eam naturam -sedisse in throno, quae iacuerat in sepulcro. *ibid. al.* **δ** *milit. i. q. castra ponere, consistere – sich lagern, Stellung beziehen* (*cf.* GLOSS. II 612,18 St.-S. -sedit erbeizda. 613,2): ANNAL. Einh. a. 747 collecto ... exercitu super fluvium Ovacra in loco, qui dicitur Orheim, -sedit *Grifo*. POETA Saxo 2,152 qui *(pater)* valida comitante manu ... iuxta fluvium -sederat (-siderat *var. l.*) Ambram. REGINO chron. a. 884 p. 121,23 Nortmanni ... Somnam fluvium intrant ibique -sederunt (-siderunt *var. l.*). THIETM. chron. 2,10 pratis victrice cum turba rex -sidens. BERTH. (?) annal. a. 1077 p. 295,18 regem ... in obsidione cuiusdam castelli iuxta Danubium non cum parva militia -sedisse. VITA Steph. reg. II 3 (MGScript. XI p. 227,14) ut, ubi regalis accessus et conversatio habebatur, ibi -sederent *hostes. saepe. in imag.:* VITA Heinr. IV. 9 p. 31,28 hinc pater, inde filius, hinc pietas, inde furor -sedit. **b** *simul, una sidere – sich zusammensetzen, gemeinsam (hin)setzen:* **α** *gener.:* BEDA hist. eccl. 3,6 p. 138,12 cum ... cum praefato episcopo -sedisset ad prandium *rex* (ARBEO Corb. 26 cum a. p. cum ... duce -sedisset. *sim.* ERMOLD. Ludow. 2,232 aulam repetunt *rex et papa* ad prandia magna volando, -sidunt. GERH. AUGUST. Udalr. I 16 p. 405,40 cum ... ad mensam prandendum -sedissent). VITA Corb. 7 p. 606,13 in quo *(tecto)* loquendo -siderant (-sederant *var. l.*) *s. Scholastica et s. Benedictus*. LIBER ordin. Rhenaug. p. 127,23 exeunt fratres in claustrum -sidere. BERTH. RATISB. serm. (SBWien 147/V. 1904. p. 30,2) -sideatis ibi, domini pagani, Iudei, heretici et christiani. *al. v. et p.1515,37.* **β** *publ., eccl., iur. (spectat ad conventum, concilium sim.):* CONC. Merov. p. 66,15 cum ... synodus convenisset ..., in ecclesiam cumsedentes (-sidimus, -sedimus *var. l.*) ex more ... id nobis rationabile visum est, ut *eqs.* (*cf.* CHRON. reg. a. 1111 p. 50,16 [rec. I] in aecclesia beati Petri -sidunt *rex et papa* super negotiis ecclesiasticis tractaturi). CAPIT. reg. Franc. 252A p. 213,37 deinde recto ordine -sederunt *patres*. THANGM. Bernw. 22 p. 768,42 in fronte ... actionis ... cum -sedissent, ... episcopus ... omni ... synodo causam suae aecclesiae ... exponit. CHART. Friburg. 190 cum ... ad nos *(sc. priorissam)* redierint sorores et capitulo una nobiscum -sederint. *al.* **c** *assidĕre*

[Antony]

(inter convivas) – sich (als Gast) dazusetzen: VITA Gunth. erem. 5 dum ... mensae regis ... -sedisset. *admitti – Zutritt erlangen:* WALTH. SPIR. Christoph. II 3,1 qui cupis ad varias sponsi -sidere mensas *eqs.* **d** *iuxta, ad latus sidere – sich daneben, zur Seite setzen:* WIPO gest. 2 p. 19,18 quem *(iuniorem Chuononem)* rex manu apprehendens fecit illum -sedere sibi. RUODLIEB XIII 62 maior maiori, iunior -sedit herili. **2** *translate:* **a** *concidere, collabi – zusammensinken, -fallen* (*cf.* GLOSS. II 650,49 St.-S. -sidere gisinchan. 693,60 -sidere keuallin): EKKEB. HERSF. Heimer. 11 cum totum edificium in cineres -sedisset. **b** *desidĕre, insidĕre – sich ab-, festsetzen:* GLOSS. med. p. 76,2 *humor* confluendo ita membris indigitur, ut insitus locis, ubi -sederit, unum esse videatur. **c** *(con)quiescere – sich beruhigen, zur Ruhe kommen:* **α** *de hominibus:* CASUS Petrish. 5,7 si quando ... animo -sedi, tunc statim aliquantulum convalui. *ibid.:* mente -sedi mobilitatique renuntiavi. **β** *de rebus i. q. defervescere, remitti – nachlassen, sich legen:* ENGELM. carm. 1,85 (MGPoet. III p. 57) -sedit metrico iuvenis insania ludo. **d** *convenire – sich festlegen, übereinkommen (auf):* TRAD. Werd. 144 p. 37,38 (a. 1240) post plures ... litigaciones utrorumque in eo -sedit arbitrium, ut *eqs.*

II *trans.:* **A** *obi. res i. q. occupare – einnehmen, besetzen:* **1** *gener.:* AGNELL. lib. pont. 137 p. 367,25 qui *(fidelis)* ... iussit ... ventis vela dari et cunsedit transtrum. MILO carm. 1,6,4,470 cum celsum ... tribunal ... -sederis arbiter orbis *(de s. Amando).* **2** *milit.:* ANNAL. Xant. a. 846 qui *(Sarraceni)* iam pridem Beneventaniam -sederant (*sim.* a. 871 p. 30,25). a. 871 p. 29,7 Karolus rex ... Aquisgrani palatium -sedit affirmans se totum regnum ... in proprietatem usurpare velle. **3** *publ. et iur.:* **a** *(vindiciarum servandarum causa) obsidēre – (zur Wahrung des Anspruchs) besetzt halten:* TRAD. Frising. 436 p. 375,1 (a. 820) ut *episcopus* publice et legitime proprium servum sanctae Mariae -sedere fecisset iam dictam rem *(de re v. praef. ed. p. XXXXV).* 455 Peruuin ... ecclesia ... cum universa suppellectile ad domo supranominato transfirmavit, et hoc proprius servus sanctae Maria ... III noctes -sedit. TRAD. Ratisb. 19 p. 25,5 Denchilo ad Phetarah hanc vestituram -sedit. **b** *possidēre, obtinere – besitzen, innehaben:* CHART. Sangall. A app. 18 p. 395 (a. 816/36) Albaricum easdem res ... tradidisse eosdemque monachos legaliter -sedisse. *ibid. iterum.* ANNAL. Xant. a. 869 p. 27,11 Ludewicus ... Beneventaniam -sedit ...; ipse *(Lotharius)* ... Ripuariam ... possedit. **c** *invadere, sibi arrogare – in Besitz nehmen, sich aneignen:* CHART. Fuld. A 692 (a. 951) Uuolfhart ... iniuste -sedit illam traditionem, quam tradidit Uuilliperaht. *ibid. iterum.* **d** *inire, residĕre (in) – einziehen, seinen Sitz aufschlagen (in):* ANNAL. Xant. 873 p. 32,12 rex Aquis palatium secundum sinodum ac placitum suorum -sedit. **B** *obi. homines i. q. collocare – ein-, ansetzen:* **1** *spectat ad colonos:* DIPL. Loth. I. 44 p. 134,5 (ed. Th. Schieffer. 1966) super familias eorum *(monachorum)* intus vel foris -sessas (*inde* DIPL. Otton. I. 120). **2** *spectat ad episcopum (c. sensu instituendi):* INVENT. Quint. II 129 (MGPoet. IV p. 1000) hic *(Eligius)* certe solio -sessus (confessus *P*) pontificali testis praecipui ... tectum saepe revisit.

adi. **consessus,** -a, -um. *habitatus – besetzt, bewirtschaftet:* DIPL. Otton. I. 173 hobas II ... in pago Crouuati et in ministerio Hartuuigi -as.

1,1 p. 819D ne ulla eum *(episcopum)* inopia -ret. THIETM. chron. 7,42 quod . . . antistitem Dunsten . . . caperent et vinculis et inedia ac ineffabili poena . . . -rent *Northmanni*. HILDEG. epist. 94R o filia Dei, . . . cum amaritudine tui corporis -ta es bellis. *al.* *adde:* ANON. coit. 1,6,10 angustia paulo ante -ti . . . labores veneris abhominamini! **b** *spirit.:* GERH. AUGUST. Udalr. 1,1 l. 101 ne ab eo *(papa)* plus verbis -retur. IOH. VEN. chron. p. 159,27 qui *(cives)* timore -ti pacifica verba protulerunt. HUGO FLAV. chron. 2 p. 382,9 nimio praesentis mortis tormentorum terrore -ta *anima*. *al.* **2** *c. colore quodam:* **a** *minuere, detrimentum inferre – schwächen, benachteiligen:* CHART. archiep. Magd. 421 p. 554,39 (a. 1188) cum ex antiqua institucione multis modis in iure civili et aliis incommoditatibus -ta fuerit *civitas Magdeburg*. **b** *confutare, refutare – in die Enge treiben, widerlegen:* ARIBO mus. p. 31,20 si negabimus, ab adversario subsequente -emur argumentatione: *eqs.* **c** *opprimere – erdrücken:* WETT. epist. (MG Poet. II p. 332,33) ut huius corruptionis mole deposita ibi quoque gravitate poenarum non -ar. WALTH. SPIR. Christoph. I 14 quia nos dignę cruciatibus culpę -unt *eqs.* **B** *milit.:* **1** *in univ.:* ANNAL. Guelf. a. 797 Karolus rex . . . -xit Saxones nimis. CHRON. Thietm. 5,23 populum ineffabiliter -xit *Bolizlaus*. *al.* **2** *de obsidione:* ANNAL. Fuld. Ratisb. a. 882 p. 108,11 per dies XII obsessam *civitatem* -xit *rex*. CHRON. Salern. 106 cum omni conamine eam *(civitatem Barim)* undique -xerunt *principes*. *al.* THIETM. chron. 6,35 obsidione eciam continua eos, qui palas tuebantur, in tantum -xit *rex*, ut *eqs.* *al.* *per compar.:* VITA Heinr. IV. 13 p. 42,8 premente fame quasi quadam obsidione -ti laborabant *milites*.

VI *cogere – zwingen:* **A** *gener.:* **1** *in univ.:* RUOTG. Brun. 10 in quibus *(monasteriis)* degentes . . . partim voluntate, partim vi ad regularem vitam -xit. *al.* CHART. Bund. 49 ego inutilis Victor . . . non levitate aliqua, sed potius -tus necessitate, confugium feci *eqs.* (NOTKER. BALB. gest. 1,21 p. 28,6 *episcopus* ultima n. -tus [coactus *var. l.*]). BERTH. (?) annal. a. 1076 p. 287,1 ut regem ad apostolicae sedis oboedientiam perfectius -rent. *al.* LAND. MEDIOL. hist. cont. 46 de concilio . . . isto . . . plura scribere digitum mee sexagenarie etatis non -o. *al.* **2** *c. colore quodam:* **a** *subigere, dominari – untertan machen, beherrschen:* BERTH. (?) annal. a. 1077 p. 298,17 quibus *(militantibus)* . . . adversarios . . . subdere et omnifariam sibi ad servitium -ere . . . sufficeret *Roudolfus rex*. ADAM gest. 4,22 sua potentia ceteras aquilonis gentes -ere (confringere *var. l.*) videntur *populi Sueonum*. *expressius i. q. superare, devincere – niederwerfen, bezwingen:* ADAM gest. 2,5 quos *(populos Sclavorum)* pater eius uno grandi bello domuerat, ipse *(Otto)* tanta virtute deinceps -xit, ut *eqs.* (3,54). **b** *domare – bändigen:* **α** *de diabolo:* Ps. VEN. FORT. Remig. 17 (MG Auct. Ant. IV 2 p. 66; s. VIII.) hunc responsum hostis antiquus reddidit divini nominis obsecratione -tus. FRAGM. sacram. Arnon. add. p. 59,21 evola, procede -tus *(sc. immundus spititus)*. ALTFR. Liutg. 2,18 diabolus repente -tus et . . . abstractus est. **β** *de feris i. q. mansuefacere – zähmen:* VITA Erasmi 82 virtutes . . . fecisse probatur mulcendoque feris mentes -ere duris. **B** *medic.:* **1** *in univ.:* HILDEG. caus. 4 p. 186,29 balneum hominem aliquantum ad digestionem -it. **2** *de stranguria i. q. exprimere – erzwingen, (unter Harnzwang) herauspressen:* Ps. GALEN. urin. p. 26,8 urina in febribus -ta . . . spasmum significat. **C** *publ., iur., canon.:* **1** *(potestate, legibus, vi, iure districtionis q. d.) adducere, adigere, compellere – (kraft Amtes, gesetzlich, zwangsweise, durch Ausübung der allgemein zwingenden Gewalt) dazu bringen, bestimmen, veranlassen (expressius i. q. [vi] dirigere – 'verbringen': p. 1642, 5):* **a** *in univ.:* LEX Ribv. 61,5 ille, qui causam prosequitur, in presente -atur, ut se ante iudicem representet. CAPIT. reg. Franc. 91,2 ut pontifices . . . sacerdotes suos vel clericos -ant canonice vivendo ordine. TRAD. Frising. 636 p. 541,21 illi *(filii Kisonis)* convicti legibusque -ti reddiderunt supradictas res . . . episcopo. LEX fam. Worm. 30 p. 643,37 weregeldum reddat et cum proximis occisi . . . pacem faciat, et ad hoc -antur proximi, ut accipiant. CONST. imp. I 66 si . . . papa Gregorius ultra montes . . . ire voluerit, securus erit ex mei parte et eorum, quos -ere potero. DIPL. Heinr. IV. 476 p. 649,32 hic *(qui censum de capite suo persolvit)* si extra potestatem fugerit . . . , advocatus . . . illuc eat et . . . rebellem ad curtim propriam -at. *al.* *usu subst. i. q. ius distringendi – Recht, zwingende Gewalt auszuüben (de re cf. p. 1635,71):* DIPL. Otton. I. 336 p. 451,43 confirmamus in integrum castellum de Sublacum cum glandatico et erbatico atque -to et placito *eqs.* *remissius i. q. praecipere, exposcere – vorschreiben, verlangen:* FORM. Turon. 22 voluntatem eius *(patris)* . . . lex Romana -it adimplere (24 l. R. -it, ut *eqs.*). **b** *de servitio, censu, angaria sim.:* CAPIT. reg. Franc. 33,30 ut nullus eos sibi servitio -ere . . . audeant *(sic)*. DIPL. Heinr. III. 12 ut . . . nullus . . . comes . . . super prefate ecclesie proprietatem residentes quoquo modo distringere . . . nec non ad pretorium comitis ad laborem -ere . . . presumat. DIPL. Heinr. IV. 476 p. 649,29 quisquis huius modi iuris est, ut ad bubulcum iure possit -i. VITA Annon. I 1,25 ne quis abbatem ad aliquod curiale servitium aut non regulare officium -at. *al.* **c** *de emendatione, compositione:* CAPIT. reg. Franc. 260,7 *missus* illum *(latronem)* -at, ut illuc, velit nolit, reveniat et ibi malum emendet, ubi illud perpetravit. *al.* **d** *de quaestione:* CAPIT. reg. Franc. 112,15 ut diligentissima examinatione -antur *(sc. malefactores)*, si forte confiteantur malorum, quae gesserunt. **2** *arcessere, citare, compellare, in ius vocare – (gerichtlich) vorladen, belangen:* **a** *in univ.:* LEG. Wisig. 2,1,30a potestatis eius *(episcopi)* sit eundem comitem legis huius permissione -ere. *ibid. iterum.* CAPIT. reg. Franc. 143,1 si aliquis constituta mercata fugiens . . . extra praedicta loca aliquid emere voluerit . . . , -atur et debitum telonei persolvere cogatur. 261,8 de hominibus, qui in banno et in paenitentia missi sunt et peius semper faciunt, scilicet ut a missis capiantur et -antur. DIPL. Conr. II. 278 p. 385,4 ut advocatus . . . potestatem habeat banno nostro -endi omnes . . . ad omnem iustitiam faciendam. *al.* *refl. i. q. ad rationem reddendam compelli sinere – sich zur Rechenschaft ziehen lassen:* DIPL. Heinr. III. 382 iubemus, ut . . . omnes communiter conveniatis et per eum *(episcopum)* . . . vos -atis. **b** *iudicium facere, iudicare – Gericht halten, richten (interdum i. q. multare – [be]strafen, e. g. l. 52):* LEX Alam. 36,2 (rec. B) ut ille iudex eum distringat (-at *var. l.*) secundum legem. LEX Baiuv. 2,5 si talis homo potens hoc fecerit, quem ille comis destringere (-ere *Bb*) non potest *eqs.* CAPIT. reg. Franc. 141,27 qui *(vassi)* . . . propter fruges colligendas et familiam -endam . . . dimissi fuerunt. 148,1 domini . . . pro eo, quod eos *(sc. servos superbos)* -ere noluerunt, . . . bannum . . . solvere cogantur. 267,1 quodsi quis transgressus fuerit, anathematis vindicta feriatur et comitis districtione -atur et banni regalis exactione dampnetur. *al.* DIPL. Heinr. III. 382 si quis . . . ita rebellis extiterit, ut . . . per eum *(episcopum)* -i recusaverit *eqs.* CHART. Argent. I 616,11 p. 468,2 *causidicus* habet . . . potestatem cogendi et -endi iudicatos, quam vocant bannum. *de iudicio interdicto (de re v. E. E. Stengel, Die Immunität in Deutschland. 1910. p. 467 et passim):* CONC. Merov. p. 91,15 ut nullus saecularium personarum praetermisso pontifice seu praeposito ecclesiae quemquam clericorum pro sua potestate -ere, discutere audeat aut damnare. DIPL. Ludow. Germ. 64 p. 88,39 ut . . . nullus iudex publicus neque ulla potestas eos *(homines praefati monasterii)* in quoquam -ere audeat (DIPL. Otton. I. 11. *al.*). DIPL. Otton. III. 48 p. 450, 31sqq. ut nullus dux . . . aliquam habeat potestatem . . . aut homines . . . distringere . . . praesumat, sed omnes . . . tantum ad placitum advocati . . . -antur et . . . non in cuiuslibet ducis . . . placito . . . -antur (CHART. Bund. 148 p. 123, 35. *al.*). *saepe.*

adi. **constrictus,** -a, -um. **1** *gener.:* **a** *angustus – eng:* WALTHARIUS 1198 dum -i penetratur semita callis. **b** *strictus, artus – knapp, eng anliegend:* HILDEG. in reg. Bened. (PL 197,1062B) tunicam . . . aliquantum cuculla -iorem. **2** *natur. et medic.:* **a** *brevis, rarus – kurz:* ALFAN. premn. phys. 28,1 p. 135 et copiosus et -us (*PG 40,709A* ἀθρόα) anhelitus in magnis afflictionibus factus animalem

[Konstanciak]

demonstrat operationem. **b** *pavidus, timidus – ängstlich, scheu:* ALBERT. M. mot. animal. 1,2,6 p. 279a,35 remanent illa animalia -a. **c** *condens(at)us, spissus – verfestigt, fest, dicht (usu subst.):* AESCULAPIUS 4 p. 8,4 ut ... -iora *(sc. in capite)* relaxentur, frigdor calefaciatur (*cf. Gariopont. pass. 1,9 p. 8v [ed. Basil. 1531]* constrictio relaxetur). ALBERT.M. cael. hier. 15 p. 249,17 nihil diffunditur nisi -um.

adv. **constricte.** **1** *diligenter, restricte – genau, streng:* COD. Karol. 7 p. 493,6 coniuro vos ... per tremendum iudicii diem, ubi omnes -e ad reddendum de nostris factis rationem adsistere habemus. **2** *compar. i. q. interius – enger, vertrauter:* GLOSS. II 252,55 St.-S. artius -ius einliho. *Konstanciak*

[2. constringo *v.* 1. contingo.]

***constris** *v.* *custrix.

1. constructio (-ccio), -onis *f.* *script.:* cost-: *l.70.*

I *proprie:* **A** *strictius i. q. aedificatio – Bau:* **1** *actio aedificandi, exstructio – Aufbau, Erbauung, Errichtung:* **a** *in univ.:* HEITO Wett. 15 ad loca pulcherrima naturali -e fundata. NOTKER. BALB. gest. 1,31 p. 42,7 ut ... cuncta, quę ad -em (constitutionem *var. l.*) illam pertinerent, ... impendere ... instaret *praepositus*. HROTSV. prim. 237 coepta secundo coenobii ... -o. THEOPH. sched. 2,1capit. de -e furni. 3,1capit. fabricae. PETR. CAS. (?) chron. 4,13 pro -e cimiterii. ANNAL. Egm. a. 1161 post -em et ornatum templi. CHART. Worm. 371 p. 237,24 strate. *saepe*. *sensu spirit.:* HILDEG. scivias 2,3 l. 2 de -e ecclesiae, quae semper gignit filios suos *eqs.* 2,6 l. 1880 ne ... impoliti inventi *(sc. diaconi)* de -e ecclesiasticae aedificationis ... eiciantur. *ibid. al.* **b** *c. sensu instituendi, condendi i. q. fundatio – Gründung, Stiftung:* BREV. NOTIT. p. A 2,21 breves noticie de -e ecclesie sive sedis episcopatus (*cf.* VITA Bonif. II 4capit. de -e episcopatus). DIPL. Arnulfi 3 p. 7,23 quod a b e x o r d i o -is ... monasteriorum ... constitutum est (DIPL. Ludow. Inf. 6 p. 103,24. *cf.* DIPL. Heinr. IV. 161 a principio -is. CHRON. Gladb. 5 [MGScript. IV p. 75b,40] in -is initio). VITA Pirmin. II 11 p. 41D hic ..., sicut in reliquis eius -bus, ... adstitit Christus. CHART. Babenb. 287 p. 123,29 devocio patris nostri, quam habuit circa -em monasterii. *saepe.* **2** *modus aedificationis, structura – Bauweise, -art:* HILDEG. scivias 3,6 l. 305 murus, plebs scilicet Iudaica ..., est ubique arcubus circumdata ... iuxta -em cancellorum *(in alleg.).* **3** *aedificium, aedes – Bauwerk, Gebäude:* LIBER diurn. 11 si in tuae parrochie memorata -o iure consistit, ... oratorium ... consecrabis. 22 spacia ..., in quibus eadem est fundata -o. *al.* BREV. NOTIT. p. A 3,5 -es antiquas atque dilapsas. DIPL. Karoli M. 214 p. 286,35 atria vel reliquas -es. HROTSV. prim. 150 omnis coenobii -o. DIPL. Heinr. II. 440 ad restaurationem -is ... ecclesię. *al. sensu spirit. (loci spectant ad Vulg. Eph. 2,21. I Petr. 2,5):* THIOFR. serm. 1 (PL 157,406B) sacrae ... fidei -o per miracula crevit. HILDEG. scivias 2,3 l. 127 plena -o viventium animarum, quae construitur in caelis vivis ex lapidibus. *al.* **B** *latius:* **1** *gener.:* **a** *fabricatio, confectio – Verfertigung, Herstellung, Gestaltung:* HRABAN. epist. 9 p. 395,10 tabernaculi -o atque vasorum eius simul cum cultu ... fieri iubentur. CHRON. Hild. 10 ipse *(episcopus)* ... aurum et gemmas ... in -em calicis et patinae collegit. **b** *opus, figmentum – (Kunst-)Gebilde:* BEDA hist. eccl. 2,10 p. 103,14 (epist. papae) dum ... meliores vos ... eorum *(sc. deorum gentilium simulacrorum)* -i (-e *var. l.*) ... existatis. WALAHFR. exord. 1 p. 475,38 ut, quicquid modo spiritalibus ecclesiae celebratur in studiis, totum in illis -um figuris *(sc. tabernaculi, templi sim.)* pleniter ... constructum videatur. *expressius i. q. instrumentum – Gerät, Instrument:* BERNO ton. prol. 5 p. 68a,27 tonorum ... positiones invenies ... in totius monochordi -e alternatim dispositas. **2** *natur. et philos.:* **a** *generatio – Entstehung, Bildung (de creatione mundi: p.1644,1):* CONSTANT. AFRIC. theor. 4,1 p. 15ar motus *(sc. mutatio essentialis)* -o vel d e s t r u c t i o vocatur (*ibid.:* augmentatio et diminutio et -o et d. *al.* ARTEPH. secret. p. 48,22 eum ... ignorare necessario cost-em metallorum, qui ignorat destructionem). HERM. CARINTH. essent. 1 p. 78,1 in omni ... rerum -e sustinens *(i. materia)* ... est necessarium. 2 p. 150,7 michi ... nulla ratione universitatis -o absoluta videatur, si *eqs. ibid. al.* **b** *constitutio corporis – Körperbau, -beschaffenheit:* BRUNUS LONG. chirurg. 1,19,5 p. 117G secundum dispositionem -um et dispositionem virtutis.

II *translate:* **A** *spectat ad res:* **1** *gener.:* **a** *conscriptio – Aufzeichnung:* LEG. Wisig. 2,1,1 p. 45,23 novellarum nostrarum sanctionum ordinata -o. **b** *scriptum – Schrift(werk):* EPIST. Hann. 80 p. 130,17 de nescio quibus -bus tuis mecum agis iniuriarum *(v. notam ed.).* ALBERT. M. eccl. hier. 3,13 p. 589a,28 'professarum -um' (*PG 3,432B* συντάξεων), id est scripturarum. **2** *gramm. et rhet. i. q. conexio, (co)ordinatio (partium orationis),* σύνταξις *– Zusammensetzung, Verbindung, Anordnung (der Redeteile), 'Konstruktion':* GODESC. SAXO gramm. 2 p. 427,9 sicut in metro, sic et in melo praeposterata fit frequenter -o. p. 434,10 regularis. GUNZO epist. 4 p. 27,9. HONOR. III. registr. 20 p. 16,27 in alia *parte rescripti* dissueta -o videbatur. EBERH. ALEM. labor. 187 vocum. ALBERT. M. herm. 1,2,4 p. 388b,7 pars *(orationis)* dicit ordinabile in toto ad debitam totius -em. CONR. MUR. summ. p. 59, 15 longa verborum continuatio et -is suspensio. HUGO TRIMB. sols. epil. 223 incongrue -cciones. *saepe. v. et vol. I. p. 584,46. in titulo libri:* GODESC. SAXO gramm. 2 p. 434,1 lege '-em' P r i s c i a n i (CHRON. Lippold. p. 557,36. *al.*). **3** *log. i. q. astructio, assertio (propositionis) – Begründung, Aufrechterhaltung, Behauptung (einer These):* ALBERT. M. anal. pr. 1,5,6 p. 624b,23 facilis destructio et difficilis -o (*p. 43a,15* τοῦ κατασκευάζειν) est in universalibus privativis. top. 5,2,4capit. de interemptione et -e problematis. *ibid. al.* **B** *spectat ad homines eorumque animum sim.:* **1** *instructio, informatio – Unterrichtung, (Aus-)Bildung:* VITA Annon. I 1,1 p. 467a, 32 didicit ... fortitudinem, ... dum inedia sitique ... et vigiliis aestuat, quae cuncta in eo futurae -i necessario parabantur. **2** *dispositio (spiritualis) – (Gemüts-) Verfassung:* HILDEG. epist. 104R l. 3 -em populi, cum quo es, Deo placidam video et etiam in meliorem partem ... ascendentem.

[2. constructio *v.* constrictio.]

constructivus, -a, -um. **1** *proprie i. q. aedificationem efficiens – den Bau, die Errichtung bewirkend:* ALBERT. M. anim. 1,2,7 p. 38,76 'architectonica' *(sc. ars),* quae est -a domus. **2** *translate:* **a** *gramm. i. q. constructionem formans, efficiens – die Konstruktion bildend, konstituierend:* ALBERT. M. herm. 1,2,4 p. 388b,9 hoc ... debitum habet *pars orationis* ex hoc, quod est -a ad designandum de re et modo orantis. **b** *log. i. q. ad astruendum, asserendum aptus, pertinens – zum Begründen, Behaupten geeignet, gehörig:* ALBERT. M. top. 2,2,6 p. 325a,32 hic est tertius *locus* et -us et destructivus (7,1,3 p. 482b,26 -orum [*p. 153a,2* κατασκευαστικῶν] ... locorum ... nullus est ad diffinitiones construendas utilis). 5,2,1 p. 398b,23 considerationes. *ibid. al.*

adv. **constructive.** *per modum astructionis, assertionis – in begründendem, behauptendem Sinne:* ALBERT. M. top. 2,1,1 p. 292a,26 universalia communia sunt et ad concludenda universalia et ... particularia et -e (*cf. p. 109a,3* κατασκευαστικά) et d e s t r u c t i v e (8,1,1 p. 492a,8. elench. 1,5,8 p. 636b,5. *ibid. al.*). *expressius i. q. affirmative – in bejahendem, positivem Sinne:* ALBERT. M. phys. 2,3,6 p. 143,42 -e necessitas materiae 'non est causa finis', sed e converso *eqs.*

***constructo,** -are. *aedificare, exstruere – bauen, errichten:* VITA Landel. Laub. 393 -ans marmore templum (401 -as).

constructor, -oris *m.* **1** *proprie i. q. aedificator, exstructor – Erbauer:* **a** *in univ.:* CARM. Teg. 27,30 (DtArch. 18. 1962. p. 499; a. 1160/80) Noë -r archę. TRAD. Ratisb. 931 p. 463,16 Winther -r ... molendini (*cf.* CHART. Pomm. 585 p. 4,11 ut ... due partes redituum nobis et tertia pars -bus *molendinorum* tribuatur). ARNOLD. LUB. chron. 2,4 machinarum -em. *de fabris, operariis (in imag.):* ADAM gest. praef. p. 1,9 accepi ecclesiam vestram ... multis egere -um manibus. **b** *c. sensu instituendi i. q. conditor, fundator – Gründer, Stifter (fere de institutionibus ecclesiasticis; de urbibus: p. 1645, 7):* RHYTHM. 145,3,2 a fundamentis -r coenubii (*cf.* SIGEB. GEMBL. Theod. 19 p. 480,13 ab ipsis parietinis huius

[Müller-Glauser]

loci -r). AGOB. 7,15 l. 32 ea, quę a -bus *ecclesiarum* conlata sunt. DIPL. Conr. II. 206[a] p. 281,22 p r i m i -is memoriam ... celebrare (DIPL. Conr. III. 115 p. 206,14. *al.*). DIPL. Heinr. III. 228 p. 304,37 monasterii f u n d a t o r atque -r (DIPL. Frid. I. 209 p. 351,3 ęcclesię. *al.*). TRAD. Fuld. I 66 p. 145,18 Otto imperator, Magedeburgensis -r episcopii. VINC. PRAG. annal. prol. p. 658,31 quis earum *(urbium)* -r seu destructor extiterit, incertum est. *saepe.* **2** *translate:* **a** *auctor, instigator – Urheber, Anstifter:* ANNAL. Fuld. Ratisb. a. 883 p. 109,30 male factionis. **b** *artis grammaticae peritus – Grammatikkundiger:* RATHER. epist. 11 p. 65,33 quae *(obscure posita)* ... dilucidare actutum valebit *invidia*, si -em industrium ac studiosum habebit. **c** *conscriptor – Verfasser:* ROLAND. PATAV. chron. 12,18 si quem ... cura ... commoverit presentis operis nosse non artificem, set simplicem -em.

***constructrix,** -icis *f. conditrix, fundatrix – Gründerin, Stifterin:* ANNAL. Quedl. a. 999 p. 75,47 quarum *(vernularum s. Pusinnae famulantium)* licet primaeva nequaquam -x fuerit *Mechthild*. DIPL. Heinr. II. 510 p. 654,2 (spur.) post discessum prenobilium constructorum et -um ... m o n a s t e r i i Drubiki (DIPL. Heinr. III. 390 [spur.]. ANNAL. Magd. a. 968 p. 148,51).

constructura, -ae *f. structura, aedificatio – Bauwerk, Anlage:* MIRAC. Hucberti 1,2 p. 819[E] aedificii -am (instructuram *var. l.*) inspiciendo valde admiror. GREG. CAT. chron. app. II p. 317,29 (chart.) casam totam ... cum -is et edificiis suis.

1. constructus *v.* construo.

[2. constructus *v.* constringo.**]**

construo, -struxi, -structum, -ere. *script.:* cun-: *p.1646, 18. adde* AGNELL. lib. pont. 31 p. 297,3. *ibid. al.* cost-: *p. 1648,22. adde* DIPL. Frid. I. 17 p. 30,25. -nes-: *p.1646,12.* -uh(o): *p. 1648,9.* -cs(i): ALDH. carm. eccl. 3,39 *(var. l.).* -cx(i): *p.1647,6. al.* -ut(us): ALDH. virg. I 60 p. 321,9 *(var. l.). form.: perf.* -u(i): *l.58.p.1646,4. adde* RUOTG. Brun. 49 p. 53,12. *al. depon.: l.55. adde* TRAD. Frising. 143[a] p. 148,14. *act. sensu pass.: l.53.*

I *proprie:* **A** *strictius:* **1** *congerere, coacervare – aufhäufen, aufschichten:* ALDH. virg. I 29 p. 266,18 pyram strue stipitum in edito -tam. HROTSV. Dulc. 11,3 instemus -endis rogis (Pafn. 4,2). VITA Anton. Senon. 105 (MGScript. XXV p. 347) fert lapis haut lapidem, quem non -erit idem. *v. et vol. I. p. 113,5.* **2** *erigere – aufrichten:* CARM. Cantabr. A 30,5 carpe callem commodam, convalle -e *(in imag.; spectat ad Vulg. Is. 40,4).* **3** *de aedificiis fabricandis et usu inde derivato:* **a** *aedificare, exstruere – (er)bauen, errichten, anlegen:* **α** *in univ. (spectat ad vineas sim.: l.52; ad opera animalium: l.59.60):* CONC. Merov. p. 126,3 scola laborem communi -atur. DIPL. Merov. I 15 p. 17,8 illustris vir Dado ... eiusque germani ... monasterium ... in honore sancti Petri et Pauli ... -erunt. LEG. Wisig. 10,1,6[tit.] si vineam aut domum quis ... -erit. RHYTHM. 82,18,3 Nathan ... predixit templo ab ipso *(David)* -ere. LEX Baiuv. 10,3 quae *(aedificia minora)* per se -ta (contruncata *var. l.*) sunt. ARBEO Emm. 35 p. 78,2 qui *(caementarii)* sua arte ... sepulchrum ... -rentur (-rent *var. l.*). EINH. Karol. 31 p. 35,22 quam *(basilicam)* ... proprio sumptu ... -xit. CHART. archiep. Magd. 420 p. 553,21 quod *(molendinum)* largis sumptibus ... -ueramus. ALBERT. M. animal. 7,50 in quo *(loco)* casam -unt *castores*. 8,52 nidos. 8,145 favos (8,149. *cf. l.63*). *persaepe. in imag., per compar., sensu spirit.:* HRABAN. carm. 16,87 -xit moenia templi, ecclesiam Christus. ENGELM. carm. 3,117 (MGPoet. III p. 65) librorum ... favos. RADBOD. (?) Bonif. 4 p. 64,30 pro lapidibus et cemento fidem cum spe statuit -endam. ALBERT. M. nat. bon. 169 p. 70,69 ex ipsis *(castitatis repagulis)* domum ... -xit verbo ... Patris *Maria. al. v. et p. 1455,29.* **β** *c. sensu instituendi, condendi (interdum expressius i. q. fundare – gründen):* DIPL. Merov. 26 (ArchDipl. 14. 1968. p. 140,1) monasterium, quod ... -isse visa sum et o r d i n a s s e ... vel dotasse (DIPL. Conr. III. 200 p. 362,33. *al.*). BREV. NOTIT. p. A 2,31 episcopii sedem (VITA Rimb. 1 p. 81,34 ut ... archiepiscopalis -retur [constitueretur *var. l.*] sedes. *saepe*). DIPL. Loth. I. 13 p. 79,43 quatenus ... quoddam liceret -ere m e r c a t u m (104 p. 245,17. DIPL. Otton. III. 311 p. 738,8. *al.*). HERM. AUGIENS. chron. a. 874 Ratolfus ... obiit, qui sui nominis cellam ... -uit. DECRET. Bern. 1 Berctoldus dux ... burgum de Berno -xit cum omni libertate *eqs.* 54 iura et libertates ..., per que et in quibus Chůnradus dux ... Friburgum ... -xit et libertate donavit. *saepe. partic. usu subst.:* CONC. Karol. B I 32 app. 2,23 definitum est, ut ... per sollicitudinem episcopi intentio -entium conservetur. **γ** *c. sensu collocandi, ponendi (partic. perf. fere i. q. situs – gelegen):* DIPL. Merov. I 72 p. 64,19 in ... monestirio, quod est ... in ipso l o c o Fossatus cone-tum (TRAD. Scheftl. 23. TRAD. Brixin. 4. *saepe*). TRAD. Weiss. 47 ad ipsam ecclesiam ... seu et reliquorum pignora, qui ibidem -ta (*cf.* 8 constituta) sunt. DIPL. Karoli III. 60 quo *(in monte)* reliquiae et ecclesia ... -ta esse dinoscitur. **b** *exornare – ausschmücken:* AGNELL. lib. pont. 72 p. 327,24 *effigies* per in giro mirifice opere vitreo cun-ta est. **c** *(aedificando) perficere, effingere – (baulich) ausführen, zum Ausdruck bringen:* WALAHFR. exord. 1 p. 475,38 ut, quicquid modo spiritalibus ecclesiae celebratur in studiis, totum in ... constructionum figuris pleniter et ... consignanter delineatum atque -tum (perstructum *1. 2*) videatur. **d** *coaedificare, (aedificiis) ornare – bebauen, (mit Bauten) ausstatten:* CARM. de Nyn. 72 plurima basilicis -xit rura novellis *Nynia episcopus.* CHART. Samb. 52[a] p. 17,16 due partes sunt fratrum, suburbium videlicet et area -enda. **e** *in aedificatione adhibere, uti – verbauen, zum Bauen verwenden:* MAPPAE CLAVIC. 254 marina arena ... non continue, sed intermissis temporibus -enda est *(ex Pallad. 1,10,2). fort. huc spectat:* LEX Baiuv. 10,14 asseres laterculi axes vel quicquid in aedificio -itur. **f** *in aedificatione (con)iungere – im Bau vereinigen, verbinden:* EKKEH. IV. bened. I 28,29 Cornelios licet immundos, Petre, -e mundis *(in imag.; cf. Vulg. act. 10,1sqq.).*

B *latius:* **1** *fabrefacere, fabricare, creare – verfertigen, herstellen, schaffen:* **a** *gener.:* VITA Leod. 2,497 (MGPoet. III p. 37) ara ... fulvo -ta metallo. Ps. ODO CLUN. organistr.[tit.] quomodo organistrum -atur. HONOR. AUGUST. spec. p. 892[B] apis ... nectar ad ... potum et ceram ad lumen -it. CATAL. Weing. (MGScript. XV p. 1313,19) cortinam de serico. *al.* **b** *techn.:* AMALAR. off. 4,3,6 cementum ... -itur calce et sabulo atque aqua. **c** *alch.:* GEBER. invent. 13 p. 724,27 destruere, -ere, corpora emundare. **d** *natur.:* CONSTANT. AFRIC. theor. 4,1 p. 15[a r] differt ... augmentandi et -endi motus. ALBERT. M. anal. pr. 1,9,3 p. 688[b],19 quamvis ... in natura simile -at et non destruat simile. **e** *philos. et theol. de creatione mundi:* GODESC. SAXO carm. 10,1,17 creator aeterne ..., qui ... tam magnam -isti machinam. PETR. DAM. epist. 89 p. 542,20 verbum, per quod -tum est caelum et terra. HERM. CARINTH. essent. 1 p. 116,26 extremam omnia continentem speram. **2** *instruere, parare – bereitmachen, -stellen, rüsten:* **a** *de rebus:* **α** *in univ.:* ADALB. MAGD. chron. a. 961 p. 171,18 rex ... abbatem ad -enda sibi habitacula Romam premisit. **β** *de lectis i. q. (con)sternere – herrichten:* BAUDON. Radeg. 8 (MGMer. II p. 383,6) lectulum ... poenalem sibi -xit *Radegundis*. VITA Liutg. I 32 lectisternium ... ad ... focum -batur. CONSUET. Trev. 118 p. 356,13 lecta. 119 p. 359,5. **γ** *de igne i. q. accendere – anfachen:* VITA Liutg. I 32 ut ... se ... incurvaverit ad -endum f o c u m *clericus* (UFFING. Ida 1,10). CHRON. Mont. Ser. a. 1199 p. 167,25 ignem. **b** *de coetibus hominum (apium: l.65) i. q. coadunare, congregare, colligere – (ver)sammeln, aufstellen:* **α** *gener.:* THEOD. TREV. transl. Celsi 18 processionem festivam ... -xit *archipraesul*. ALBERT. M. animal. 8,180 quarum *(apium)* communicatione quadam -itur et continetur examen. **β** *milit.:* VINC. PRAG. annal. a. 1158 p. 672,17 e x e r c i t u s de Bavarorum militia ... -tus (FUND. Consecr. Petri p. 162,3). *expressius i. q. dirigere – in Schlachtordnung bringen, formieren:* ANNAL. Mett. a. 690 p. 9,9 Theodericus ... exercitum congregat, aciem contra Pippinum -it. *al.* WIDUK. gest. 3,44 p. 125,3 sextam et septimam *legionem* -erunt Suavi. **3** *(ex)colere, laborare, operari –*

[Müller-Glauser]

kultivieren, bestellen, bewirtschaften: **a** *in univ.:* CAPIT. reg. Franc. 33,6 ut beneficium ... imperatoris desertare nemo audeat, propriam suam exinde -ere. 49,4. DIPL. Loth. I. 10 p. 73,33 quattinus res, quas genitor ... ab heremo ... trahens ... -xit, ... proprietario iure concederemus. THIETM. chron. 2,36 in ... saltu, quod ipse *(Boso)* -cxit ac suo nomine vocavit. DIPL. Conr. II. 47 omnem decimationem ... in omnibus locis -tis et -endis ... donamus. *al.* **b** *de vineis, hortis i. q. conserere, complantare – (an)pflanzen:* CHART. Stab. 20 (a. 755) vinea -ta in castro Rigomo (CHART. Rhen. med. I 193. *cf.* III 334 partem terre ad ortum herbarum -endum ... demonstrabo). *cf. p.1645,52.*

II *translate:* **A** *praevalente notione componendi:* **1** *(ordine) conferre, disponere – zusammenstellen, zusammen-, anordnen:* **a** *gener.:* WALAHFR. Wett. 286 sancti Gregorii ... dialogus, quo multa bonis documenta ministris -xit. **b** *philos.:* ALBERT. M. intellect. 2,3 p. 508a,46 sua *(sc. animae)* ars est certa ratione ... omnia -ere faciens in intellectu possibili. **c** *gramm. i. q. (secundum regulas artis grammaticae) conectere, coniungere, (co)ordinare – (nach den Regeln der Grammatik) zusammensetzen, verbinden, 'konstruieren':* MUS. ENCHIR. app. D 7 p. 224 veluti orationis bene -tae effectivae fiunt litterae, ita *eqs.* RATHER. epist. 11 p. 66,1 constat eum -endi fore prorsus ignarum, ... qui *eqs.* OTTO FRISING. chron. praef. p. 4,18 certa lege dictionem dictioni ... -ere iubens *grammatica*. ALBERT. M. phys. 5,1,6 p. 412,42 si -itur in habitudine subiecti, sensus est, quod *eqs.* herm. 1,2,4 p. 388a,14 in grammaticis ... quia de omni oratione -ta ex dictionibus congrue agitur. summ. theol. I 12,50,1 p. 380,24 quaeritur, in qua habitudine ablativi 'spiritu sancto' ... -untur cum hoc verbo 'diligit'. *al.* **2** *(componendo) efficere, (con)fingere, formare – (durch Zusammensetzung) hervorbringen, bilden, gestalten:* **a** *gener.:* FUND. Brunw. 6 p. 128,39 qui *(Otto III.)* ... adeo peritus effulsit in -endo (constituendo *var. l.*) sive dissolvendo flexuoso alearum scemate, ut *eqs. in malam partem i. q. concinnare, conflare – listig bewerkstelligen:* BRUNO MAGD. bell. 92 p. 86,20 miserunt ... iuvenes, ut ... aliquam qualibet arte materiam belli -rent. **b** *mus.:* HERM. AUGIENS. mus. p. 37,3 ypolidius -itur a C in c (*cf.* p. 37,33 frigius. p. 42,26 deuterus). p. 53,1 quae *(diapente species)* ... finalium et superiorum collatione -untur. GUIDO ARET. microl. 7,10 nota has vocum affinitates per diatessaron et diapente -tas: *eqs.* **c** *log. de constitutione ratiocinationis:* ALBERT. M. anal. pr. 1,6,6 p. 645b,23 figuras ... non contingit per aliam viam seu artem -i (*p. 45b,40* συσταθῆναι) seu constitui nisi per sequentia et antecedentia. top. 7,2,3 p. 487a,24 syllogismum.

B *praevalente notione instruendi:* **1** *de rebus:* **a** *administrare, gubernare – verwalten, lenken, leiten:* ACTA reg. Burgund. 9 p. 107,18 (a. 903) quem *(locum)* ipse abbas et sui confratres tenent vel -unt regulariter. RUOTG. Brun. 48 p. 51,9 quod *(monasterium)* ... consilio et providentia sua -it et ordinare non cessat. **b** *praeparare, machinari, moliri – vorbereiten, betreiben, 'organisieren':* REGINO chron. a. 890 p. 135,25 b e l l u m ... communibus viribus -unt *duces Brittonum* (FUND. Consecr. Petri p. 163,16). VITA Pirmin. II 13 p. 43C alii ... Fresonum ... pessima -unt (struunt *var. l.*) molimina *eqs.* LAND. MEDIOL. hist. I 2,20 p. 58,10 multis cum ducibus et episcopis ... colloquium decenter -xit *archiepiscopus*. *c. inf.:* VITA Landel. Laub. 106 fama ... dicit, quid fingere ... -ret presul. **c** *log. i. q. astruere, comprobare, asserere – begründen, verfechten, behaupten* (*opp. fere* destruere): ALBERT. M. anal. pr. 1,5,6 p. 624b,41 -ere (*cf. p. 43a,9* κατασκευάζοντι) particulare ... est facilius quam destruere. 1,6,4 p. 638b,30 -ere ... aliquod p r o b l e m a affirmativum (top. 2,2,6 p. 324a,30. *al.*). top. 1,2,2 p. 254a,16 circa diffinitiones et -endo et destruendo plurima fit attentio laboris *(item absol.:* 8,1,2 p. 493a,36. *al.).* 2,1,5 p. 302b,36sq. -itur ... veritas causa una -ta veritatis eiusdem *(propositionis). ibid. saepe.* **2** *de hominibus i. q. imbuere, informare, implere – ausstatten, versehen mit:* **a** *in univ.:* FORM. Turon. 9 vindedi servo ... sano corpore moribusque bonis -to. HELM. chron. 101 p. 200,8 ut universis videretur -tus virtutibus *comes*. **b** *(spiritualiter) confortare – (im Geiste) stärken:* VITA Liutb. 22 benedictionibus ac doctrina, paterno scilicet more -tam *Liutbirgam* ... discessit *episcopus*. **c** *initiare – einführen, einweihen:* FLOR. LUGD. carm. 29,17 aspice -tam tanta in mysteria plebem. **C** *praevalente notione constituendi:* **1** *de rebus:* **a** *de decretis i. q. statuere, sancire – festsetzen, an-, verordnen:* LEX Sal. Merov. epil. p. 410,3 quid amplius dibiat -struhere, ab LXXXIIII titolus usque ad LX<L>III statuit permanere *Chlotharius*. p. 410,5 convinit, ut <i>sta omnia sicut anteriore -ta starent. **b** *de chartis i. q. conficere – ausfertigen, ausstellen:* CHART. Sangall. A 953 (a. 1260) presens scriptum desuper -tum. *v. et p. 1627,30. adde:* DONIZO Mathild. 2,1188 investituram super aram -it unam *imperator*. **2** *de hominibus i. q. designare, destinare – einsetzen, bestimmen (zu):* DIPL. Otton. I. 1 p. 90,23 sanctimoniales feminae, quae ... a regibus ... ad Dei servitium -tae videntur. 407 p. 554,26 quatinus nullus ... presumat ... aliquod officium *(i. officialem?)* -ere nisi eius *(possessoris)* licentia (*inde* DIPL. Otton. II. 154 p. 174,28). *remissius:* FORM. Bitur. app. 12 omnibus sacerdotibus et omni gradu ecclaesiae cost-ti ... nos ... salutem ... mittere presumpsimus.

adi. **constructus,** -a, -um. *stabilis, solidus – fest, gediegen:* CHART. Hans. 9 p. 7,2 (a. 1127) quia ... huic negocio *(sc. mercatis habendis)* domus firmiores et -iores, sed etiam locus aptior ... videbatur.

construx *v.* costrus.

constudeo, -ere. *simul studere, niti – sich zugleich bemühen, bestreben:* HARIULF. chron. 1,19 p. 31,16 principes ... sancti viri benedictionibus certatim perfrui -bant (contendebant *var. l.*).

constuprator, -oris *m. fornicator, corruptor – Schänder, Wüstling:* RADBERT. Arsen. 2,8 p. 69,15 non illius virtute -is *(sc. Bernhardi comitis)*, sed dolo et fraude pessimę deceptionis. GERHOH. ad Innoc. p. 218,42 de vagis vagarum feminarum -bus. *in alleg.:* GERHOH. aedif. 37 p. 1285B si unicam filiam, commissam videlicet ecclesiam, ... in suum ius recipiat *episcopus*, receptam nunquam illis -bus et incircumcisis reddat *(de clericis irregularibus).*

constupro, -avi, -atum, -are. *script.:* -strup(o): *l. 53.* -struprr(o): *l.61.*

fornicari (cum), corrumpere, vitiare, violare – Unzucht treiben (mit), entehren, schänden: **1** *proprie:* **a** *gener.:* GODESC. SAXO gramm. 2 p. 476,20 *Gyges* perrexit in palatium, -vit reginam, peremit regem, obtinuit regnum. NOTKER. BALB. gest. 1,22 p. 30,8 ad lectum suum vocatam *feminam* lugubriter -vit (stupravit *var. l.*) *episcopus*. HERM. AUGIENS. vit. 1277 dives unam vel duas aut concubinas plurimas -at. BERTH. (?) annal. a. 1078 p. 313,27 mulieres ... ad usque mortem -ando nonnullas oppresserant. MANEG. ad Gebeh. 29 p. 363,14 proprias illum *(Heinricum regem)* duas sorores -asse (-strupa- *var. l.*) ... vera relatione cognovi. EPIST. var. (PL 194,1488A) Susannam sanctam. *al.* **b** *iur. et canon.:* LEX Frision. 9,4 si *ancilla* ... ab alio prius fuerit -ta, solidos III *componat*. HRABAN. paen. ad Herib. 20 (PL 110, 487A) filiolam suam (*inde* REGINO syn. caus. 2,199. DECRET. Burch. 17,26). CAPIT. reg. Franc. 252,40 p. 236,25 de eo, quod quidam u x o r e m alterius vivente eo -vit (252,46 p. 239,30). *adde:* ADAM gest. 4,6 p. 234,1 *Danorum* mulieres, si -tae (-strupra-, stupratae *var. l.*) fuerint, statim venduntur. **2** *in imag. et alleg.:* IULIAN. TOLET. Wamb. 28 -ta tantis sordibus terra. RADBERT. Arsen. 2,15 p. 83,6 dignitatem regiam et ecclesiarum afflictam et deiectam vel -tam. HERM. AUGIENS. vit. 1462 mentem Satan qui flebilem -at u s q u e a d v e r t i c e m *([cf. Vulg. Ier. 2,16]*. HUMB. Sim. 2,32 p. 181, 20). HONOR. AUGUST. offend. 9 illa ... aecclesia pro meretrice reputatur, quae ab hereticis consecrata, immo -ta (stuprata *var. l.*), nulli nisi pro pecunia datur. *al.*

consuaesco *sim. v.* consue-.

***consubdelegatus,** -i *m. collega subdelegati – Mitsubdelegat (de re cf. LThK. ²III. 1959. p. 206sq. s. v. Delega-*

[Müller-Glauser]

tion): CHART. Beron. 174 (a. 1280) sigillo magistri R., mei -i predicti, utor in hac parte.

[consubito *v.* subito.] **consubrina, -us** *v.* consob-.

*?****consubscriptio,** -onis *f.* *subscriptio (adiecta, addita) – (zusätzliche) Unterschrift:* THEGAN. Ludow. 19 p. 594,45 praecepta constituit et anuli sui inpressione cum -e (conscriptione, subscriptione *var. l.*) manu propria roboravit.

***consubstantia,** -ae *f.* *substantia simul exsistens – zugleich existierende Wesenheit:* ANSELM. HAV. dial. 2,3 p. 1169B tres personae *(sc. trinitatis)* recte dicuntur consubstantiales nec tamen recte dicuntur tres -ae.

consubstantialis (-ci-), -e. *script.* -supst-: *l.19.*

I ὁμοούσιος, *unius substantiae exsistens, coessentialis – wesenseins, wesensgleich* (*cf.* PONTIF. Rom.-Germ. 111,1 -e, hoc est unius substantiae): **A** *theol.:* **1** *strictius de Deo (cf. LThK. ²V. 1960. p. 467):* **a** *spectat ad trinitatem eiusque personas:* LIBER diurn. 84 p. 99,12 qui *(filius Dei)* cum sit -is patri atque c o a e t e r n u s (LIUTPR. antap. 2,46 Iesus Christus, c. et -is [-sup- *var. l.*] patri sanctoque spiritui. ALBERT. M. Matth. 4,4 p. 88,68. *al. v. et p. 747,28*). GERB. epist. 180 totam ... in trinitate deitatem coessentialem et -em et coeternalem et coomnipotentem praedico (*[ex Stat. eccl. ant. p. 164,9]. cf.* ORD. coron. imp. 14,14 p. 39,10). ARNO REICHERSB. apol. p. 22,32sqq. naturali et -i sibi amore altissimus usus est, sancto videlicet spiritu, ut sibi naturalis quoque et -is filius Deus homo ... nasceretur. *saepe. v. et p. 1105,15. 1581,38. adde:* VITA Liutg. II 2,38 cui *(Christo)* est cum patre et sancto spiritu gloria coaequalis, essentia -is. **b** *spectat ad duas naturas Christi:* LIBER diurn. 85 p. 107,8sq. predicamus ... Dei verbum ... -em patri secundum deitatem et -em eundem nobis secundum humanitatem *(ex Conc. II 2,2 p. 8,24 ed. Schwartz).* ARNO REICHERSB. apol. p. 44,32 secundus homo *(i. Christus)* ... ex uno patri et spiritui sancto, ex alio vero matri nobisque -is existens. *al.* **2** *latius:* **a** *de angelis:* ARNO REICHERSB. apol. p. 179,36 angeli ... cum inter se omnes -es sint, non tamen omnes sunt Seraphim aut Cherubin. **b** *de hominibus:* ARNO REICHERSB. apol. p. 42,15 factus est homo in altero angelis, in altero bestiis -is (p. 44,29). **B** *natur. et philos.:* **1** *def.:* HUGO HONAUG. hom. 4,1,4 plenam ... et in nullo dissidentem substantiae communionem significat -e *eqs.* 4,2,3 in humanarum elocutionum usu et consuetudine -e non est nisi plurium illorumque secundum substantiae similitudinem notat consortium. *ibid. al.* **2** *exempla:* GERHOH. glor. 8,5 p. 1100B quomodo in naturalibus quilibet patri suo -is est. 11,3 p. 1110B naturale est omnibus gignentibus gignere sui generis prolem sibi connaturalem et -em. ARNO REICHERSB. apol. p. 179,29 omnes homines sibi inter se -es cum sint. HUGO HONAUG. hom. 4,1,2 dicitur tantum corpus corpori, animal animali, lapis lapidi -is. *al. adde:* ALBERT. M. eth. II 1,6,16 p. 103b,26 maxime ... in operatione, quae felicitas est, -is et concepta est delectatio et non adiuncta, quia ipsa ... est per se ... delectabilis. *cf. p. 1650,29.*

II *simul, pariter substantialis – (zu)gleich substantiell, gleichermaßen zur Substanz gehörend:* HUGO HONAUG. div. 24,2 quod consortium *(sc. essentiae et potentiae Dei)* in substantialitatis ratione notat illud 'con', cum dicit '-e' *(cf. Aug. in euang. Ioh. 20,4).* 24,3 homini -e est spiritualitas et corporalitas. *ibid.:* cum dicitur de eis *(sc. de essentia et potestate),* quod sint Deo -ia, comparatio tantum est in nominum diversitate. 31,2 quodlibet istorum *(sc. sapientia, bonitas, divinitas)* est esse, quia -ia Deo.

adv. **consubstantialiter.** *per unitatem substantiae – in der Einheit der Substanz:* ELIS. SCHON. vis. 2,18 p. 48,17 vidisti in visione tua ... tres personas in una essentia -r et compotentialiter.

consubstantialitas, -atis *f.* **1** ὁμοουσιότης, *unitas, identitas substantiae – Wesenseinheit, -gleichheit:* **a** *theol.:* **α** *spectat ad trinitatem:* WALAHFR. exord. 27 p. 511,16 quia heretici quidam ... ea *(trina mersione)* usi sint ad -em sanctae trinitatis negandam. RUP. TUIT. trin. 38,18 l. 831 dicebat *Arius* in fide -is non esse consentiendum *(cf. Cassiod. hist. 2,9,3).* GERHOH. Sim. p. 247,39 patrum sententiam ... de patris et filii -e in uno spiritu prolatam. psalm. 35,13 p. 468,7 inter Deum genitorem et Deum genitum ac de utroque Deum procedentem -s notatur. HUGO HONAUG. hom. 2,77,1 unitas ... divinae substantiae ... est ... essentiae plenitudine perfecta, ... -is veritate non cohaerens, sed existens. *al.* ALBERT. M. miss. 2,9,2 p. 62a,2 oportet, quod inter generantem *(Deum)* et genitum -s esse credatur. *al.* **β** *spectat ad cognationem substantiae angelorum et Dei:* ALBERT. M. Matth. 18,10 p. 479,41 'semper vident' *angeli* ... 'faciem ... patris ... mei' per -em, quia substantiam vident. **b** *natur. et philos.:* GERHOH. glor. 11,3 p. 1110C quod ... de asino et equa nascitur mulus ..., abusio est naturae, servata tamen hic generis -e, non naturae identitate. HUGO HONAUG. div. 24,6 in naturalibus sicut -s est diversorum subsistentium, ita est secundum diversas causas. hom. 4,1,2 ad instar ... similitudinis et aequalitatis -s semper est diversorum subsistentium secundum diversas numero subsistentias. ALBERT. M. sent. 1,3,22 p. 123a, 23 quoad ... -em et aequalitatem verius est imago in anima, quando meminit ... se, quam quando meminit ... Deum, qui non coaequatur ei. **2** *communio substantiarum – Wesensverbindung, -gemeinschaft:* ALBERT. M. metaph. 8,2,5 p. 407,1 'alii' ... causam unitatis corporis ... et animae ... dicunt esse '-em' (*p. 1045b,9* συνουσίαν) quandam, ita quod substantia una composita sit per mixtionem duarum substantiarum diversarum (p. 407,26).

consubstantiatus, -a, -um. *consubstantialis – wesensgleich:* ALBERT. M. eth. II 1,6,16 p. 104b,7 haec tria *(sc. pulcherrimum, optimum, delectabilissimum)* existent -a et concepta in optimis operationibus. *cf. p.1649,51.*

***consubstantio,** -are. **1** *act. i. q. consubstantialem praedicare – als wesensgleich bekennen:* ARNO REICHERSB. apol. p. 119,30 utrique parenti in fide et professione mea eum *(Christum)* -bo. **2** *medial. i. q. consubstantialem esse – wesensgleich sein:* ARNO REICHERSB. apol. p. 72,34 si naturalis est ei *(patri)* filius ... Iesus in eo, quod homo est, in eodem quoque -ari necesse est *eqs. (item de doctrina Folmari:* p. 179,24 sic ... loqui et scribere soles: non coaequatur Christus patri in gloria, nisi in quo et -atur *eqs. al.).* p. 180,9 palam est homines per omnia non -ari angelis. *ibid. al.*

consubstantivus, -a, -um. *consubstantialis – wesensgleich:* BARDO serm. p. 331,68 in qua *(unitate)* Dei verbum ... soli omnia facienti -um et coaeternum apud eundem idem est.

*?****consubtus** *adv.* *subtus, infra – unten:* AGNELL. lib. pont. 124 humu submersus est, in ardica beati Apolenaris -s (consumptus *ci. Antony. cf. p.1671,31*) iacet *Theodorus archiepiscopus.* *Müller-Glauser*

***consuebilis,** -e. *consuetudine acquisitus, consuetudinarius – durch Gewohnheit erworben, gewohnheitsmäßig:* ALBERT. M. eth. II 7,1,14 p. 498b,34 in modum ... naturae movet -is habitus, ut dicit Tullius *(cf. p.1652,27).*

consuefio, -factus sum, -fieri. (*cf. ThLL. s. v.* consuefacio) *assuefieri, exercendo discere – sich gewöhnen, vertraut werden:* RUODLIEB XI (IX) 5 sic -te sunt *aves* post modicum cito cuncte.

consueo, -ere. *solere – gewohnt sein:* WILH. RUBRUQU. itin. 32,11 quod descenderemus cum aliis nunciis, et non ante curiam, ubi -bamus.

***consuescibilis,** -e. *consuetudine acquisitus, consuetudinarius – durch Gewohnheit erworben, gewohnheitsmäßig:* ALBERT. M. summ. creat. II 1,70,2 p. 578b,12 eligentia causa est virtutis -is. eth. II 1,1,6 p. 14b,33 ex frequentibus ... operationibus virtus -is in anima generatur.

consuesco, -evi, -etum, -ere. *script.:* -swe-: *p.1651,40. 1652,4.* -suae-: CHRON. Fred. 3,88. *form. perf.* -suistis: FORM. Flav. 117f. *rhythm.* -ue- *disyllab.: p.1651,38.45.*

1 *assuescere – sich gewöhnen (an), sich zur Gewohnheit machen (usu perf. plerumque sensu praes. i. q. solere – gewohnt sein, pflegen; partic. perf. i. q. solitus – gewohnt; usu subst.: p.1651,6):* **a** *spectat ad res:* **α** *in univ.:* LEG. Wisig. 8,4,25 per quam *(viam)* ad civitatem ... ire -vimus. EINH.

[Dinter]

Karol. 2 p. 4,13 qui honor non aliis a populo dari -verat quam *eqs.* CARM. Sangall. I 1,9 nec . . . haedi . . . cursare per herbam -ti fuerant. NOTKER. BALB. notat. 17 exameron Ambrosii . . . pro ludo relegere -as. EGBERT. fec. rat. 1,1428 -tus vivere raptis . . . lupus. 2,183 cui *(sc. diabolo)* semper -ta malis innata voluntas. URSO med. 301 -tos oportet ad -ta transmittere. WALTH. AGIL. med. 2 p. 87,3 oportet, ut -at vomere ante cibum multocies. ALBERT. M. metaph. 2,11 p. 102,50 'ut -vimus' (*p. 995a,1* εἰώθαμεν) audire, 'ita *eqs.*' *persaepe. c. acc.:* ALCUIN. carm. 62,29 qui bona dissuescit, mox hic -it iniqua. **β** *impers.* -tum est *c. inf. i. q. solet – es pflegt:* STATUT. ord. Teut. p. 36,18 cum . . . in aliis ordinibus pluries sit -tum *communicari.* CHART. Eichsf. 439 que geruntur in tempore, . . . -tum est . . . scripturarum testimonio perhennari. CHART. Raitenh. 367 p. 295,23 quatenus . . . fiat memoria mei . . . , sicut pro monacho fieri est -tum. *al.* **b** *spectat ad homines i. q. familiariter uti, conversari – (vertrauten) Umgang haben:* RICHER. REM. hist. 2,59 p. 226,7 Salernitano *medico* -bat *episcopus*. 3,16 qui *(fautores)* duci -bant. EGBERT. fec. rat. 2,523 hic *(Moyses)* . . . sermone Dei -tus et ore. *de concubitu*: DIPL. Conr. II. 285 p. 400,30 (spur. a. 1084/88) Gozelo . . . -verat cum nepte eius *(ducis).* **2** *solere – pflegen:* YSENGRIMUS 5,279 -unt multos offendere multi. **3** *assuefacere – vertraut machen:* WANDALB. mens. 314 porcorum . . . greges silvis -ere faetis. *c. gen. obi.:* EPIST. Hann. 4 insignis vestra vestrum me -vit . . . benevolentia.

adi. **consuetus,** -a, -um. **1** *solitus – gewohnt:* **a** *strictius:* WETT. Gall. 12 p. 263,25 forte Dominus -am misericordiam suam nobis ostendet. GERH. AUGUST. Udalr. 1,6 l. 92 ut postmodum -a vitia omitterent. WALTH. SPIR. Christoph. II 2,224 hanc virgam . . . frondere . . . -a largire manu. BERTH. (?) annal. a. 1075 p. 281,11 si in errore -o . . . perduraret. HUGO FLAV. chron. 2 p. 434,53 pessime consuetudinis et -ae nequitiae . . . fetore fideles gravantur. *al.* **b** *latius i. q. usitatus, consuetudinarius – gewöhnlich, üblich, gebräuchlich:* CONC. Merov. p. 221,5 ut . . . monachi ab abbate victum et vestitum -um accipiant. BEDA hist. eccl. 3,9 p. 146,6 -o equorum more . . . virecta . . . carpere coepit. RHYTHM. 113,36,2 -a regula . . . demonstratur *eqs.* CONSUET. Marb. 176 cum precibus et orationibus -is (-swetis *W*). CONST. imp. II 196,17 si renuerint, cogantur a iudice iure debito et -o. CHART. Eichsf. 456 pro X marcis argenti in Hosterroth -i *eqs. persaepe.* **2** *(consuetudine) exercitatus – (durch Gewohnheit) geübt:* CARM. de Herm. 7,2 (MGPoet. II p. 136) mortis praedam conprehendit -is umeris *nutrix.*

subst. **1. consuetus,** -i *m. familiaris – Vertrauter:* ALBERT. M. eth. I 329 p. 282,1 'ad notos et ignotos et -os (*p. 1126b,25* συνήθεις) et inconsuetos' . . . se habebit secundum quod decet. p. 282,3 '-os et extraneos'. II 4,3,1 p. 316b,13sqq.

2. consueta, -ae *f.* **1** *consuetudo (monastica) – (klösterliche) Gewohnheit:* LIBER tram. 184 p. 255,23 nisi quod -a fuerit monasterii. **2** *ius ex usu factum – (auf Gewohnheit beruhender Rechts-)Anspruch:* CHART. Argent. I 414 p. 312,11 (a. 1257) ut . . . prepositus . . . ius advocatie . . . necnon pullos et anseres . . . dari -as habeat.

3. consuetum, -i *n.* **1** *gener. i. quod usitatum, solitum est – das Gewohnte, Übliche:* ANNAL. Xant. a. 842 stella . . . maiorem -o radium . . . habens (*item c. compar.:* TRANSL. Annon. 9 p. 18,3 -o plures). ALBERT. M. animal. quaest. 9, 24 p. 213,65 -a placent. *v. et l.6. expressius i. q. consuetudo – Gewohnheit:* BRUNO QUERF. fratr. 7 p. 44,12 extra preeuntium regum -a. **2** *publ. et iur. i. quod (lege et consuetudine) exigitur, tributum – das (nach Gewohnheitsrecht) Eingeforderte, Abgabe:* LEG. Wisig. 10,1,19 quodcumque de promisso vel -o (consuetudine *var. l.*) debet, rei domino in duplum exolvat *acceptor eqs.* CHART. Eberb. 431 p. 210,2 (a. 1274) *milites* nichil iuris habere nec aliquid posse requirere praeter censum et -um. CONST. imp. III 144,9 solutis . . . theloneis et tributis et -is.

adv. **consuete, *consueto.** *solito more, ex consuetudine – gewohnheitsmäßig, der Gewohnheit entsprechend:* **1** *strictius:* ANNAL. Xant. a. 849 gentilitas . . . -o . . . christianitatem nocuit. FORM. Sangall. II 32 ut omnes . . . clerici . . . alimentis . . . -e uterentur. HROTSV. Agn. 138 comperit . . . Agnen esse suum sponsum -o dicere Christum. CHRON. Reinh. a. 1189 p. 543,41 imperator -swete progrediens in fortitudine virtutis. *al.* **2** *latius i. q. vulgo, communiter – (für) gewöhnlich, im allgemeinen:* BEDA temp. rat. 36,10 qui *(lunaris annus secundus)* -e mensis appellatur. HUCBALD. harm. inst. p. 107a,13 ut fit . . . in eo, quod -e organizationem vocant (*sim.* BERNO ton. prol. 3 p. 65a,2). METELL. buc. 7,27 multus -e plaustro fit sermo cadente. *al. v. et vol. I. p. 652,6. vergit in sensum q. e. decenter, apte – gebührend, in angemessener Weise:* COD. Karol. 76 p. 607,23 redemptorem mundi -e referuimus grates. EPIST. var. II suppl. I p. 615,27 sensus . . . ad sua ministeria implens -ius anima dicitur.

II *in se tenere, amplecti, complecti, includere – (in sich) enthalten, umfassen, ein-, umschließen, beinhalten:* **A** *strictius:* **1** *gener.:* **a** *de loco, corpore:* **α** *in univ.:* CAND. FULD. Eigil. II 15,17 quae *(crypta)* -et aram. ENGELM. carm. 3,38 (MGPoet. III p. 63) cuncti, latus quos -et orbis. DIPL. Otton. I. 116 ad sanctam crucem, in qua sanguis Domini Iesu Christi -etur. EBERW. Magner. 5 usque quo spiritus in hos artus -tus fuerit, numquam te derelinquam. THIETM. chron. 3,1 p. 98,11 quicquid Merseburgiensis murus -et urbis. CHART. Mog. A I 501 p. 403,35 calicem aureum triginta tres marcas -entes (-entem *var. l.*) accepimus. OTTO FRISING. chron. 6,30 p. 294,11 quod ... Celtica *(sc. Gallia)* in Belgica -atur, Orosius velle videtur *(cf. Oros. hist. 1,2,63).* CHART. Mog. A II 712 (spur.) unusquisque eorum, qui in nostra diocesi -entur. *saepe. in imag. et alleg.:* CARM. Paul. Diac. app. II 55,5,4 alvus *(sc. Virginis)* ... saecula -ens. HRABAN. carm. 16,55sq. -et haec *(sc. arca Dei)* tabulas ..., cum Christo binas -et haec *(sc. Ecclesia)* tabulas. LIBER de unit. eccl. 1,12 p. 202,28 Hierusalem ... -et in fundamento lapidem summum angularem ..., hoc est Christum. *al.* **β** *fovere – (schützend) bergen (in imag.):* OTTO FRISING. chron. 1,10 p. 49,7 ut ... utrosque uno sinu populos ... -tura fore monstraretur ęcclesia. gest. 2,13 p. 115,3 quae *(sc. colonia)* modo Tuscia vocatur, eo quod Apennino inclusa urbem quoque ipsam in sinu suo -at, interior Italia iure dicta est. *accedente notione cupiendi:* CHART. Westph. V 702 p. 332,25 (epist. papae a. 1275) de ... ecclesie Monasteriensis ordinatione tanto sollicicius cogitantes, quanto ipsam ... in Christi visceribus -emus *(cf. Vulg. Phil. 1,8).* **γ** *contegere – verhüllen:* FRID. II. IMP. art. ven. 2 p. 236,25 capellum ... ad -endum caput ipsorum *(falconum)* usque ad collum. **δ** *capere – fassen:* DIPL. Merov. III A 3 p. 119,40 (spur.) cognoscens loci angustias tantam fidelium ... multitudinem -ere non posse ... statui *eqs.* **ε** *terminare – begrenzen:* VITA Magni Fauc. I 22 p. 168,13 sicuti marcha -etur. DIPL. Ludow. Germ. 66 p. 91,38 infra hos terminos ... marcham -eri. **ζ** *inveniri, (ad)esse – sich (be)finden, (vorhanden) sein (fere usu medial.; refl.: l.32, intrans.: l.23):* FORM. Senon. I 25 quicquid in domo rationabiliter -tenit. EIGIL Sturm. 21 regula praefatur, ut artes diversae infra coenobium -rentur. DIPL. Frid. I. 998 p. 288,35 predium Owe, super quod -etur ecclesia. STATUT. ord. Teut. p. 24,12 visio nos ammonet quosdam in ecclesia militante debere -eri milites. *al. de territoriis i. q. situm esse, iacere – liegen:* DIPL. Merov. I 2 p. 5,4 (spur.?) omnia ..., quae infra istis terminis -entur. ANNAL. Mett. a. 754 p. 48,3 Ravennam ... et Cecanum et quicquid in illis partibus -batur. DIPL. Otton. III. 53 p. 457,11 terram ... se sub terminis -entem. **b** *de tempore:* LEG. Wisig. 3,1,4 p. 126,5 non amplius quam duorum annorum tempus prolongatio -bit. ALDH. ad Acirc. 119 p. 164,1 totidem tempora arsis sibi usurpat, quot in thesi -entur. IOH. GARL. mus. mens. add. 1,9 recta brevis est, quae unum tempus -et. **c** *de scriptis (cf. p. 1724,32sqq.; absol.: l.54.66sqq., depon.: l.61.67, intrans. sensu pass.: passim, e. g. l.41.44.50):* **α** *in univ.:* FORM. Andec. 41 p. 18,24 iuxta ut superios -tenitur depectum. DIPL. Merov. I 35 p. 33,25 exceptio ... -tenibat, ut *eqs.* LIBER diurn. 83 p. 93,9 professionem meam, ut supra -et. BONIF. epist. 33 p. 57,10 qua *(epistula)* -etur *(sic)* ... interrogationes Augustini pontificis. DIPL. Otton. I. 399 p. 543,36 de ipsa re, que in ista cartula -et. DIPL. Otton. III. 122 p. 534,20 praecepta ..., in quibus scriptum -etur, qualiter *eqs.* ALFAN. premn. phys. 2,117 p. 51 divinorum verborum doctrina ... -ens, quod verum est. DIPL. Conr. II. 112 p. 156,33 (spur.) nomina, quę cartulę in se -ent scripta. PETR. CAS. (?) chron. 4,34 p. 500,10 quod *(praeceptum)* ... lucide satis et aperte -bat, qualiter *eqs.* EPIST. Hildeg. 176 in eis *(sc. litteris deperditis)* -entia iterum replicabo. CHART. Beron. 59 testes super -tis in libello. *persaepe.* **β** *c. sensu agendi, tractandi:* HRABAN. epist. 3 p. 385,32 quorum *(librorum)* primus de ęcclesiasticis ordinibus ... -et. AGIUS comput. 8tit. de pagina octava, in qua magnus ciclus pasche -etur. *al.* **γ** *c. sensu referendi, narrandi:* EPIST. var. III 16 in hoc libello -etur, qualiter *eqs.* REGINO chron. a. 655 p. 37,4 mille quingenti tantum ex Francis ceciderunt, ut in epistola ... missa ... de eadem victoria -etur. CATAL. biblioth. A I 3 p. 18,30 lectionarium ... de sanctis -tinuente *(v. adn. ed.). al.* **δ** *c. sensu notum faciendi, (ad)nuntiandi:* COD. Karol. 51 p. 572,7 -batur series vestrae excellentiae, quod *eqs.* WETT. Gall. 15 missa est ... sacerdoti epistola, in qua -batur adesse eum *(episcopum)* ... in villa nuncupata Iburninga. BERTH. (?) annal. a. 1076 p. 282,33 litteras ... inoboedientiam -entes ... ad Romanam synodum dirigebant *principes. al.* **ε** *c. sensu praecipiendi:* LEX Ribv. 32 sicut lex -tenet (LEX Alam. 3,1 [rec. B] s. l. -etur. FORM. Senon. I 45 s. l. Salica -tenit. *al. cf.* LEX Sal. Pipp. 86,3 in quo l. Salica -et). DIPL. Ludow. Germ. 66 p. 92,24 ut in lege -etur. EPIST. Bonif. 87 p. 198,23 (epist. papae) sacerdotes ordinantur, quemadmodum in lege Domini -et. **ζ** *c. sensu subscribendi:* CHART. Sangall. A 6 (a. 731/42) eorum ig

[Poiss/Antony]

s i g n a c u l a -tinuntur: *eqs.* (566 quorum *[praesentium]* hic s. -tenuntur). **η** *c. sensu nominandi, commemorandi:* DHUODA 3,4,18 quid dicam ... de Ioab Abnerque ... et multi alii in scripturis -entes sacris seniorum iussa fideliter obtemperantes? TRAD. Frising. 1693[b] testes sunt de nobilibus: *eqs.*; de stirpe mulieris -entur ... Chuenza, Richilt *eqs.* **ϑ** *c. sensu apparendi:* CHART. Turic. add. 1402[e] (a. 1269) ut dixerunt -eri ex instrumento scripto manu ... notarii. **d** *de imaginibus pictis:* EINH. Karol. 33 p. 40,19 quae *(mensa)* forma quadrangula descriptionem urbis Constantinopolitanae -et. AGNELL. lib. pont. 80 p. 332,2 endothim (*i.* ἐνδύτην) ... aculis factam, omnem salvatoris nostri historiam cuntinentem. DIPL. Conr. II. 58 p. 70,6 sigilli ... nostrę <im>aginis figuram -entis. **e** *de coetibus vel rebus complexis:* ALDH. ad Acirc. 3 p. 73,5 qui *(aethralis taurus)* zodiaco circulo inter XII signa -etur. *in imag.:* THEODULF. (?) carm. 75,72 *domus* multiplices aedes -et una sinu. RAHEW. (?) dial. p. 529,29 omnes, quos sub unius regimine pastoris unus grex -et. **2** *publ. et iur.:* CHART. Fuld. B 42 p. 73,31 (a. 765) dupla pecunia, quantum ista res in se -teneat. CHART. Rhen. med. I 13 p. 17,5 aliud tantum, quantum presens d o n a c i o ... in se -et (COD. Lauresh. 12 p. 290,48. *al.*). TRAD. Frising. 652 inter illos *(mansos)* -entur mancipia X. DIPL. Otton. II. 234 p. 263, 20 curtes ... -entes ... XXX mansos cum mancipiis. DIPL. Conr. II. 132 ut nemo ... habeat potestatem venandi ... aut ... feras decipiendi, que merito sub iure banni -entur. CHART. Port. 91 p. 118,11 quod predicta bona ... diligenter mensurari vellemus, ne forte amplius, quam predictum est, -rent. CHART. Pruss. I 56 p. 42,18 (dipl. Frid. II.) terra ipsa sub monarchia imperii est -ta. *al.* **3** *theol. (de Deo notionibus sustinendi, regendi, possidendi conflatis):* TIT. metr. I 11,1 -et ista manus mundum, prosternit elatos. ANGILB. carm. 42,7 (MG Poet. I p. 75) omnipotens, cunctum qui -et orbem (*sim.* EPIST. var. II 3). EINH. (?) Marc. et Petr. 8 Deum ..., qui caelum terramque sua -et in dextera. MANEG. c. Wolf. 21 p. 91,1 Spiritu omnia -ente. *al.* **4** *philos. et alch.:* HERM. CARINTH. essent. 2 p. 158,12 circumscriptibilem ... substantiam dicimus omne corpus aut rem infra determinabile spatium -tam. ROSIN. ad Euth. 2 p. 285,5sq. quid est pulvis? -ens et -tum; et quid est -tum? ... lapis, qui non est lapis. ALBERT. M. phys. 4,1,9[capit.] locus ... est ... terminus et superficies -entis corporis. 4,1,9 p. 217,9 'extrema' ... '-entis' corporis 'et -ti' (*p. 211[b],12* τοῦ περιέχοντος καὶ τοῦ περιεχομένου). fat. 1 p. 65,43 superiora informant, -ent et movent inferiora. *al.* **5** *natur. et anat.:* LEX Frision. 22,7 membranam, qua cerebrum -etur. URSO element. 6 p. 206,28 humores ... in extremitatibus ... -tos. MAURUS progn. 24 p. 37[b],53 laudat *Hippocrates* bonam urinam per bonam ypostasim, profert diffinitionem -entis ex -to. FRID. II. IMP. art. ven. 1 p. 91,9 forma ... lingue sequitur ... formam rostri ut -tum -entis. ALBERT. M. animal. 1,114 diversitas ... ossium est tum propter ipsum os tum propter -tum in osse. THEOD. CERV. chirurg. 3,42 p. 171[B] incide illas carnes, quę -entur infra spacum. *al.* **6** *math., geom., mus.:* MUS. ENCHIR. 10,25 octavi ad octavum fit consonantia duas superiores in suo sistemate -ens. 16,19. ANON. geom. I 4,24 in pentagono ..., qui aequalibus -etur lateribus. GERB. geom. 3,2 digitus est minima ... mensura, -ens quatuor hordei grana. 6,5 p. 91,13 invento numero, qui basim et cathetum confuse -bat. RADOLF. epist. 1 p. 515,14 angulus rectus, qui sub duabus lineis -etur equalibus. Ps. BOETH. geom. 28 circulus ... est figura quaedam plana et circumducta et sub una linea -ta (ALBERT. M. phys. 1,1,1 p. 2,5. *ex Eucl. 1 def. 15, ed. I. L. Heiberg. p. 4* περιεχόμενον). ALBERT. M. metaph. 5,3,8 p. 268,66sqq. '-ens' (*p. 1021[a],4* τὸ ... ὑπερέχον) ... numerus dicitur 'ad -tum' (*ibid.* τὸ ὑπερεχόμενον) in hoc, quod 'est' totum -tum 'et amplius'. *saepe. adde:* HUMB. Sim. 2,44 p. 193,26 qui *(Iesus)* non frustra eo numero *(sc. octonario)* significatur, quo senarius et septenarius -etur. **7** *gramm. et log.:* **a** *de metonymia:* CONR. HIRS. dial. 864 tropice ... haec accipienda sunt, ubi ponitur -ens pro eo, quod -etur, id est fides pro fideli *eqs.* GERHOH. novit. 4,11 figurativa locutione, qua -ens pro -to vel pro -to -ens nominamus. EBERH. ALEM. labor. 399sq. sumo pro re, quae -et, ipsam -tam. *al.* **b** *de ratione logica secundum schemata definiendi:* LIBER de unit. eccl. 1,14 omnes virtutum species uno iustitiae -entur nomine. ALBERT. M. animal. 1,100 nullum animal -tum sub hoc genere habet sanguinem. *v. et p. 1718, 5. cf. p. 1725, 32.* **B** *latius:* **1** *comprehendere – (geistig) auf-, erfassen:* RUP. TUIT. vict. 6,12 p. 195,19 quomodo ... anima stulti *(sc. Nabuchodonosor; spectat ad Vulg. Dan. 3,32)* ... -ere posset rem tanti sacramenti, quam viderat? **2** *significando complecti, significare – bezeichnen, bedeuten (depon.: l. 15):* **a** *in univ.:* HRABAN. carm. 17,21 nomen posco tuum *(sc. 'Friduricum')*, videas, quid -et ipsum ... : 'ulciscere pactum'. SMAR. carm. 1,7,7 -et hic *(sc. casus rectus)* propria *eqs.* DHUODA 2,1,42 naturaliter horum *(sc. personarum Trinitatis)* nomen -etur trinum, qui dicitur Deus. RANGER. carm. 798 sermo poscit Ebreus, ut, quando geminat, omnia -at *(spectat ad Vulg. psalm. 132,2).* **b** *de significatione figurativa, typica:* THEODULF. carm. 17,105 Noe specimen rectorum -et almus. AMALAR. off. 3,1,6 quod *(sc. crucis)* ... lignum a superioribus -etur, quia dominica crux a prophetis et antiquis patribus -etur. MANEG. c. Wolf. 12 p. 69,17 David lapsum ... magnum gratię revelande preconium -ere. *al.*

III *retinere – fest-, zurückhalten:* **A** *strictius:* **1** *c. sensu attinendi:* WETT. Gall. 15 *Fridiburga* volutans in terra spumabat nec eam -ere nisi quattuor poterant. ALFAN. premn. phys. 1,14 p. 8 trahit ad se atque -et (*PG 40,508[C]* κατέχειν) ferrum *lapis magnetes. adde:* LEX Alam. 6,1 (rec. B) licet unicuique, qualem sacramentalem unum secum habere vult, in suo sacramento -ere. **2** *c. sensu prohibendi:* BEDA hist. eccl. 2,9 p. 98,27 laboravit *episcopus* ..., ut et eos, qui secum venerant, ne a fide deficerent, ... -ret. ARBEO Emm. 12 p. 44,13 pater ... ita a suis vix -tus, ut proprias in eam *(filiam)* non inmitteretur manus. **3** *c. sensu detinendi:* LEX Alam. 3,2 presbyter ... aput se illum *(servum fugitivum)* -teneat et curam de illo habeat, ut *eqs.* ARBEO Corb. 21 p. 212,25 quamdiu -tus pontifex ... a rege valefactus amissus est. 23 ibi ... nolens quamdiu coactus -tus (detentus VITA Corb.) est. *al.* **4** *c. sensu accipiendo in se retinendi:* WANDALB. mens. 73 plantas ... fecunda ex arbore lectas arboris alterius natus de germine cortex accipit inque sinu ... -et. TRACT. de caus. mul. 68 si ... venter dolet et non -tenit sperma *(sc. mulier).* **5** *c. sensu coercendi:* SCHOL. enchir. 1,394 infra scandendi legem vocem -ere. **6** *c. sensu inhibendi, compescendi:* **a** *gener.:* BERTH. (?) annal. a. 1077 p. 304,49 iuvenilem in se ardorem ... viriliter -uit *praefectus urbis.* RATHER. Metr. 10, 414 triumphantius te ... gaudemus ipso ipsius casu devictum, quam si ab ipso ... -uisses ... m a n u m (RUD. TRUD. gest. 2,4 p. 237,25. *al. cf.* HELM. chron. 103 p. 202,23 manus principum formido cesaris -uit). ARNULF. SAG. invect. praef. p. 85,27 stilum ... -ere non potui. 1 p. 90,3 ter vocem in media narratione -uit. RAHEW. gest. 4,56 p. 293,9 qui *(Fridericus)* ubi impetum insanientium -ere non poterat ..., placuit in contumaces ... severitatem exercere. *al.* **b** *philos.:* TURBA phil. 1 p. 109,21 doceo ... vos stellas esse igneas et aera ipsas -ere. **c** *medic.:* LEX Alam. 57,12 si ... subterior *(palpebra)* maculata fuerit, ut lacrime -ere non possit. 16 muccus. 19 salivam. RECEPT. Sangall. II 71 ad eos, qui urinam non -ent. *al.* **B** *latius:* **1** *abstinere, temperare – sich enthalten (usu refl. et intrans.):* **a** *gener.:* DIPL. Merov. III A 30 p. 148,11 (spur.) ut quisquis fidelis ... ab ecclesiarum Dei vastatione se -at. RIMB. Anscar. 42 p. 77,7 se ... a fletu -ere. VITA Heinr. IV. 1 p. 9,16 non possum me -ere, quin lugeam. GESTA Lob. 27 p. 332,49 non aliter huic periculo *(sc. moli debitorum)* succurrendum estimavit *abbas*, nisi et ipse a susceptione hostium ... -ret (consentiret *ed., vix recte*). CONST. imp. II 10,3 ipse *(dux)* tanto labori ... se subtrahens ab incepto negotio -uit (-muit *cod.*). *al.* **b** *philos.:* ALBERT. M. bon. 210 p. 128, 63sq. non sequitur, quod -ere ab omnibus sit magis quam temperare, quia -ere ab omnibus est vitii, quod est insensibilitas. 221 p. 134,14sq. actum -endi et dispositionem ad -endum. **c** *eccl.:* HRABAN. epist. 29 p. 447,33 si se uxoratus -ere non vult, Deo satisfaciat. GODESC. SAXO theol. 19 p. 263,13 -bant

[Poiss/Antony]

se a coitu dominicis noctibus ac diebus. *al. spectat ad matrimonium ineundum:* Hraban. epist. 31 p. 458,23 si quis voluerit se -ere usque ad quintam et sextam vel etiam septimam generationem. **2** *(con)servare – (auf)bewahren, behalten:* **a** *corpor.:* **α** *in univ.:* Dipl. Merov. I 3 p. 6,19 (spur.?) quorum *(sanctorum)* inibi *(sc. in ecclesia Parisiaca)* pignorum -entur. Agius epic. Hath. 308 corpus *(sc. Iohannis baptistae)* Sebaste, caput Alexandria ... -et. Antidot. Bamb. 45 hec omnia ... bene conmisces et sic -e (cum bene *ed., sed cf. Frg. Ps. Apul. herb. p. 221,27* -e) diligenter in buxide. Chart. eccl. Erf. 144 p. 78,33 proposuit *praepositus*, quod de -tis in gazophilatio, que ... ad officium custodie pertinere dicuntur, disponerent *monachi. al. remissius c. sensu non perdendi:* Mappae Clavic. 146 p. 216,34 cum limaveris et batis illud *(aeramen)*, -et colorem. **β** *reponere – hinterlegen:* Trad. Ratisb. 97 (a. 882/85) placuit duas cartulas pari tenore conscriptas utrimque -ere (104). **b** *spirit.:* **α** *in univ.:* Leg. Wisig. 12,2,4 nullus *(Iudaeus)* spem quandoque profanationis iterande -at. Lup. Ferr. epist. 15 non eram nescius te id animo -ere, quod litteris expressisti. Thietm. chron. 3,3 si fideliter hoc *(sc. secretum)* -ere mihi promittis *eqs.* **β** *observare – wahren, einhalten, sich richten (nach):* Vita Leod. prol. 34 (MGPoet. III p. 6) si tempus non propria -et atque loca *scansio metri.* Trad. Teg. 291 omnis sexus et etas, qui huius seculi -et metas.

IV *sustinere, sustentare, in suo statu tenere – aufrecht (er)halten:* **A** *strictius:* Hrotsv. Mar. 553 -e subiecto tantum te rite iumento. Ruodlieb XVI 10 iuvenescebam ..., -o melius et me modo quam mea sit v<is>. **B** *latius:* **1** *integrum servare – instandhalten:* Hetti epist. 2 scrutemini ..., si officinae ... constructe adque innovate -antur. Dipl. Karoli III. 84 p. 136,12 ut ... prȩberemus adiutorium ad ... ecclesiam -endum. **2** *alere, nutrire – ernähren, (nährend) erhalten (loci spectant ad Greg. M. past. 3,20 p. 83C):* Gloss. II 191,47 St.-S. -eri gineritуverd. 224,21 -eri calapot uuesan.

V *tenere, habere – halten, haben:* **A** *strictius:* **1** *proprie:* **a** *in univ.:* Carm. Paul. Diac. app. II 47,3 o ... virgo, ... posce Deum natumque, piis quem -es ulnis *eqs.* **b** *tangere – berühren, anfassen:* Leg. Wisig. 12,3,15 quod *(altarium)* manibus meis -o vel contingo *(sc. in actione iurandi).* **c** *clausum tenere, comprimere – (sich) zuhalten:* Tract. de caus. mul. 67 si naris -tenit, ut non sternutit. Wenr. epist. 9 ad huius ... rei auditum -ent aures suas, ... oculos summittunt *(cf. Vulg. act. 7,56).* **2** *translate:* **a** *in univ.:* Aldh. ad Acirc. 120 p. 166,15 tempus participii praeteritum triplicem -et regulam *eqs.* Walahfr. Wett. 882 cuius *(magistri)* ob auxilium praesens me -et aetas. Dipl. Otton. I. 35 quedam ... matrona, Martswith vocabulum -ens. Statut. ord. Teut. p. 75,10 notandum iussionem ... magistri -ere vim precepti. *al.* **b** *obtinere, possidere – innehaben, besitzen (depon.: l. 70):* **α** *gener.:* Hraban. carm. 26,2 Deus ..., caeli summus qui -et arcem. 49,4,1 coetus apostolicus hanc sacram -et a r a m (Carm. Augiens. 1,13). Helm. chron. 1 p. 5,16 Dani ... ac Sueones ... septentrionale litus ... -ent. *al. occupare, implere – Besitz ergreifen (von), erfüllen:* Walahfr. carm. 75,6,2 si ... nostram veneranda mentem possidens prudentia -ret ..., tutior essem. Tract. de caus. mul. 79 calor et frigus ventrem -tenet. **β** *publ. et iur.:* Dipl. Merov. I 3 p. 6,6 (spur.?) quicquid ad ipsam villam aspicit et fiscus noster -et. Capit. reg. Franc. 140,6 actor ... villae aut ea *(mancipia fugitiva)* legitime -at aut quaerenti domino reddat. Trad. Frising. 1261 dedit ... curtiferum I et totidem iugera arabilis terrę ... servo ... in proprietatem -endum. Acta reg. Burgund. 160 anno XXIII, ex quo Radulfus rex -et regnum Alamannorum. *al. accedente notione defendendi, tuendi:* Capit. reg. Franc. 188,1 volumus, ut omnes res ecclesiasticae eo modo -antur, sicut res ad fiscum nostrum -eri solent (*cf.* 191,8 sicut res ad fiscum dominicum pertinentes -eri solent). Chart. Sangall. A 494 si ... emollierint heredes mei, ut proprietatem suam -eri non possint. **c** *defendere, armis tenere – verteidigen, 'halten':* Annal. regni Franc. a. 766 Pippinus rex ... ibi Francos misit Aquitaniam -endo. Rimb. Anscar. 16 p. 37,13 episcopus ... locum ... -ere voluit, donec maius eis veniret auxilium. Helm. chron. 105 p. 207,12 soli *(sc. milites)*, qui erant in castro ..., -uerunt se usque ad reditum archiepiscopi. **B** *latius:* **1** *proprie i. q. (re)manere, versari, morari – bleiben, sich aufhalten, verweilen (usu refl. et medial.; intrans.: l. 22):* **a** *in univ.:* Annal. Einh. a. 764 illo anno d o m i se -uit *rex* (Berth. [?] annal. a. 1079 p. 321,9). Epist. Worm. I 27 p. 50,8 principes ... Mogontia se -ent. Rud. Trud. gest. 3,2 p. 241,18 cuius *(Luiponis)* tirannidem Lanzo veritus intra parietes se -uit. Solimarius 228 in latebris trepidus se -et hostis. *al. spirit.:* Capit. reg. Franc. 22 praef. p. 53,39 sunt ... conpellendi *(sc. christiani)*, ut firma fide ... intra paternas sanctiones se -teneant. Ioh. Scot. praedest. 18,7 l. 162 ut ... intra fines aeternae legis gaudeant -eri *electi.* Frutolf. ton. p. 175 se morosius in suo cantu superius -et *(sc. differentia quinta).* **b** *moram pati – es aushalten:* Wett. Gall. 30 p. 274,20 pontifex se ... non -uit in navi, sed ... misit se in aquam. **c** *considere, haerere – sich festsetzen, Halt finden:* Aethicus p. 132,7 *bastarma* tantam vim ad sustentandum habet ferrum ... vel lapides ..., ut quasi parvolus lapillus aut scentilla ignis super dorsa glaciarum -tenere non valet. **2** *translate i. q. se habere – sich verhalten (usu refl. et intrans.):* **a** *de hominibus i. q. se gerere – sich benehmen, sich aufführen:* Thegan. Ludow. 20 p. 595,39 nullus ... credi (credere *var. l.*) potest, quomodo se -ent *(sc. pontifices ex servis facti)*, nisi hi soli, qui hoc malum ... patiuntur. Andr. Berg. hist. 4 p. 224,27 consilio inito, ut se viriliter -tenisset. Widuk. gest. 3,64 Wichmannus aequanimiter se -uit. *al.* **b** *de rebus:* **α** *in univ.:* Trad. Frising. 674 p. 568,4 (a. 845) conplacitatio ..., quomodo se ordo rationis -et. Rather. epist. 7 p. 35,15 ut sese instabilitas mundanae -et volubilitatis. **β** *de scriptis i. q. dicere – lauten (cf. p. 1720,38sqq.):* Agnell. lib. pont. 72 p. 328,5 versus metricos -entes ita: *eqs. (cf.* 150 p. 375,10 epitaphium ... abens -entes ita: *eqs.). al.* Meginh. Fuld. Alex. 4 p. 428,28 tertiam *(epistulam)* ... scripsit ... sic se -entem: *eqs.* Udalsc. Egin. 14 p. 438,24 litteras ... in hunc modum se -entes accepit: *eqs.* Chart. Carinth. V 142 litteras sigillatas sub hac forma -entes: *eqs. (secundum formam) consistere – (in seiner Form) bestehen:* Chart. Rhen. med. I 42 p. 47,43 (a. 804) cum in libris Theodosiani et Hermogeniani seu Papiani, per quem lex -et, scriptum est *eqs.* **γ** *de finibus i. q. (de)currere – verlaufen:* Dipl. Karlom. (II.) 14 p. 305,1 termini ... in aquilonem inter duos lacus ... se -ent. Adam gest. 2,18 limitem Saxoniae, quae trans Albiam est, ... ita se -entem, hoc est: *eqs.*

VI *assequi – erreichen:* **A** *c. sensu impetrandi:* Annal. regni Franc. a. 788 p. 80,30 rex ... -tenuit ab ipsis Dei ac suis fidelibus, ut non moriretur *(sc. consanguineus).* **B** *c. sensu attingendi:* Chron. Bened. I 7 p. 217,23 iam sextas Iulius mensis dum -et idus, ... debita solvit Adae *(sc. abbas).*

adi. **continens,** -entis. **1** *cohaerens – zusammenhängend:* **a** terra -s *i. q.* ἤπειρος – *Festland:* Beda hist. eccl. 1,25 p. 45,6 quam *(insulam Tanatos)* a -i terra secernit fluvius Vantsumu. **b** *consequens – (logisch) kohärent, stringent:* Epist. Ratisb. 7 p. 295,21sq. per -es perque -iores et per -issimas propositiones accedere ad ea, quę concludenda sunt. **2** *comprehensivus – (begrifflich) umfassend:* Richer. Rem. hist. 3,65capit. quid -ius sit, rationale an mortale. **3** *compos, plenus – verfügend (über), voll (von):* Helm. chron. 67 p. 127,21 vir audax et virtutis -s. **4** *abstinens, castus – enthaltsam, keusch:* Beda hist. eccl. 4,3 p. 211,24 vir sanctissimus et -issimus. Epist. Col. 4 p. 246,6 presbiterum ... iustum, sanctum, -em. Hariulf. chron. 1,26 p. 42,16 Filibertus ... -issimae servitutis tirocinium gerens in Resbacensi coenobio. *al.* **5** *parcus, parvis contentus – genügsam, anspruchslos:* Adam gest. 4,31 p. 264,17 sunt *Nortmanni* ... -issimi omnium mortalium.

subst. **1. continens,** -entis. **1** *masc.: homo abstinens – der Enthaltsame:* Salom. II. epist. 24 p. 410,11 coniugibus et -bus. Conr. Hirs. mund. cont. 205 tres habet ordinum dignitates in ęcclesia christiana: religio coniugatorum, doctorum,

[Poiss/Antony]

-ium *(v. et adn. ed.).* 218 qui *(Daniel)* forma est -ium. ALBERT. M. bon. 221 p. 133,53 tribus modis dicitur -s: *eqs.* eth. II 818 p. 689,2 sicut -s dicitur a tenendo, ita anima ab amando *eqs. al.* **2** *fem.:* ἤπειρος, *terra continens – Festland, Kontinent (cf. p.1724,54):* WANDALB. Goar. II 11 p. 57,8 in pelago fatigati ... ingruente nocte in -em egressi sunt. LUP. FERR. epist. 13 meam parvitatem a vestra *(sc. regis)* excellentia separat -s. **3** *neutr.:* **a** *vas – Gefäß, Behälter:* NOTIT. Altd. 1 (MGScript. XV p. 993,19; c. s. XIII.) in scriniis, pixidibus, cristallis, bursis et aliis -bus. **b** *confinium, vicinitas – angrenzendes Gebiet, Umgebung, Nachbarschaft:* ACTA imp. Winkelm. I 629 p. 505,11 (a. 1233) de guerra et discordia, que est in Provincia seu in -bus Provincie. *fort. huc spectat:* CHART. Mog. A II 310 p. 534,18 (a. 1168) cum in rebus vel in possessionibus aliquod subsidium in -i facere non possemus *(cf. K.-U. Jäschke, ArchDipl. 15. 1969. p. 103sq.).* **c** in -i (incontinenti) *sensu adv. i. q. statim, confestim, ilico – (unmittelbar) anschließend, sogleich, auf der Stelle:* OTTO FRISING. gest. 1,68 p. 97,21 in -i propter prestitum commeatum ulcisci non valuit *rex.* CHRON. reg. cont. I a. 1188 p. 139,14 imperator interrogavit ..., quid potissimum iudicarent, an in -i crucem sumeret an differret. CHART. Eichsf. 182 p. 106,1 votum ... non poteram in -i exsolvere. CHART. Hall. 237 p. 226,25 quod procurator abbatis ... parti adverse literas papales incontinenti presentaret. MIRAC. Gunth. erem. 12 p. 1077^{E} Barbara ..., cum allatam *(aquam)* bibisset, incontinenti furere coepit. *persaepe.*

2. contentum, -i *n. quod continetur, res contenta – Inhalt:* **1** *in univ.:* THIETM. peregr. 1,30 cui *(Deo)* cum suis -tis elementa, natura cum naturatis ... obsecundant. OTTO FRISING. gest. 1,65 p. 92,16 eadem ... res alia et alia consideratione eiusdem speciei -is ... erit bona et erit non bona. **2** *spectat ad scripta i. q. tenor, textus – Wortlaut, Text:* CHART. Naumb. 426 p. 381,36 (a. 1205) innotescat ... omnibus ... -um huius pagine legentibus, quod *eqs.* ALBERT. M. Iob prol. Hier. p. 7,41 haec translatio non diminuta nec superflua est in -is. **3** *spectat ad urinam i. q. materia inhaerens, enaeorema – (stofflicher) Gehalt, Ausflockung:* MAURUS urin. II p. 6,26 -um *(sc. urinae)* multiplex est, scilicet sedimentum, resolutio, arena et crudus humor *eqs.* WALTH. AGIL. med. praef. p. 85,7sqq. tria sunt accidentia urine ..., scilicet color, substantia et -um ...; per resolutiones vero sive per -a, que apparent cum urina, locus egritudinis et accidentia egritudinis cognoscuntur. *cf. p.1721,49.*

adv. **continenter.** *abstinenter, temperanter, caste – enthaltsam, zurückhaltend, keusch:* THIETM. chron. 2,41 haec *(Iudith)* in viduitate sua -r vivens *eqs.* OTTO FRISING. chron. 4,5 p. 191,29 *Paulus* -issime (contentissime *var. l.*) vivens plenus dierum moritur. *al.*

2. contineo *v.* 1. contingo *p.1728,32.*

[3. contineo *v.* 1. concino. *adde ad p. 1180,56:* OTLOH. doctr. prol. 13 hic, rogo, ne quaeras vel -ia (continentia *ed., vix recte*) dicta sive modos metri maius quam dogmata verbi, quae *eqs.*] *Poiss/Antony*

contingens, -enter *v.* 1. contingo.

contingentia, -ae *f.* **1** *gener. i. q. attactus, contactus – Berührung: cohaerentia – Zusammenhang:* HUGO HONAUG. hom. 2,58,1 spiritus ... corporalem non patitur contactum et -am. **b** *consecutio – Erlangung, Erreichung:* ALBERT. M. div. nom. 4,112 p. 210,58 'omnis tactus', idest -a (*cf. PG 3, 705^{D}* ἐπαφή) finis. **c** *congressus – das Zusammentreffen:* ALFAN. premn. phys. 39,2 p. 125 diffiniunt ... eventum -am (*PG 40,761^{B}* σύμπτωσιν) et concursum duarum causarum a praeelectione initium habentium. **2** *t. t. philos. i. q. accidentia fortuita, possibilitas (aliter se habendi) – Zufälligkeit, Möglichkeit, das Andersseinkönnen, 'Kontingenz' (opp.* necessitas; *de re v. Hist. Wb. d. Philos. IV. p. 1027 sqq.):* ALBERT. M. sent. 1,8,15 p. 242^{a},23 accidens dicitur, quod contingit inesse et non inesse, et causa -ae istius est ex parte subiecti, quod causat accidens. herm. 1,5,6 p. 422^{a},27 se habent orationes ad necessitatem et -am sicut et res. anal. pr. 1,4,1 p. 538^{b},8 modus -ae. *ibid. al.*

***contingibilis,** -e. -e esse *i. q. pertinere (ad) – betreffen, anbelangen:* TRACT. de chirurg. 195 quid ... -e est cura vulneris in ventrem *eqs.*

1. contingo (-igo, -guo), -tigi (-tegi, -ingi), -tactum, -ere. *script. et form.: stirp. praes.:* -tang-: *l.16. p.1727,68.72. ?*-teg-*: p. 1730, 11. adde* CONC. Merov. p. 28,3 *(var. l.).* -nk(o): *p. 1751, 55.* -ire: LEX Alam. 44 capit. *(var. l.). praes. indic.* -et, -ent: *p.1727,14.1730,11.20. adde* TRACT. de caus. mul. 43. *stirp. perf.:* -tetig-: *l.18.* -tex-: *p.1728,64.* -tinx-: *p.1729,34. confunditur c.:* continere: *p.1727,33.65. 1728,32. al.* constringere: *p.1727,16. struct. notabiliores: v. sub II A 2.*

I *trans. (intrans.: p.1727,11.31):* **A** *proprie:* **1** *strictius i. q. attingere, tangere – berühren, anrühren:* **a** *de anim.:* **α** *in univ.:* LEG. Wisig. 12,3,15 p. 445,32 in ... altario sancti illius, quod manibus meis contineo vel -o (-ango *var. l.*). VITA Elig. 2,75 is *(frater)* ... melotem beati Eligii ... sibi inposuit atque ex eius ora pedem tumidum ... -tetigit (-igit *var. l.*). WILLIB. Bonif. 8 p. 53,22 aecclesiae ... gloccum ... humana non -uente (-ente *var. l.*) manu commotum est. CONC. Karol. A 34,18 non ab aliis nisi a sacerdotibus -i debet *chrisma.* PETR. DAM. epist. 40 p. 442,6 cum ... ferales cibos necdum lingua -rent *canes.* TRAD. Teg. 193^{b} ministerialibus ... in testimonium huius concambii aure -tis. *saepius. in imag. c. sensu nominandi:* HROTSV. Theoph. 284 -ere ... altithroni nomen sanctum ... pollutis ... labellis. **β** *c. sensu profanandi, commaculandi:* CONC. Karol. A 50^{D},45 sacrata ... vasa inpudenter -ere. HUMB. Sim. 3,12 p. 213,6. BERNOLD. CONST. chron. a. 1085 p. 443,5 ne laici pallas altaris ... -ant. *al.* **γ** *c. sensu auferendi, furandi:* VITA Meginr. 10 tantus ... eos *(sc. occisores)* ... invasit timor, ut nihil -ere de rebus ad altaris officia pertinentibus auderent. WIDO FERR. schism. 1,2 p. 534,31 nullus *(sc. militum)* ... tam audax ... habebatur, qui bona Petri -ere non timeret. *al.* **δ** *c. sensu comedendi, (con)sumendi:* AGOB. 7,23 l. 26 Adam ... vetitum -endo morti obnoxius ... effectus est. RATHER. cena Dom. 7,284 illud sumas, istud non -as. BENZO ad Heinr. IV. 7,4 p. 675,25. *spectat ad eucharistiam:* WALAHFR. exord. 20 p. 493,18 ut ... ieiuni et sobrii ... ipsa sacramenta -amus. HILDEG. scivias 2,6 l. 1693 illoti sacramentum hoc -ere praesumunt. VOLQUIN. serm. 269 (StudMediev. III/3. 1962. p. 330). **ε** *c. sensu comprehendendi, vim inferendi:* LEG. Wisig. 9,3,4 eos, qui ad ecclesiam ... confugerint, nullus -ere presumat. BEDA hist. eccl. 5,12 p. 306,28 minitabantur me conprehendere, nec tamen me ullatenus -ere ... praesumebant *spiritus obscuri* (*cf.* ALCUIN. carm. 1,949). **ζ** *c. sensu carnaliter sibi coniungendi:* LEG. Wisig. 12,2,6 nullus usque ad sextum generis gradum coitum personam quamcumque -at. CAPIT. reg. Franc. 252,41 a neutro *(sc. fratrum)* ulterius eadem mulier -atur. **b** *de rebus i. q. contactu coniungi – in Berührung kommen (mit), (berührend) treffen (auf):* **α** *gener.:* WALAHFR. Mamm. 3,7 mox virga ut -igit occas campi *eqs.* TURBA phil. 48 ut argentum vivum corpus magnesie -ere faciatis. ALBERT. M. phys. 5,2,1 p. 422,38 quando *duo* -unt se in loco utriusque proprio. *al. in imag. c. sensu contagio afficiendi:* HUMB. Sim. 3,7 p. 206,34 pecunia ... immunda fit, quandocumque symoniana pecunia accedens illam -it. **β** *geom.:* GERB. geom. 4,4 si rectam lineam iacentem altera stans erecta -at. PS. BOETH. geom. 281 si circulum linea recta -at. ALBERT. M. anal. pr. 1,2,2 p. 487^{b},28 lineae in uno termino ... sese -entes. *al.* **2** *latius:* **a** *corripere, apprehendere – erfassen, ergreifen:* ALDH. virg. I 34 p. 276,15 in profunda maris flustra demersos *(sc. confessores)* ... fluctuum ferocitas -ere non audens illaesos litoribus restituit. CAND. FULD. Eigil. II 10,10 vulgi sententia fatur, quod quis ... -tus ab igne ignem ... veretur. WALTH. SPIR. Christoph. I 19 eam *(beatam Niceam)* in nullo -bat incendium. *(manibus) nancisci – zu fassen kriegen, 'erwischen':* MIRAC. Pirmin. 3 p. 32,14 qui *(puer)* ... de muro prolapsus solis manibus angularis saxi superficiem -ens ... adhesit. CARM. Bur. 151,5,8 hanc desidero ulnis plecti et subnecti, ... si -ero (-ingero *B*). **b** *ferire, percutere – (schlagend, stoßend) treffen:* BEDA hist. eccl. 3,19 p. 166,25

[Antony]

arripientes inmundi spiritus unum de eis, quos in ignibus torrebant, iactaverunt in eum *(Furseum)* et -entes humerum maxillamque eius incenderunt. METELL. exp. Hieros. 5,617 que -unt *nostri*, per spissum corpora scindunt. *c. sensu vulnerandi:* LEX Alam. 57,54 si ... in latus punctus fuerit, ita ut interiora membra non -at (-uat *var. l.*). **c** *(per)venire (ad), intrare – (hin)gelangen (zu), betreten:* MODOIN. ecl. 1,14 -ere sedes Davidicas. HUMB. Sim. 3,29 p. 236,4 cuius *(ecclesiae)* ... limina -ere. METELL. exp. Hieros. 5,714 hanc ubi -unt urbem, tentoria figunt. *al. adde:* HUGEB. Wynneb. 13 p. 116,43 qui non poterat ad eum *(sc. corpus)* -uere, conabant, ut saltim una manu ad eum porrigendo perveniret. **d** *tinguere, madidare – (be)netzen, befeuchten:* LEX Alam. 59,2 (rec. B) si ... sanguinem fuderit, sic ut terram tangat (-et *19*). MAPPAE CLAVIC. 60 accipe laminas stagneas, -is aceto (*inde* COMPOS. Matr. 33,1 constringes). 90 calefac *(sc. permixtionem)* ... non -ens nisi semel. RIMB. Anscar. 19 p. 40,26 ne aliqua stilla pluviae me -at. *illinere – bestreichen:* GLOSS. II 748,54 St.-S. -ere salpon *(spectat ad Sulp. Sev. Mart. 19,4).*

B *translate:* **1** *gener.:* **a** *-unt homines:* **α** *necessitudinem habere (cum) – in Beziehung stehen (zu):* DIPL. Heinr. IV. 386 nos Ekberto marchioni rebellionem ... respectu ętatis eius et consanguinitatis, qua nos -bat, indulsimus. CHART. Turic. 883 (epist. papae) non obstante, quod quarta consanguinitatis linea se -unt. **β** *tractare – sich befassen (mit):* EPIST. var. II 12 p. 316,31 ipsi mundi principes nec praesumentes neque volentes ... ista *(sc. causam)* -ere, sed tuo *(sc. papae)* ... reservavere iudicio. **γ** *commemorare – zu sprechen kommen (auf):* VITA Galli II 1043 hinc primogeniti delictum -igit Adae. *adde:* VITA Bonif. II 12 p. 104,12 ut ad paululum iam dicta -am. **δ** *polluere, coinquinare – entweihen, besudeln:* LEG. Wisig. 12,2,5 festa ritu observantie sue *(sc. Iudaeorum)* ... -ere (continere *var. l.*). HUMB. Sim. 2,6 p. 146,44 quicquid ipsi leprosi et maledicti ore manuque -unt. **ε** *adhibere, uti – heranziehen, verwenden:* ANON. ton. Schneider p. 115 que voces -ende sunt libere, que licite *eqs. (sc. in cantu componendo).* **ζ** *assequi – erreichen:* BEDA hist. eccl. 5,19 p. 322,30 ubi XIIII^{um} aetatis -igit annum, monasticam saeculari vitam praetulit *Uuilfrid. adimplere – erfüllen:* DONAT. Trud. 1 (MGMer. VI p. 275, 31) cuius ... vasculi normam ... minime -ingisse (-isse *var. l.*) me fateor *(spectat ad Vulg. exod. 25,29).* **η** *conicere, intellegere – erahnen, begreifen:* WALAHFR. carm. 5,3 iudicii secreta Dei dum Paulus ... scrutatus ... tanti non posset honoris, non dico effari, sed nec -ere molem. *solvere – lösen:* PAUL. DIAC. carm. 18,20 miror, qua numeri textum non -igit arte *(sc. Petrus).* **b** *-unt res:* **α** *commovere, impellere – bewegen, veranlassen:* TRAD. Ratisb. 18 p. 22,31 (a. 822) ego Immo hac ammonitione -tus ... tradidi *eqs.* DIPL. Otton. II. 259 nos divino amore -ti ... abbatiam ... tradidimus. **β** *invadere, opprimere – befallen:* WALAHFR. Wett. 925 me sopor oppressit, vigilem non -igit illum. WIPO gest. 37 p. 58,4 maxima multitudo exercitus morbo -ta periit. *al.* **γ** *(accidendo) ferire, cadere (in) – (be)treffen:* LEG. Wisig. 7,3,5 ita ut ... servum iussa domini conplentem molestia non -at. 10,1,15 qualiter unumquemque -erit (-ingerit *var. l.*). CONC. Karol. A 16^{B} si infirmum coactos -igeret eventus. *in bonam partem i. q. devenire (super) – kommen (über):* WALTH. SPIR. Christoph. II praef. 78 ego, quem ... Christi gratia -erat iam sub puerilibus annis. **δ** *accedere (ad) – heranrücken (an):* VITA Galli II 241 cum ... dies solito nonam -ret horam. **2** *publ., iur., canon.:* **a** *spectat ad violationem:* **α** *obi. res i. q. surripere, occupare, invadere (in) – sich vergreifen (an), sich (widerrechtlich) aneignen, 'antasten':* LEG. Wisig. 2,1,32$^{tit.}$ de damnis iudicum aliena -entium (continentium *R*1). DIPL. Merov. I 48 p. 44,46 ut res suas *(sc. episcopi)* neque vos ... nec quislibet contradicere nec minuare nec -angere nec infiscare non praesummatis. FORM. Dion. 3 p. 498,32 nihil audeant usurpare, nihil auferre, nihil -igere. *al.* **β** *obi. homines i. q. inquietare, molestare – behelligen, belästigen:* DIPL. Karoli M. 89 p. 129,22 nisi ... niminem aliquis ... legem canonicam eos *(monachos)* -angere non presumat (*cf.* CHART. Hersf. 6 p. 12,32 per legem canonicam eos -ere). CHART. Xant. 54 p. 43,34 ne aliquis umquam decimator manipulos fratrum in Lohusen -ere seu ... quicquam exigere presumat (*inde* 55 p. 44,29. *sim.* CHART. Westph. III 1 p. 3,21). **b** *spectat ad vindicias iniustas:* **α** *usurpare – (widerrechtlich) ausüben:* ANNAL. Fuld. II a. 864 ministerium sacerdotale ab apostolico sibi interdictum -ere praesumpserat *Guntharius.* REGINO chron. a. 865 p. 84,3 Thietgaudus depositionis suae ... prolatam sententiam patienter ferens ... nihil omnino de sacro ministerio -ere presumpsit. **β** *exigere, exposcere – (ein)fordern, verlangen:* DIPL. Karoli M. 89 p. 129,19 ut nullus ... in vilabus eorum *(monachorum)* nec in rebus eorum se presumant aliquid -ere (*cf.* CHART. Hersf. 29 p. 51,15 exactare). DIPL. Zwent. 9 p. 34,6 nec bannum nec fredum ... -ere aut exactare (*ex dipl. Ludow. Pii; inde* DIPL. Heinr. I. 27 p. 63,15).

II *intrans. (trans.: p. 1729,48; refl.: p. 1729,25sqq.):* **A** *gener. i. q. (casu, fortuito) accidere, evenire, fieri, exsistere – (zufällig) sich fügen, sich ergeben, sich ereignen, geschehen, sich zutragen, ein-, auftreten (accedente dat. [interdum supplendo, e. g. l. 51.63] plerumque i. q. obtingere, obvenire – zuteil werden, widerfahren, zustoßen, gelingen, ergehen):* **1** *usu communi:* **a** *subi. subst. vel pron. (interdum supplendum, e. g. l. 28; enunt. rel. vel compar.: l. 31.40):* **α** *in univ.:* EDICT. Roth. 162 si ... -egerit (-erit, -ingerit *var. l.*) casus, ut *eqs.* LEX Alam. 56,2 si ... muliere haec -ingerit (-erit, -egerit, -igit *var. l.*). ARBEO Corb. 46 ita ut ulterius huiusmodi minime -egisse probantur. PASS. Quir. Teg. 16 miraculum, quod de sanctis eius reliquiis ... -igit. HROTSV. Dulc. 6,2 quid -igit? Pafn. 10,1 quid novi gaudii mihi -igit? RUODLIEB V 539 si tibi -at, animus tuus unde vacillet. CHART. Turic. 913 casu quolibet continente. ALBERT. M. gener. 2,3,1 p. 201,5 '-it' (*p. 335^{a},25* τυγχάνει οὖσα) generatio 'circa medium locum' sphaerae caelestis. animal. 2,39 aliter non -ret eis *(animalibus)* saltus. *persaepe.* **β** *exoriri – entstehen:* TRAD. Frising. 340 (a. 815) ut caveret *presbyter*, quod exinde nulla contentio -isset. TRACT. de caus. mul. 67 si infirmitas ex unaquaque de istas *(sc. causis)* -it. *al.* **γ** *in mentem venire – in den Sinn kommen:* TRAD. Weiss. 144 (a. 757) mihi ... ex digna ammonicione -igit sicut dicit: '*eqs.*' *(Vulg. II Cor. 9,7).* **δ** *(utilem) esse – gereichen, dienen (zu):* OTLOH. Bonif. praef. p. 113,31 tanta ... auctoritas ... -et eis *(sacerdotibus)* in testimonium damnationis, quod *eqs.* **ε** *de rebus corporeis i. q. in manus venire, se adipiscendum praebere – in die Hände kommen, erreichbar sein:* LEG. Wisig. 11,1,2 si aliquid mortiferum his *(sc. custodia retentis)* -erit *eqs.* THANGM. Bernw. 41 p. 776,14 si cui ... particula de casula ... confessoris posset -ere. RUODLIEB XI (IX) 4 concurrebant *pulli* ... captantes avide, quod quit -ere cuique. **ζ** *de anim. i. q. concedi – überlassen werden:* ALBERT. STAD. Troil. 3,747 quae *(Polyxena)* si -erit *(Peiper, -igitur ed.),* praesentia proelia ponet *(sc. Achilles).* **b** *impers.:* **α** *in univ.:* LEX Alam. 57,7 sicut solet -ere. LEX Baiuv. 19,5 ut sepe -it (-igit *var. l.*). GERH. AUGUST. Udalr. 1,27 l. 49 aliis ... episcopis similiter -igit. CHART. Eichsf. 401 p. 239,46 ne ... monasteriis ... ad deterius -at. *al.* **β** *c. inf.:* LEG. Wisig. 12,3,25 si ⌞episcopo ... de sede sua -erit⌟ (episcopi ad sedes suas -ingerint *V1.8*) ... progredi. VITA Bonif. I 7 -igit ⌞beato Bonifacio⌟ (beatum Bonifacium *1b*) relatu didicisse *eqs.* PETR. DAM. epist. 40 p. 474,17 sepe ... reperire -it, ut *eqs.* TRAD. Scheftl. 433 si -erit idem predium vendere. CHART. Hall. 310 p. 287,27 quicumque ... feoda nunc tenent vel in futuro tenere -erit. *saepe.* **γ** *c. acc. c. inf.:* EDICT. Roth. 171 si ... eum -egerit (-erit, -exerit *var. l.*) filius legitimus procreare. VITA Emm. 33 quo lumine honoraretur in caelis, cui ... lumen -igit in terris defuisse. RIMB. Anscar. 21 -igit ... imperatorem ... vitae praesenti decessisse. WOLFHER. Godeh. I 16 -igit imperatorem ... Saxoniam ... visitaturum. STATUT. ord. Teut. p. 52,6 cum viriles animos per feminarum blandicias frequenter -at emolliri. CHART. Bund. 926 quod si ... arbitros ... dissentire -ingerit. *persaepe.* **δ** *pendet* ut: EDICT. Roth. 143 si ... -egerit (-erit *var. l.*), ut *eqs.* TRAD. Ratisb. 1 multis ęculi

[Antony]

curis occupatis -igit, ut reliquerunt caelestia sibi previdere premia. RIMB. Anscar. 9 p. 30,38 -igit, ut ... ad palatium vocaretur. CHRON. Thietm. 4,34 -igit, ut ... comitissa ... cepit egrotare. OTTO FRISING. gest. 2,13 p. 117,2 frequenter -it, ut *eqs. persaepe.* **ε** *pendet* quod: WETT. Gall. 28 p. 271,36 -igit, quod vir Dei Eustasius hoc aerumnosum exilium dereliquit. ALBERT. M. metaph. 9,2,2 p. 416,35 '-it' (*p. 1047a, 6* συμβήσεται) ... his *(Megaricis)*, quod incidant in 'rationem' erroris 'Protagorae'. ACTA civ. Wism. B 270 si vero sic -igeret ..., quod hereditas combureretur *eqs. saepius.* **2** *struct. notabiliores:* **a** *c. gerundivo:* CHART. Hall. 162 (a. 1219) si qui in eisdem areis putei -erint fodiendi. **b** *c. nom. c. inf.:* VITA Bonif. II 11 p. 103,17 in omnibus locis, in quibus -igit meridiare sive noctare *(sc. sanctum corpus). v. et p. 1728,58. fort. huc spectat: p. 1728,65.* **c** *pendet* quatenus, si, quin: DIPL. Otton. II. 281 p. 328,25 si -erit ..., quatinus abbas ... huius ... lucis habitaculum deserat *(inde* DIPL. Otton. III. 375 p. 803,7. *al.)*. CHART. Tirol. notar. I 703b p. 352,17 si casu -ingerit, si (*corr. ex* quod) dicta domina ... obierit sine communis heredibus (p. 352,22). ALBERT. M. animal. 10,45 quando ... in latere disponitur *mulier*, vix -it, quin in latus gutturis *(sc. matricis)* semen proiciatur. **d** *c. coni. nudo (coniunctione omissa):* AGNELL. lib. pont. 30 p. 294,18 -igit ... eo tempore, unus ex his superscriptis compatribus alteri compatri suo mutuasset solidos trecentos. **e** *refl. (cf. p.1730,40):* ARBEO Emm. 12 episcopi se *(om. A2a)* commiscione hoc -egisse professa est *ducis filia (an* se *pro* sibi *ponitur?). abund.:* SERVITIA mensae (Cod. Guelf. Gud. 131 f. 20v; s. XII.) hec omnia in usum episcopi recepta et servicio peracto presbytero restituantur, que se -ere possunt. **f** *c. praep. (respectu personae vel rei affectae, cf. p.1727,11.31.1730,8.19.60):* **α** *in univ.:* LEX Alam. 48 de feminis ... si ita -erit (-egerit, -ingerit, -igit *var. l.*) *eqs.* (*inde* LEX Baiuv. 4,30 -erit [-ingerit, -inxerit *var. l.*]). TRAD. Frising. 11 p. 38,12 peccatis meis facientibus causa circa me -igit, quod *eqs.* NOTIT. Arnon. 8,1 de cella ... sancti Maximiliani ita -igit, ut construeretur ab initio. TRAD. Frising. 235 qualiter -igit erga ecclesiam sancti Martini. TRAD. Ratisb. 40 p. 46,16 haec *(sc. commutatio)* ... frequentissime ... inter nobilium substantias atque aecclesiasticarum rerum portiones -ere solet. BERNOLD. CONST. libell. II p. 44,36 referam, quod -igit apud ... Hildenesheimensem ecclesiam. ACTA civ. Wism. B 225 dum subscripta -erunt de Abbone. **β** *incidere (in) – fallen (auf):* BEBO ad Heinr. II. 1 p. 494,27 summa festivitas eiusdem loci in decimo -erat. MARIAN. chron. a. Chr. add. p. 213,23 apud Dionisium XII. kal. Apr. in die dominico -igit (-egit *V*) *feria. adde:* MARIAN. chron. a. Chr. 554 p. 539,18 in quo *(anno)* V. kal. April. pascha -egit. **γ** *convenire, valere – zutreffen (auf), Gültigkeit haben (für):* ANON. geom. I 4,14 quod ... in omni -it quadrato, per latitudinem longitudo est multiplicanda *eqs.* LIBER de unit. eccl. 1,8 p. 194,26 quod ... exemplum *(sc. Vulg. I reg. 3,16-18)* ... Iesus Christus voluit -ere in figuram nostri. **δ** *pertingere (ad) – reichen (bis zu), übergreifen (auf):* TRACT. de caus. mul. 60 in loca dilectabilia -it dolor. **g** *in struct. contam.:* LEG. Wisig. 6,2,2 p. 259,1 ut, quicumque sint illi, quibus augurii vel auguria observare -erint (-ingerint, -erit *var. l.*), ... subiciantur verberibus cohercendi. PASS. Afrae II 1 p. 61,12 -igit Afram ... a persecutoribus conprehenditur (conprehendi *var. l.*). ARBEO Emm. 44 ad memoriam venisse me -igit rem, quam narro. THIETM. chron. 3,12 p. 112,1 -igit ... episcopum ... eandem *(crucem)* complectens ..., ut Ohtricus et Ico numquam sedem possiderent suam, ... postulat.

B *t. t. philos. i. q. possibilem esse, secundum possibilitatem esse, (secundum contingentiam) posse, esse posse – möglich sein, möglicherweise sein, (der Möglichkeit, Eventualität nach) können, sein können:* ALBERT. M. eth. I 426 p. 362,35 '-it' (*p. 1134b,34* ἐνδέχεται) aliquem 'ambidexterum esse'. herm. 2,2,3 p. 445b,9sq. anal. pr. 1,1,14 p. 48ob,19 quaecumque *(propositiones)* -ere dicuntur, eo quod non ex necessitate insunt *eqs.* eth. II 6,2,1 p. 407a,14 suspicione ... et opinione -it aliquando falsum dicere. metaph. 9,4,3 p. 426,11sq. quod ... 'possibile' est 'esse, -it esse et' -it 'non esse'. *ibid. persaepe.*

III *et trans. et intrans. i. q. (iure) obtingere, redire, pervenire, pertinere (ad) – zufallen, zukommen, zustehen, gehören (t. t. publ. et iur.):* **A** *spectat ad hereditatem:* LEG. Wisig. 4,2,18 p. 187,3 antequam ei *(filio)* pater suus omnem portionem, que ei -bat (-igebat *var. l.*), inplesset. LEX Alam. 55 si ... ad ipsas *(sorores)* hereditas paternica -at (-uat *var. l.*). CHART. Sangall. A 28 quicquid ... mihi in hereditatem -it (TRAD. Frising. 46a p. 75,17 nos. 128). 40 quantum mihi in portionem -eget (TRAD. Frising. 382 eum incontra filios suos). TRAD. Frising. 46b quicquid mihi ... in partem -igit (TRAD. Scheftl. 3 p. 9,1. 74 p. 83,9). CHART. Traiect. 458 p. 410,28 de patrimonio, quod eum hereditario iure -bat. ACTA civ. Wism. B 82 puero. *persaepe. in imag.:* WALTH. SPIR. Christoph. I 2 ut ... hunc apostolici nominis -at hereditas, quem *eqs.* **B** *usu vario:* **1** *de rebus:* DIPL. Merov. II 21 p. 106,40 ad ipsam casam sancti Dionisii ... -bat *oratorium* ad habendum. TRAD. Lunaelac. 127 omnia, que me -ent. TRAD. Frising. 1068 p. 16,6 cum ... omnibus suppellentibus ad illum locum -entibus. VITA Mathild. I 8 regni partem, quae in dotem ei *(reginae)* -erat. TRAD. Patav. 93 p. 81,27 quod suę ... aecclesię iuris in decimatione -ret. CHART. Heinr. Leon. 92 p. 141,30 ab his ..., que iure ducatus nos -unt, ista ... excludimus *eqs.* CHART. Gosl. II 174 p. 224,16 que *(capella)* nos iure proprietatis -bat. *saepe. de honore i. q. deberi – gebühren:* HUGO FLOR. tract. 1,7 (MG Lib. Lit. II p. 475,23) ad dexteram Dei Patris sedere temere concupivit *diabolus*, cum hoc illi non -ret, sed esset filii Dei. **2** *de hominibus:* TRAD. Brixin. 19 (c. 985/93) nomina eorum *(mancipiorum)*, que episcopo ... in partem -erant. *de clientibus, ministerialibus i. q. subiectum esse – an-, zugehören:* DIPL. Conr. II. 140 p. 190,27 (spur.) ut ... liceret eis *(clientibus)* excogitare, qualiter ... regno apte possent -ere. CHART. Eichsf. 527 Reinherus de Birkungen, qui nos *(sc. comites)* -bat.

adi. **1. contingens,** -entis. **1** *gener.:* **a** *adiacens, finitimus – angrenzend, benachbart:* HROTSV. gest. 381 Ottonis regnum ... non laedunt ... tangere nec -es audent nationes. *refl.:* METELL. exp. Hieros. 5,230 urbs Marra vocata, se -is sentina gravissima gentis. **b** *conveniens – angemessen, gehörig:* CONR. MUR. summ. p. 147,19 oportet, decet, constans et -s est. **c** *similis, cognatus – ähnlich, verwandt:* ALLEG. sapient. 27 p. 478a,67 elementa congenera et -iora. **2** *t. t. philos. i. q. possibilis, fortuitus, secundum contingentiam exsistens, conveniens – möglich, zufällig, der Möglichkeit nach seiend, zukommend, 'kontingent' (opp.* necessarius*):* ALBERT. M. sent. 1,38,1 p. 280b,13 a necessaria causa est necessarius effectus, et a -e -s. div. nom. 3,15 p. 111,64 secundum analogiam nostri intellectus, '-em' (*PG 3,684C* ἐνδεχομένης), idest possibilem nobis. phys. 2,2,12 p. 118,79 cum ipse *(Aristoteles)* loqueretur de causis -bus. herm. 1,5,5 p. 421a,25 in omnibus, in quibus utrumque est -s, et esse scilicet et non esse. *ibid. saepius.*

2. contactus, -a, -um. **1** *sordidus – schmutzig:* UDALR. CELL. consuet. 2,13 lavat femoralia sua, quantum illa eventione sunt -a (*sim.* WILH. HIRS. const. 1,43 p. 975C). **2** *cohaerens, consertus – zusammenhängend, verknüpft:* ALBERT. M. phys. 8,2,9 p. 609,16 haec ... componentia dicuntur aliquando '-a (*p. 258a,20* ἁπτόμενα) ad invicem', ita quod contactus pro coniunctione sumatur. p. 609,20 quando ... sunt tria, tunc secundum et tertium -a sunt proprie.

subst. **contingens,** -entis *n.* **1** *gener. i. q. res competens, necessaria – sachliches Erfordernis, das Nötige:* MAURUS progn. 2 p. 23a,19 Boetius: nec medicus semper curabit ..., sed si nil ⌞ex -bus⌟ (*Boeth. trin. praef. p. 150,27* eorum, quae fieri oportebat) omiserit, non minus suum finem consecutum esse censemus. TRAD. Weihenst. 345a cellerarius ... nichil de -bus omittens laboravit, ut illud *(praedium)* ... evinceret (EMO chron. p. 494,2. ANNAL. Prag. II a. 1279 p. 195,47). CHART. com. Mansf. IX 5 p. 554,13 quod omnia rite processerint et nichil fuerit de -bus pretermissum. **2** *t. t.*

[Antony]

contribulo, -avi, -atum, -are. *metr.* -trĭ-: *l.44.* **1** *proprie:* **a** *confringere – (zer)brechen:* AENIGM. lini (ed. B. Bischoff, Anecdota. 1984. p. 101; s. IX.^{1}) -tus *(sc. linum)* et concrematus inter ignem et aquam. **b** *conterere – (ab)reiben:* METELL. Quir. 1,38 auri more rudis, rudera quod scrobis aut limus madidis -ant vadis. **2** *translate i. q. opprimere, affligere, urgere – bedrücken, bedrängen, heimsuchen:* **a** *in univ.:* CHART. Carinth. III 506 p. 203,9 (a. 1098) qualiter locus hic *(sc. monasterium)* . . . ordinari posset . . . , ne . . . opus egregium . . . valeat . . . heredum . . . quavis temeritate -ari. GESTA Camer. cont. II F 59,3 cives . . . -ti sepius Gerardi facinoribus. ALBERT. M. Matth. 5,3 p. 104,7 sic infortunia -ant felicem. *usu adi. i. q. compunctus – zerknirscht:* VITA Burch. Worm. 17 Brunicho . . . corde contrito s p i r i t u que -to soli Deo placere studuit (HUGO FLAV. chron. 1 p. 311,24. *al. [cf. Vulg. psalm. 50,19]*). **b** *vi praeverbii vigente i. q. una contristari, compati – mitbetrübt sein, mitleiden (usu mediopass.):* VITA Mariae rhythm. 876 ipsa *(Maria)* . . . cum tribulatis -atur.

1. contribulus *v.* contribulis.

2. *contribulus, -a, -um. *ad eandem gentem pertinens – vom gleichen Stamme:* ALDH. epist. 5 p. 490,12 velut quaedam -a apium germanitas.

***contribunalis,** -is *m. (per contam. ex* contribulis *et* contubernalis, *ut vid.) consocius, contribulis – Gefährte, Landsmann:* WILLIB. Bonif. 5 p. 21,1 cohors -ium comitatu huius sancti viri inherens limina beati Petri . . . adgressus est *(v. notas ed.).*

contribuo, -ui, -utum, -ere. *tribuere, attribuere, dare – zuteilen, zuweisen, geben (fere usu publ. et iur.):* **1** *(con)tradere – übereignen, -geben:* NICOL. I. epist. 106,3 de his . . . rebus, quae semel Deo -tae atque dicatae sunt. DIPL. Frid. I. 233 p. 23,11 marchio . . . possessiones, mansus, decimam . . . -it et dedit ad honorem Dei. *vi praeverbii vigente:* CHART. episc. Hild. I 296 p. 281,33 (a. 1155) notum esse volumus nos ecclesię beati Mauritii silvam . . . contulisse collaudantibus et una nobiscum -entibus fratribus nostris et . . . circumvicinis. **2** *concedere – gewähren, verleihen:* DIPL. Pipp. 9 p. 13,41 si beneficia opportuna loca ecclesiarum . . . concedimus ac . . . stabiliter perdurare -imus (constituimus C). CONC. Karol. B I 34 p. 369,30 potestate nobis *(praesulibus)* a Domino caelitus -ta. **3** *conferre (ad) – beisteuern (zu):* CHART. eccl. Erf. 424 p. 250,18 (a. 1270) Otto plebanus . . . ad solutionem dicte pensionis . . . dedit et -it triginta duas marcas argenti. **4** *solvere, pendere – (be)zahlen, entrichten:* CHART. Worm. 237 p. 158,33 (a. 1253) expensis . . . communium necessitatum, in quibus . . . domine *(sc. sanctimoniales)* . . . partem ipsas contingentem solvere et dictis capitulis . . . proporcionaliter -ere consueverunt. CONST. imp. II 444,17 quilibet currus . . . deferens mercimonia . . . de qualibet marca secundum rerum suarum taxacionem debitam -et denarium unum. *al. absol.:* CHART. Wirt. VII 2516 p. 378,14 (dipl. Rud. Habsb.) statuimus, quod quicunque . . . bona . . . in districtu . . . civitatis de Buochhorn possidet, de his possessor una cum civibus . . . -et et serviet iuxta bonorum . . . facultatem.

contributio (-cio), -onis *f.* **1** *collatio, praestatio – Beitrag(sleistung), (das) Beisteuer(n):* CHART. Rhen. med. II 102 p. 139,6 (a. 1190) religiosi viri . . . curtem . . . -i annue precarie universitati . . . villarum nostrarum *(sc. comitis palatini)* . . . imposite . . . sub certa summa quatuor marcarum . . . submiserunt *eqs.* ALBERT. M. pol. 2,8^{e} p. 173^{b},2 communes expensae, quae fiebant in festis . . . , fiebant per -em pauperum. 2,8^{f} p. 174^{b}, 1sqq. CHART. eccl. Erf. 400 ita -o ad expensas octo solidos non excedat. *al.* **2** *tributum, vectigal – Abgabe, Steuer:* CHART. Burgenl. I 102 p. 70,5 (a. 1217) quod predicta curia . . . et villa dicta Sasun . . . ab omni donacione, collecta, steura, -cione . . . seu taxacione qualibet nomine regio exigenda vel civitatum . . . libere sint. HONOR. III. registr. 224 p. 151,28 quoniam ex collecta -e . . . poterit provideri Terre Sancte subsidium. CHART. Worm. 238 onera -um, ad que . . . religiose domine . . . in Nunnenmunstere hactenus tenebantur. CHART. Rhen. inf. II 657 (dipl. Rud. Habsb.) cives civitatis Coloniensis . . . -em, que assisia vocatur, statuere, inponere ipsamque recipere consueverunt. *al.*

***contricatio** (-cio), -onis *f. intricatio, implicatio – Wirrnis, Verwicklung:* CHRON. Albr. a. 893 p. 748,45 tam longa fuit -o inter utrumque bellorum, donec . . . cessit Odo Karolo Franciam. CONST. imp. II 402,2 dolemus plurimos hominum in concertationis (-cionis *2*) insane prorupisse dementiam.

contricatus, -a,-um. *fort. per confusionem i. q. contritus – gemahlen, geschrotet:* REGISTR. Geisenf. 29 p. 431,7 dabuntur . . . due metretule -i ordei.

1. contrictio *v.* 1. constrictio. **2. contrictio** *v.* contritio.

contrictus, contringo *v.* 1. constringo.

***contripunctis,** -e. *mus. i. q. in fronte et retro tribus punctis instructus – vorn und hinten mit drei Punkten versehen:* FRUTOLF. brev. 14 p. 102,2 virga conbipunctis, virga -is. p. 102,15 quilisma . . . -e.

***contristabilis,** -e. **1** *sensu act. i. q. tristificus, acerbus – betrüblich, schmerzlich:* ALBERT. M. metaph. 2,12 p. 103,60 aliis . . . 'flebilis' et -is 'est certitudo' philosophica. 5,1,6 p. 221, 40. *subst. neutr.:* ALBERT. M. animal. 13,28 ipsum *(cor)* est, in cuius motibus primum apparent delectabilia et -ia (*p. 666^{a},11* τῶν λυπηρῶν). *ibid. al.* **2** *sensu pass. i. q. tristis, maestus – betrübt, traurig:* ALBERT. M. mot. animal. 1,2,7 p. 280^{b},24 erit cor illud non -e. p. 280^{b},38 cor . . . , quod est habens sanguinem grossum . . . , erit nec multum -e nec multum laetum.

contristatio, -onis *f. sollicitudo, molestia – Kummer, Verdruß:* ALBERT. M. eth. I 329 p. 281,21 'oportet quibuslibet' et bonis et malis in omnibus 'sine -e' convivere. eth. II 4,3,1 p. 315^{b},22 illi, qui . . . se habent . . . ad omnes contrariantes . . . et nihil curantes de aliorum -e (*cf. p. 1126^{b},15* τοῦ λυπεῖν). p. 317^{a},41. *expressius de actione condolendi:* ALBERT. M. eth. II 9,3,5 p. 596^{b},32 ad infortunia . . . in malis fortunis pigritare debet amicus, ne advocet amicum ad -em.

***contristativus,** -a, -um. *tristitiam afferens, tristificus – traurig machend, betrüblich:* FRID. II. IMP. epist. B 10 p. 428,17 sinistri casus acerbitas . . . serenitati mentis nostre nebu-

[Hellmuth]

las -e . . . caliginis superduxit. ALBERT. M. eth. I 837 p. 704,43 amici 'praesentia' in tristitiis 'est mixta', quia est et delectabilis et -a. Matth. 9,15 p. 308,44 apud sanctos est triplex ieiunium: unum . . . satisfactivum, alterum . . . -um et tertium laetificativum. *ibid. al.*

1. contristo, -avi, -atum, -are. *script.* cun -: *l.14. usu depon. (cf. D. Norberg, Syntakt. Forsch. 1943. p. 142): l.17.34. 37. partic. praes. usu subst.: l.19. struct. c. gen.: l.24.*

I *proprie:* **A** *gener.:* **1** *in univ. i. q. tristem reddere, maerore, dolore afficere – traurig machen, betrüben, verstimmen (medial. i. q. dolere, maerere – betrübt, traurig sein, trauern):* BONIF. epist. 73 p. 148,17 si . . . famam gloriae tuae . . . confuderis, in hoc valde -amur. AGNELL. lib. pont. 105 p. 347, 10 una vox laetificat nos, alia cun-at. REGINO chron. a. 891 p. 137,25 pro amissis fidelibus nimium -atur (tristatur *B*). WIDUK. gest. 2,11 p. 77,12 rex . . . fervente adhuc bello civili non potuit eos *(milites suos)* -ari. EPIST. anon. p. 8,20 non legimus aliquem super hoc indignatum sive -tum fuisse catholicum. ALBERT. M. sent. 2,19,2 p. 331b,20 Adae . . . et malum et -ans non potuit inesse, nisi *eqs.* eth. I 329 p. 282,18 'coniciet' . . . 'non -are' (*p. 1126b, 30* λυπεῖν), quando non potest delectare. *persaepe. vi praeverbii vigente i. q. condolere, collugere – mitleiden, die Betrübnis teilen, mittrauern (usu medial.):* CONSUET. Trev. 8 p. 270,11 egrotationis vestre nimis -bamur. EPIST. Ratisb. 6 p. 290, 18 quod sancta ecclesia debeat . . . -ari, comportare, condescendere. ALBERT. M. eth. II 9,3,4 p. 594a,28 uni . . . amicorum condelectari, alteri -ari (*p. 1171a, 8* συνάχθεσθαι). *al.* **2** *c. colore quodam:* **a** *offendere – beleidigen:* CHART. Welt. 2 p. 103,8 (a. 1123) si quis . . . inminucione vel alienacione spiritum sanctum . . . in famulis eius -verit *(cf. Vulg. Eph. 4,30).* **b** *afficere, afflictare – befallen, heimsuchen:* Ps. HIPPOCR. sang. 16 qui hac ex sanguine passione -tus est, oculi turbidi erunt. **c** *comprimere – dämpfen:* ALCUIN. epist. 133 p. 200,12 ne tuam -em (-er *var. l.*) sollicitudinem. **B** *iur. i. q. detrimento, incommodo, iniuria afficere – schädigen, Schaden, Unrecht zufügen, kränken (cf.* contrasto *p. 1781,55qq.):* DIPL. Conr. II. 68 p. 85,25 si quis . . . fratres de suis rebus -ari voluerit. SIGEB. GEMBL. invest. 182 successores . . . Gregorii cavere debent scandalum nec -ent noviter reges in suis antiquis iuribus. DIPL. Heinr. IV. 368 (spur.) ut in bonis . . . ac familiis eorum nullus eos *(fratres)* -et. DIPL. Frid. I. 336 p. 171,15 advocatus si claustri incolas iniuste -verit. *al.*

II *translate i. q. obscurare – verfinstern:* WANDALB. martyr. 755 Arcitenens gelido hinc -at sidere caelum *(cf. Verg. Aen. 10, 275).* WALTH. SPIR. Christoph. II 5,218 si forte poli faciem -et Orion.

2. contristo *v.* contrasto.

contritio (-cio), -onis *f. script.* -ict-: *l.65.p.1788,61. struct. c. gen. subi.: l.67. confunditur c.* constrictio: *l.55.p.1788,2.*

I *proprie i. q. actio conterendi, comminutio – Zerreibung, das Zerschlagen:* **A** *gener.:* **1** *confractio – das Auf-, Zerbrechen:* ALBERT. M. animal. 5,63 murileguli . . . student, ut conterant eas *(barcoras)* vivas, quoniam si praemoriantur ante -em, eiciunt florem. **2** *manducatio – das Kauen:* ALBERT. M. veget. 3,69 in gustu . . . propter -em (constrictionem *B*) et humidum salivale . . . in actu efficiuntur qualitates. **3** *actio obterendi, opprimendi – das Zerschmettern, Zermalmen:* MIRAC. Pirmin. 3 p. 32,6 urbani . . . adcurrunt, . . . perculsi dolore, non dampno parietis, sed -cione plebis. **4** *eversio, ruina – Zerstörung:* WETT. Gall. 8 illi *(incolae)* . . . conati sunt adfligere eos *(servos Dei)* propter deorum suorum -es. **B** *spec.:* **1** *techn. et pharm. i. q. actio terendi, contundendi, comminuendi – das (Zer-)Reiben, Zerstoßen, Zerstampfen, Zerkleinern:* COMPOS. Luc. T 9 lapis adama nascitur ex cathmia et auri coctione in prima -ctione massae. MAPPAE CLAVIC. 150 tere in mortario . . .: post -em *eqs.* TURBA phil. 36 p. 143,11 absque manuum -e. p. 143,17 -o philosophorum. CIRCA INSTANS p. 16 bv *tragacanthum* per se debet teri, quia -i resistit. Ps. CALID. secret. 7 decoctio, -o atque cribratio. THADD. FLORENT. cons. 146,7 terantur optime reubarbarum et agaricum -e ultima. *saepe.* **2** *medic.:* **a** *strictius i. q. contusio, vulneratio – Quetschung, Verletzung:* CONSTANT. AFRIC. theor. 6,4 p. 26br si . . . ossibus accidat *separatio*, dicitur fractura . . ., si in mediis lacertis, constrictio (-o *ed. Basil., sim.* IOH. IAMAT. chirurg. 1,1). GERH. STED. annal. p. 227,29 dux de equo corruit et ex -e tibiae ab itinere . . . impeditus est. ALBERT. M. veget. 6, 78 confert *calamus* -i lacertorum (6,474). *in imag.:* WENR. epist. 3 p. 288,17 nullus *sanctorum patrum* tales -es talibus alligaturis aliquando refecit *(cf. Vulg. psalm. 146,3).* HILDEG. div. op. 1,4,90 p. 869A Domine, . . . sana -es cicatricum vulnerum meorum. *al.* **b** *latius i. q. corruptio, defectio – Versehrtheit, körperliche Beeinträchtigung, Entkräftung:* HILDEG. phys. 3,26 p. 1235B quod omnes humores hominis, qui in alienam viam . . . gelwe fellis vertuntur, emendes per vivens Verbum, quod hominem absque -e eius fecit. ALBERT. M. animal. 25,41 ex morsu horum *(serpentium)* accidit apostema dolorosum et primo -o (*Avic.* post -em) totius corporis, deinde putrefactio *eqs.*

II *translate:* **A** *gener.:* **1** *afflictio, calamitas, miseria, pernicies, vexatio – Bedrängnis, Elend, Unglück, Verderben, Heimsuchung:* EPIST. Col. 2 flagitamus . . . mederi lacrimabilem -em. EKKEH. I. (?) Wibor. 29 p. 76,5 metu populi -is. THIETM. chron. 8,30 iste annus nova nuncupacione . . . magna -cio . . . appellari potest. HUMB. Sim. 2,3 p. 143,38 Abiron atque Chore duplici -e, corporis scilicet et animae, creduntur contriti (RAHEW. gest. 4,14 p. 249,2. *al.; cf. Vulg. Ier. 17, 18*). PETR. DAM. epist. 76 p. 379,15 praevalet Deus ex alienis -bus nobis utilia providere. TRACT. Garsiae 174 has intolerandas -es, has plagas . . . sustinuit Romanus pontifex. *al. meton.:* CHART. Scafhus. 57 p. 93,12 (a. 1120) ut per apostolicam auctoritatem sitis . . . spes humilium, -o superborum. **2** *clades – Niederlage, Vernichtung:* COD. Karol. 27 p. 531,29 desiderium . . . nobis inheret, . . . vestris *(sc. Pippini regis)* salutaribus profectibus gratulari et contra inimicorum -em agnoscere. **3** *punitio, castigatio – Bestrafung, Züchtigung:* EKKEH. IV. bened. I 16,53 sanet commotam salubris -o (gloss.: punitio) terram. MANEG. ad Gebeh. 37 p. 375,1 qualemcunque afflictionem vel -em corpore patiantur *haeretici.* **4** *remotio, sublatio – Beseitigung, Ausschaltung:* ALBERT. M. myst. theol. 1 p. 457,45 ut *discipulus* 'circa' intellectus 'mysticos relinquat sensus et intellectuales operationes forti -e' (*PG 3,997B* διατριβῇ), quasi conterendo sub lumine divino *(per pravam interpr.).* **B** *theol. i. q. compunctio, dolor peccati, paenitentia – Reue, Zerknirschung, Bußfertigkeit (de re v. A. M. Landgraf, Dogmengesch. d. Frühscholastik. III/2. 1955. p. 244sqq.):* **1** *def.:* CAES. HEIST. mirac. I 2,1 p. 56,5 -o est cordis poenitudo, scilicet dolor de peccatis, partim surgens ex timore gehennae, partim ex amore coelestis patriae. ALBERT. M. sacram. 117 p. 81, 54sqq. -o dicit dolorem, inquantum refertur ad diversas species peccati, et propter hoc dicitur -o quasi simul tritio. 119 p. 82,60 attritio et -o non sunt idem. *al. v. et p. 1125,61sqq.* **2** *exempla:* CONC. Karol. A 37,36 mentem . . . et corpus, quae libido traxit ad culpam, afflictio et -o debet reducere ad veniam. NOTKER. BALB. gest. 1,21 p. 28,15 ut . . . acrioribus ieiuniis et -cione cordis . . . peccatum . . . abluere niteretur *episcopus* (BRUNO MAGD. bell. 90 p. 84,17. *saepe*). AMARC. serm. 3,371 -cio crebra. RAHEW. gest. 3,20 p. 194,1 his et similibus se cum magna mentium -e Grecis de obiectis excusantibus. ALBERT. STAD. chron. a. 1218 Otto imperator . . . ineffabili -e compunctus. *saepe. accedente notione castigandi:* RUD. TRUD. gest. 2,11 iram eius *(Dei)* . . . portare in humilitate cordis et -e carnis. RYCCARD. chron. a. 1215 p. 66,28 propter <carnis> maceration em et -ctionem.

***contritor,** -oris *m. oppressor, exstinctor – Unterdrücker, Vernichter:* DIPL. Otton. II. 315 p. 372,30 humilium adiutor, superborum -r domnus Otto.

***contritura,** -ae *f. contusio – Quetschung:* RECEPT. Sangall. II 132 capit. p. 40,12 ad -as et rupturas.

***contrivo,** -ere. *(a* contrivi *formatum) prosternere, perdere – niederwerfen, vernichten:* DUDO hist. 3 p. 98,48 timore perterriti *(sc. rex comesque),* ne . . . duorum ducum militum frequentia -rentur subacti.

***contro,** -avi, -are. **1** *contradicere, denegare, contendere – wider-, absprechen, streitig machen:* CHART. Ital. Ficker 19 p.

[Hellmuth]

25,4 (a. 903) volo scire, si contendere aut -are volueritis. DIPL. Otton. I. 344 mandamus vobis *(abbatissae)* precipiendo, ut nullatenus -etis ei ipsum monasterium, sed . . . lassate eundem abbatem ordinare eundem locum. *ibid. iterum. in struct. contam. (c. dat. dupl.):* DIPL. Otton. II. 266 p. 309,24 Iohannes abbas . . . causaverat adversum . . . Landulfum comitem, ut -asset ei in parte sui monasterii terris. *ibid. al.* **2** *?intercludere – ?versperren:* LEX Alam. capit. 59 p. 47 (cod. 8) si quis alii via -verit (*ni corrupt.; cf.* 58 p. 46 [cod. 4] *et* 58 p. 47 [cod. 11] contradixerit). **3** *?resistere – ?sich wehren:* LEX Baiuv. 4,27 si quis liber . . . fugerit, et alius eum per vim constare (-are *sP*) fecerit.

controeo *v.* contraeo.

controversia (-rav-), -ae *f. script.* -ves-: *l. 50. adde* GLOSS. II 147,7 St.-S.

I *lis, contentio, iurgium, dissensio, altercatio, conflictio – Auseinandersetzung, (Rechts-)Streit, Streiterei, Zwist, Konflikt:* **A** *strictius:* **1** *publ., iur., canon.:* **a** *de lite (privata) super iura, possessiones sim. habita:* **α** *in univ.:* LEG. Wisig. 3,1,5 p. 130,3 omni -a s o p i t a (DIPL. Frid. I. 497 p. 424,27. CHART. civ. Erf. 265 p. 166,31. *al.*). LIBER diurn. 104 ut nullus . . . praesumat . . . quamlibet requisitionis -am vobis . . . i n f e r r e (DIPL. Ludow. Germ. 56 p. 77,34. *al.*). CAPIT. reg. Franc. 252,21 si quis presbyter contra laicum . . . aliquem habet querimoniae -am. EPIST. Adm. 23 super -a, que diu a g i t a t a est inter nos *(sc. episcopum)* et fratres Cremesmunstere de electo eorum (OTTO FRISING. gest. 2,7 p. 107,20. *al.*). ANNAL. Plac. a. 1270 p. 544,47 de omnibus litibus et -aversiis et questionibus, que inter utrasque partes vertuntur (*sim.* CHART. Carinth. V 75 p. 51,35). *persaepe.* **β** *actio (causae), iudicium – Gerichtsverfahren, Prozeß:* LEG. Wisig. 2,5,10 quia . . . de statu scripturarum solet dubietas in -is exoriri. *al.* CONST. imp. I 50 p. 97,1 non aliquis monachus . . . in quacumque -a sive criminali sive civili iusiurandum compellatur . . . subire. DIPL. Frid. I. 858 p. 92,39 decet . . . imperatorem . . . in promulgatione sententie, qua omnis -a iusto fine clauditur, prudentem sollertiam adhibere. CHART. Bund. 556 p. 57,5 super lite et -a, que v e r t e b a t u r . . . inter Menegacium decanum . . . ex parte una et ex altera Anselmum (569). *saepe.* **γ** *causa, quaestio – Streitfall, -frage:* BERNH. CONST. damn. 7 qualiter . . . sit determinanda huiusmodi coniecturalis -a. TRAD. Ratisb. 771 que -a cum ante abbatem Reginhardum venisset et ipse gestę rei ordinem audisset. CONST. imp. I 236 quod . . . seculares -am nusquam nisi in curia nostra ad discutiendum debent transferre. *al.* **b** *de contentione inter reges, civitates, factiones sim. habita:* CAPIT. reg. Franc. 45,14 si causa vel intentio sive -a talis inter partes propter terminos . . . regnorum orta fuerit. ANAST. BIBL. epist. 5 p. 414,2 -am, pro qua disponenda et diffinienda . . . a praesulibus nostris destinati sumus, . . . sane dissolvimus. REGINO chron. a. 888 p. 129,28 ex qua dissensionum -a (-esia *A1 B1.2*) tanta strages . . . facta est, ut *eqs.* WIPO gest. 7 p. 30,9 ex qua audacia diu magna -a inter regem et Papienses habita est. EXCERPT. Widon. (MG Lib. Lit. I p. 462,3) de -a presenti inter sacerdotium et regnum. DIPL. Frid. I. 363 p. 216,8 pro . . . -a, que inter nos et regem Francorum pro scismate Romane ecclesie iam diu agitabatur. *saepius.* **2** *usu communi i. q. disceptatio, disputatio, diversitas – (wissenschaftliche) Kontroverse, Diskussion, Meinungsverschiedenheit:* BEDA hist. eccl. 3,25 p. 182,20 gravior de observatione paschae . . . -a nata est. ALCUIN. epist. 172 p. 285,5 quidam Iudaeus . . . cum Petro magistro habuit disputationem, et scriptam esse eandem -am . . . audivi. BERNOLD. CONST. chron. p. 394,24 sunt quidam, qui inquisiti praefatis embolismorum -is hac ratione medentur, quod *eqs.* ALBERT. M. sent. 4,12,6 p. 299[a],28 an debeat confici in azymo vel fermentato propter Graecorum -am. animal. quaest. 3,3 p. 125,20 circa istam quaestionem magna est -a inter medicos et Philosophum vel philosophos. *al. expressius i. q. interpretatio contraria – gegenteilige Beurteilung:* LIBER de unit. eccl. 2,15 p. 229,10 ideoque huius exempli -a a nobis reprobatur. **B** *latius:* **1** *molestia, simultas, contumelia – Belästigung, Widerwärtigkeit, Feindseligkeit, Schmach:* EIGIL Sturm. 18 eius *(abbatis)* ulterius -am ferre non valentes . . . eum abiecerunt *fratres*. DIPL. Loth. I. 116 p. 268,13 episcopus a quibusdam hominibus contra nostram auctoritatem non modicas exinde patitur -as. DIPL. Otton. I. 428 quę *(vineta)* . . . monasterio ex -a quorumdam ablata. THIETM. chron. 7,39 Miseconis filia . . ., quae a viro suimet diu depulsa non minimam cum caeteris perpessa est -am. DIPL. Heinr. IV. 442 p. 595,12 hominibus naufragium patientibus aliquam -am inferre *nemo* presumat. *al.* **2** *rixa – Rauferei:* LEX Ribv. 24 capit. p. 55 (cod. A6.7) de servorum inter se ictuum -a. VITA Hildulfi 2 dum . . . multi talium *(sc. puerorum)* -is forensibus, alii ludis multiplicibus . . . intenti obstupescant. **3** *pugna, faida – kriegerische Auseinandersetzung, Kampf, Fehde:* ANNAL. regni Franc. a. 811 p. 135,5 imperator . . . misit alterum *(exercitum)* in Pannonias ad -as (-aversias *var. l.*) Hunorum et Sclavorum finiendas. OTTO FRISING. gest. 2,43 capit. p. 101,19 de -a inter Maguntinum archiepiscopum et palatinum comitem de Rheno. CHART. Bund. 879 p. 329,27 quod dominus H. de Ruchuns . . . universam -am, quam de morte patris sui contra communitatem ecclesie Desertinensis conceperat, . . . remisit. *al.*

II *contradictio – Widerspruch:* **A** *strictius:* **1** *in univ.:* EPIST. Worm. I 34 p. 63,18 Deus omnem . . . excusationem ipothetica -a eliminat dicens: *'eqs.'* EPIST. Ratisb. 22 p. 349,26 non me effugit multa me dixisse, quę -am incidere possunt. *locut.* sine, absque -a *i. q. sine dubio, nullo obloquente – ohne Zweifel, ohne Widerrede:* ERMENR. ad Grim. 12 p. 547,20 quanto magis auctori totius artis sine ulla -a licitum est . . . uti regula sua. HUMB. Sim. 3,26 p. 232,25 sine -a concedatur eis accipere . . . spiritum sanctum. EPIST. Meginh. 41 p. 244,10 tum archiepiscopus . . . absque omni -a eum *(episcopum)* symoniacum pronunciavit. *al.* **2** *in formulis chartarum i. q. impugnatio, inquietudo, vindicatio (alterius) – Anfechtung, Einspruch, Anspruchsrecht (eines anderen):* FORM. Marculfi 1,35 l. 33 ut omnis facultatis . . . a b s q u e cuiuslibet inlicitas -aversias (-as *var. l.*) inibi . . . proficiat (TRAD. Frising. 414. DIPL. Arnulfi 138. *al.*). DIPL. Loth. III. 80 p. 126,5 ego . . . traditiones . . . signo sigilloque meo c o n t r a o m n e m in perpetuum -am communivi (DIPL. Conr. III. 56 p. 95,32). CHART. Pommerell. 40 tuguria . . . ab omni exaccione libera esse volumus . . . et ab omni -a. *al.* **B** *latius:* **1** *criminatio, accusatio – Beschuldigung, Anklage:* REGINO chron. a. 800 p. 62,23 cum nullus probator . . . appareret, qui locum -ae subire presumeret. **2** *contumacia – Widerspenstigkeit:* WOLFHARD. Waldb. 2,11 p. 240,8 ut mundalis -a stoliditatis palam agnosceret, quid Christi . . . omnipotentia quiret.

controversialis, -e. *ad controversiam pertinens – zur Auseinandersetzung gehörig, Streit-:* BERTH. (?) annal. a. 1078 p. 310,49 sermone -i utrobique . . . habito.

***controversio** (-rav-), -onis *f.* **1** *lis – Rechtsstreit:* CHART. Turic. 606 (a. 1244) cum inter . . . conventum . . . ex una parte et Iohannem . . . ex altera lis et -o diu verteretur pro eo, quod *eqs.* CHART. Bund. 977 -em, quam habui . . . cum preposito et conventu . . . super decimam. **2** *contradictio, impugnatio – Widerspruch, Anfechtung:* DIPL. Heinr. III. 317 p. 435,14 corroboramus tria massaricia . . . huic monasterio concessa, ut seculariter teneat omnium hominum sublata -aversione (*inde* DIPL. Frid. I. 324 p. 150,31 -e).

1. controversor, -atus sum, -ari. *usu pass.: l. 70.* **1** *intrans.:* **a** *disputare, controversiam facere – erörtern, (gelehrt) streiten, disputieren:* RICHER. REM. hist. 3,57 ut, si incautus appeteretur, maiorem -andi animum in contrarium moveret *Gerbertus*. EPIST. Hann. 75 p. 122,32 soleo dubitandus mecum agere et -ari, quęnam initia nos in hanc animorum unitatem invitaverint. **b** *contradicere – widersprechen:* TRAD. Formb. 155 (c. 1126) quam *(investituram)* . . . genitrici Dei satisfaciendo nullo -ante persolvit *nobilis*. **c** *queri – sich beschweren:* BERTH. (?) annal. a. 1076 p. 285,12 induciae, pro quibus nunc . . . minime datis maxime -ti sunt *synodiaci.* **2** *trans. i. q. vexare, molestare – drangsalieren, belästigen:* DIPL. Frid. I. 691 p. 211,21 ut . . . prescriptas res . . . quietudine habeat *episcopus*, ita ut a nullo . . . nostrorum fidelium -etur aut inquietetur.

2. *controversor, -oris *m. litigator – Prozeßgegner:* CHART. Argent. I 122 p. 101,39 (a. 1187) capitulum XVII libras

[Hellmuth]

. . . tradidit; econtra . . . -es, quicquid iuris in . . . parte molendini . . . videbantur habere, . . . capitulo resignaverunt.

controversus (-rav-), -a, -um. **1** *proprie i. q. contrarius, oppositus – entgegengesetzt:* THEOD. carm. (NArch. 39. 1914. p. 163; c. s. XII.) favonius . . .; hinc -aversum solanum *eqs. expressius i. q. in contrarium versus – entgegenstehend, -gerichtet:* CARM. de monstr. Ind. 67 (RheinMusPhil. 119. 1976. p. 275; s. XII.2) qui *(tauri)* ⌞-aversis horrescunt corpora setis⌟ (-aversus . . . fetus *cod.; v. adn. ed.*). **2** *translate i. q. repugnans – im Widerspruch stehend:* MANEG. c. Wolfh. 3 p. 49,9 quorum *(sc. philosophorum)* plures . . . contra se dissonas et -as sententias in animę suę iudicio ediderunt. PAUL. BERNR. Greg. 61 p. 507,25 -us Deo *(sc. Heinricus IV.)*, quod deliberaverat, nequaquam ad effectum perducere potuit.

adv. **controversim.** *incontra – dagegen, umgekehrt:* WIBALD. epist. 167 p. 283,16 et -m acutior illa collectio. *Hellmuth*

contrudo, -ere. **1** *coacervare – anhäufen, ansammeln:* FRANCO LEOD. circ. 1,22 aurum in massam -ere diabolicum putas, distribuere . . . humanum. **2** *protrudere, inicere – hineinschieben, -'schubsen':* ALBERT. M. animal. 23,119 retrorsum in rete -itur *phasianus*.

?***contrunco,** -atum, -are. (con *et* truncus) *dolare, e truncis fabricare – zurechthauen, aus (rohen) Stämmen zimmern: v. p. 1645,54.*

***contrutino,** -atum, -are. *perpendere, trutinare – abwägen:* TRANSL. Dion. Ratisb. epist. p. 354b,45 ab his *(viris)* decalogus vere -tus inspicitur et inspectus perficitur.

***contubernacularis** (-tab-), -is *m. contubernalis, socius – Kamerad, Genosse:* SUMM. Heinr. C p. 209 contubernalis/ contubernialis quasi contabernacularis/-is, id est heregisello.

***contubernaculum,** -i *n. contubernium, aula regia – Gefolgsleute, Hofstaat:* CHRON. Reinh. a. 1189 p. 543,35 imperatorem . . . suscepit et . . . cum omni -i frequencia largis sustentat stipendiis *rex Ungarorum*.

contubernalis (-nia-), -e. **1** *adi.:* **a** *de hominibus i. q. ad contubernium pertinens, domesticus – zur Familie, Hausgemeinschaft gehörig:* DIPL. Heinr. II. 390 p. 501,34 (spur. s. XI.ex.) petitione nostrae dilectae atque -ialis coniugis Cunigundae. NARR. de rel. Scafhus. 4 p. 956,7 ne fidelibus Domini Salvatoris veniret vacua, sed ut eos . . . letificaret donis, quorum fuerat . . . socia -is. **b** *de rebus incorpor. i. q. in (contubernii) communione exsistens – beruhend auf, sich ergebend aus der (Haus-)Gemeinschaft:* MIRAC. Adalh. 2,2 (MGScript. XV p. 864,15; c. 1100) quasi pro -i (-iali *var. l.*) foedere ad requirenda eius *(s. Petri)* bona fungebatur legatione. CHART. Udalr. August. I 19 cum ministeriales . . . pro -i obsequio ab abbate . . . calceos hiemales iure feodali repeterent. CHART. Turg. III 419 p. 197,21 pauperibus . . . lepre flagello perculsis ac humane familiaritatis -i solatio destitutis . . . panes . . . ministrare. **2** *subst. masc. et fem. (usu attrib.: l. 59):* **a** *cohabitator (-trix) – Hausgenosse (-in), Mitbewohner(in):* HEITO Wett. 10 mansio mihi et alio data -i meo. PETR. DAM. epist. 124 p. 410,20 Christus tibi -is sit et conviva. CHART. Mog. A I 462 p. 370,27 si quis homo predictę ęcclesię uxorem in -ialem legitime duxerit. ALBERT. M. summ. creat. 1,58,3 p. 608b,17 quod angelus est cum anima, Deus in anima; ille ut -is animae inest, Deus ut vita. *saepius*. **b** *sodalis, socius (-a) – Begleiter(in), Gefährte (-in), Genosse (-in):* VITA Desid. Cad. 9 (epist.) regi sis fidelis, -es diligas. VITA Burch. Wirz. 2 misit nobis Deus virum -ialem (-em *var. l.*), cui *eqs.* GUNZO epist 15 p. 48,26 Helię non immerito quis eam *(Astream)* -ialem (-em *V*) dixerit, cui *eqs. al. v. et l. 29.*

adv. ***contubernaliter.** *more contubernalis, convivae – als Haus-, Tischgenosse:* VITA Richardi 3 contigit . . ., ut . . . comes . . . hospitio huius viri . . . -r frueretur.

***contubernia** *v.* contubernium.

contubernialis *v.* contubernalis.

***contuberniolum,** -i *n. parva manus – kleine Schar:* VITA Landel. Laub. 429 -tūberniolo comitum fretus venerando, quos iam litterulis depinxit scedula tupis *(i.* typis; *hos duos versus post v. 421 transponendos esse ci. H. Antony).*

contubernium, -i *n. vel raro* ***contubernia,** -ae *f. script.* -urb-: *l. 8. consortium, communio, societas – Gemeinschaft, Gesellschaft (plus minus vigente notione cohabitandi, convivendi):* **1** *proprie:* **a** *strictius:* **α** *in univ.:* EINH. Karol. 19 p. 25,8 dicens se earum *(filiarum)* -o carere non posse. RUOTG. Brun. 43 p. 45,15 cum . . . Bruno . . . fratris sui . . . -a . . . reliquisset. PETR. DAM. epist. 28 p. 272,1 nec abesse sibi per spiritale -um credit *sacerdos,* quos *eqs.* UDALSC. Egin. 22 p. 441,14 episcopus in regiae -urbernio expeditionis Italiam proficiscitur. DIPL. Frid. I. 25,6 si clericus . . . pacis violatorem in -o suo habuerit. 171 p. 291,24 in sustentatione servorum Dei civium celestis patrie -um promereri. CARM. Bur. 33,5,10 prelati vita vilium vilescit -o. ALBERT. M. sacram. 232 p. 151,72 in quibus *(foventibus societatem)* consistit -um et convivatus. *saepe*. **β** *de convictu monastico:* WILLIB. Bonif. 2 p. 9,11 abbatis . . . elegit magisterium fratrumque secum . . . viventium -am (-a, -um *var. l.*). AGIUS vita Hath. 3 parentum tectis ancillarum Dei -um anteponens. VITA Mathild. I 7 p. 126,4 puellam . . . rex tradidit in -um sanctimonialium. *al.* **γ** *de concubinatu:* CONC. Merov. p. 68,12 cum presbyteri . . . permixtionis . . . -um permutent germanitatis affectu. NICOL. I. epist. 99,2 p. 569,30 quanto potius a carnali oportet inter se -o cessare, quos *eqs. al. v. et p. 1769,5.* **δ** *de matrimonio:* NICOL. I. epist. 99,3 p. 569,37 in nuptialibus -is (*postea:* foedera). **ε** *de confoederatione:* OTTO FRISING. gest. 2,20 p. 122,9 a Mediolani -o recedere Papiaeque sociari (RAHEW. gest. 4,11 p. 246,3). NARR. itin. nav. p. 183,1 que *(Galicia)* nobis -o iuncta est. **b** *latius:* **α** *commercium – Umgang, Verkehr:* HIST. Mosom. 1,6 p. 150,37 cum neque legum iudicio neque civili -o, quae sua erant, quiete possidere potuisset. EBO BAMB. Ott. 1,1 domna . . . Iudita, cui familiare -um prestabat. *al. v. et p. 723,3. consuetudo, familiaritas – Vertrautheit, Freundschaft:* DESID. CAD. epist. 1,5 recordatio -i et dulcido auspicatae indolis. EPIST. var. II 24 antiqui -i memor esse. **β** *participatio – Anteil, Teilhabe:* DIPL. Otton. I. 356 p. 488,39 quatinus . . . felicitatis aeternae -um nobis non denegetur *(cf. Vulg. Luc. 16,9). al.* **2** *meton.:* **a** *coetus, manus, grex – Schar, Gruppe, Truppe:* **α** *in univ.:* ALCUIN. epist. 187 p. 313,29 legimus Dominum discipulis praecepisse, ut turbas per -a (-as *var. l.; cf. Vulg. Luc. 9,14* convivia) discumbere fecissent. VULC. Bard. 5 p. 320,4 milites . . . sui *(episcopi)* . . . ab eo recedentes regalibus sese subdiderunt -is. ANNAL. Ianuens. I p. 75,4 predecessoris sui . . . atque aliorum multorum sanctorum -is . . . sociari meruit *Syrus. al. adde de receptione:* ULMAR. Ved. 6 (MGScript. XV p. 400,17; a. 875/ 80) recusantibus illis *(nautis)* consortium nostrorum, nisi darent solidos -i. **β** *conventus – Konvent:* HUGEB. Willib. 5 p. 102, 22 felicem fratrum -am sedulis disputationum admonitiis . . . docebat. FORM. Bitur. app. 4 abbatissae una cum omni -o ancillarum Dei vobiscum degentae. VITA Pirmin. I 5 p. 25,15 Deo . . . aedificavit domum atque suorum alumnorum . . . dimisit -um. BERNO epist. 15 cum omni -o Augiensium fratrum. ALEX. MIN. apoc. 20 p. 425,29 moniales eiusdem -i. *saepius*. **γ** *(latronum) manus – (Räuber-)Bande:* LEX Sal. Merov. 72 (rec. B) si quis ingenuam feminam . . . -o facto seu in itinere . . . adsalierit. LEX Ribv. 45,2 si quis a -o probabiliter ligatus super res alienas fuerit. *al.* **δ** *comitatus – Begleitung, Gefolge:* VITA Liutg. I 29 p. 75,18 quidam ex eius -o clericus (clericis *A et ed.*) . . . vigilavit. OLBERT. Veron. 5 venit . . . vir . . . nec a -o suorum solus, sed collegio sex mulierum . . . comitatus. *al. de aula regia:* LAMB. HERSF. annal. a. 1073 p. 167,6 tanta in me incanduit *rex* indignatione, ut a -o suo . . . me amoveret. **b** *sedes, domicilium – Wohnsitz:* LUP. FERR. epist. 116,5 vos elegit, . . . intra quorum collegium admissus vicarium nostri loci -um possideret. HELM. chron. 41 p. 84,5 eo quod fuerit illic Heinrici familiare -um. 55 p. 107,5 in quibus *(circumiacentibus)* Saxonum erant -a. *al. v. et vol. I. p. 1077,3.* **3** *translate et rebus:* WOLFHER. Godeh. I praef. p. 167,46 ut . . . quodam copulationis -o alternatim semet . . . iungat seiungatque conexio *fluctuantis materiae*. ARIBO mus. 5 p. 57 diatesseron et diapente . . . in quibusdam cantilenis suum ostendunt -um.

contubernius, -i *m. contubernalis, socius – Kamerad, Genosse:* GLOSS. IV 48,43 St.-S. -us ginoz vel gisello. III 426,42. IV 169,30. ANNAL. Ianuens. II p. 27,2 Hugo . . . ad superna

[Dinter]

gaudia transmeavit et beato Syro aliisque -is meruit . . . sociari *(ni subest* contubernium, *cf. p.1792,42)*.

contudelon *v.* cotyledon.

contueor (-uor), -eri *vel rarius* **contueo,** -ere. *partic. praes. usu subst.: l. 9. 12.* **1** *intueri, (in)spectare, videre – sehen, (an)schauen, betrachten:* **a** *proprie:* RATHER. quadrag. 2,37 l. 747 Deus . . . , caput universorum, oculi omnia -entes. PETR. DAM. epist. 165 p. 199,25 sanctitatis illum *(monachum)* opinio -entibus plerumque commendat. YSENGRIMUS 3,118 -uor in primo te calidum esse gradu. 3,225 -uor (cum tuor *B*) ac stupeo. CHART. Brixin. 152 p. 165,23 universi . . . presens scriptum -entes. *al.* **b** *translate:* **α** *perspicere, intellegere – einsehen, erkennen:* SCHOL. enchir. 419 id apertius -eri (intueri *Kr*) poteris, si *eqs.* ALBERT. M. metaph. 7,1,6 p. 326,42 intellectus noster non surgit ad theologica -enda, nisi *eqs. al.* **β** *respicere – Rücksicht nehmen (auf):* AMBR. AUTP. Pald. 12 (MGLang. p. 552,39) si considerare negligat *abbas* et -ere infirmorum imbecillitates. DIPL. Constantiae 8 p. 28,18 si iusta fidelium nostrorum desideria imperialis . . . -etur immensitas. **2** *tueri, (con)servare – schützen, bewahren:* **a** *in univ.:* DIPL. Frid. I. 226 p. 12,13 tamquam nostra propria ipsum *(comitem)* et sua imperialiter -emur. CHART. civ. Spir. 28 p. 30,17 ecclesias Dei . . . a malo futuro -eri. *al.* **b** *tegere, occultare – decken, verbergen:* ORD. iud. Dei A 2^{b} p. 607^{b},7 si culpabilis . . . per herbas peccata sua -eri (tueri *3*) voluerit. 12^{b} p. 617,8.

contuitio (-cio), -onis *f.* **1** *tuitio, conservatio – Schutz, Bewahrung:* BERTH. (?) annal. a. 1077 p. 291,29 quicquid eis optimum videretur de statu regni . . . et vitae illorum necessaria -e. CHART. civ. Spir. 28 p. 30,15 cum ex officii nostri . . . gracia benignitatis et amminiculo -cionis equaliter omnibus teneri videamur. **2** *conversatio, observantia – Wandel, 'Observanz':* BERTH. (?) annal. a. 1077 p. 303,27 quorum *(magistrorum)* . . . collatione, disciplina et -e salutari . . . se undique praemuniri cupiebat *imperatrix*.

contuitus, -us *m. script.* quon-: *l. 52.* **1** *contemplatio, consideratio – Betrachtung, das Anschauen:* **a** *corpor.:* ALBERT. M. eth. II 9,3,6 p. 598^{a},2 sensum (sensus *ed.*), quo utitur *amicus* circa seipsum et quem eligit ad suiipsius -um et notitiam habet, eligit etiam ad amicum noscendum (nocendum *ed.*). **b** *spirit.:* BEDA temp. 15 cum . . . lunae conversio mentis gloriam de terrenis ad caelestem doceat mutari -um. ALBERT. M. sent. 3,35,3 p. 647^{b},47 carnalitas deprimens a -u divinorum. div. nom. 1,18 p. 9,57 dicitur . . . 'contemplatio' propter simplicem -um essentiae simplicis. anim. 3,2,11 p. 192,38 -us . . . intelligibilis indivisibilis et unus est ante scientiam et post. **2** *obtutus – Blick:* ARNO REICHERSB. scut. p. 1501^{A} quod muri . . . obstacula . . . -um impedire non valuerint. **3** *aspectus, species – Anblick:* IULIAN. TOLET. insult. 9 sub isto te *(sc. Galliam)* semper humilitatis -u agens. TUTO opusc. 5 p. 129,31 nec repentino militum adventu nec armorum -u . . . conterritus. **4** *respectus – Hinblick, Hinsicht:* IULIAN. TOLET. Wamb. 30 utraque pars in -u (quon- *1d*) quodam sese lectionis huius inspiciens. RANGER. carm. 1057 ex hoc -u, quia Christus filius esse creditur . . . cum genitore Deus.

***contulitio** (-llicio, -lacio), -onis *f.* *(v.* confero *p. 1293,41) collatio, donatio – Verleihung, Schenkung:* FORM. Andec. 31 qualiter aliquis homo . . . fuit . . . naufragium passus et exinde perdidit . . . strumenta sua . . . vindicionis, dotis, . . . -llicionis. 32 p. 14,33 -lacionis. FORM. Turon. 18 dono tibi per hanc epistolam -is (donacionis *A3*) . . . locello *eqs.*

***contulus,** -i *m.* (contus) *baculum, virga, contus – Stab, Stecken, Stange:* NOTKER. BALB. martyr. V. id. Iun. p. 1102^{B} -um in veru sanctus exacuit. ROD. GLAB. hist. 5,12 pannus . . . aura flante a -o elapsus . . . avolavit. *de signo:* PAUL. DIAC. Lang. 5,10 Amalongus, qui regium contum ferre erat solitus, quendam Greculum eodem -o (contu, conto *var. l.*) . . . percutiens.

contum *v.* 1. contus.

contumacia (-tia), -ae *f.* *usu plur.: p.1794,9.* **1** *pertinacia, obstinatio, immodestia, arrogantia – Hartnäckigkeit, Widerspenstigkeit, Unbotmäßigkeit, Anmaßung:* **a** *gener.:* LEX Baiuv. 12,9 si quis . . . propter -am (-tiam *P1*) legi obtemperare noluerit. CAPIT. reg. Franc. 148,1 si servi per -tiam collecta multitudine alicui vim intulerint. EINH. Karol. 28 p. 32,28 vicit . . . eorum *(imperatorum)* -am magnanimitate. DIPL. Conr. II. 251 p. 347,32 ad eorum *(civium)* comprimendam -tiam. LAMB. HERSF. annal. a. 1075 p. 208,2 r e b e l l i o n i s atque -ae pestilens . . . morbus (ORTL. chron. 1,9 p. 48,28). HILDEG. scivias 1,3 l. 564 de stultitia et -a hominis. CHART. Carniol. II 272 p. 212,3 propter -tiam subditorum. CHART. civ. Erf. 281 p. 179,6 ut de offensa satisfacerent *consules* . . . et purgarent -as *eqs. persaepe*. *spectat ad solutionem debiti:* CHART. Tirol. 635 (a. 1212) si in prescripto termino pensum curie dare per -tiam neglexerit. CHART. Brixin. 73 si in tali -a persisteret *censualis*. **b** *t. t. iur. i. q. recusatio citationis – Ladungsungehorsam:* CONC. Karol. A app. 9 p. 839,41 de sua absentia vel -a . . . dampnatum eum esse legibus iudicamus. FORM. extrav. I 3^{b} trinis est litteris evocatus et faciente -tia (incontumatia *3*) iudiciis adesse dispexit. CHART. Aquens. 184 l. 9 nec venerunt nec pro se miserunt, unde eos pro -a excommunicavimus (CHART. Solod. I 344 p. 192,12. *ibid. al.*). CHART. Carniol. II 346 p. 270,23 de citatis tercio et ob -am se a iudicio absentantibus emendam . . . iudex . . . recipiet. *saepe*. **2** *summitas (capitis), calvaria – (Schädel-)Decke:* ROGER. SALERN. chirurg. 1,337 de vulnere . . . facto in -a capitis. 338 si vulnus fuerit in -a (gloss.: id est in summitate *M*; id est eminencia *Fl*). GLOSS. Roger. I B 1,4 p. 515,27sqq.

[contumacio *v.* commutatio *p. 1015,70.]*

contumacitas, -atis *f.* *contumacia, arrogantia – Starrsinn, Anmaßung:* INNOC. III. registr. 1,118 p. 179,9 ut sic rebellium et superborum -s elidatur.

contumax, -acis. *script.:* -tim-: CHART. archiep. Magd. 192. -tom-: *l. 34.* *form.* -acus: *l. 36.* **1** *de hominibus i. q. obstinatus, arrogans, seditiosus – trotzig, widerspenstig, rebellisch:* **a** *gener.:* CHRON. Fred. 4,70 Chrotharius . . . multus nubilium Langobardorum, quos sibi sinserat -tomacis, interfecit. FORM. Marculfi 2,41 quod si non feceremus et ob hoc neglegentes, tardi aut -i (-is *A 1. 2*) fueremus. LEX Baiuv. 1,7 homo -x et superbus (CAPIT. reg. Franc. 98,20. *al.*). PETR. DAM. epist. 44 p. 30,1 quam perniciosa res spiritus -x et litigiosus in monacho. BERTH. (?) annal. a. 1080 p. 324,47 Dei iustitiae -issimi contemptores. ACTA pacis Sangerm. app. 2 p. 101,28 cum . . . Gaietani imperialis corone -es . . . et rebelles . . . papam sibi in dominum elegerint. *persaepe*. *subst. masc. (fem.: l. 46):* HUGEB. Willib. 4 p. 94,26 qui *(Deus)* . . . suos . . . inter carceres et -ium catervas . . . protegere . . . dignatus est. WALAHFR. Gall. 1, 5 -ium sterilem turbam reliquit *Columbanus*. HROTSV. Sap. 5,3 cur dignaris cum hac -e verba miscere? DIPL. Frid. I. 120 p. 203,16 ut -es iusta severitate puniat *imperialis excellentia*. STATUT. ord. Teut. p. 75,8 fratres . . . debent . . . per . . . districtas emendaciones flectere -es. *saepe*. **b** *t. t. iur. i. q. (citationi) non parens – (die Ladung) verweigernd:* CHART. episc. Hild. II 216 p. 91,9 (c. 1227) nec per se nec per nuntium . . . comparuit *miles*; ipsum . . . -em iudicavimus et pro contumatia excommunicavimus. CHART. Tirol. notar. I 92 p. 45,32 condempnamus . . . Tomasium absentem et -em in dictis sex libris. CHART. Stir. IV 82 p. 52,19 ut . . . eam *(partem)* -em reputare . . . deberemus. *al.* *subst. masc.:* FORM. extrav. I 3^{b} ut . . . nos adversum se secundum legis in -es ferre sententiam recognoscat. DIPL. Otton. III. 339 p. 768,46 -em tertia vice vocatum datum iudicatum firmum est *(cf. Cod. Iust. 7,43,9)*. CONST. Melf. 1,100 p. 162,16 eadem censura . . . facienda <est> contra evidentes et expressim -es, qui *eqs. al.* **2** *de morbo i. q. permanens, pertinax – fortdauernd, hartnäckig:* CHART. Sangall. B 459 p. 333,7 (epist. papae s. XIII.$^{med.}$) qui *(zelus noster)* morbum eius post fomenta lenia -em *(an leg.* continuantem*?)* gladio sectoris inpetiit.

adv. **contumaciter**. *script. compar.* -tius: *l. 71.* **1** *pertinaciter, arroganter, superbe, seditiose – trotzig, anmaßend, überheblich, aufsässig:* LEX Baiuv. 14,16 si quis . . . -r alterius iumento . . . hoc iniuste perpetraverit. ARBEO Emm. 27 qui *(extorquentes)* suae crudelitatis in eum -r manus inponebant. MANEG. ad Gebeh. 25 p. 357,27 imperatam . . . sibi contumatiam et rebellionem rebellius et -tius . . . publicabant. ANSELM. Hav. dial. 1,9 p. 78,26 fuit Manes . . . duo principia -r docens. DIPL.

[Dinter]

Frid. I. 137 p. 231,29 cetera . . . , quę . . . presumptuose et -r retinet. Const. imp. II 300 p. 414,27 creditor debitorem . . . traxit in causam conquerens ipsum -r et violenter, quod vulgariter wreveliche vocatur, pecunie sibi debite solutionem neglexisse. *saepe*. **2** *inoboedienter – aus Ungehorsam (usu iur.):* Chart. Bund. 466 p. 358,20 (epist. papae a. 1194) si . . . episcopus ab eorundem iudicum presentia se -r absentaret *(sim.* Chart. episc. Misn. 65. *al.)*. Chart. Salem. 441 cum . . . Alwicus -r de iudicio recesserit. *al.*

contumelia, -ae *f. vel raro* **contumelium,** -i *n. script.:* cumt-: *l.17.* -mil-: Aethicus p. 170,11. -mul-: *l.17. ?usu attrib.: l.15.*

1 *strictius:* **a** *de actione:* **α** *ignominia, probrum, offensa – Beschimpfung, Beleidigung, Kränkung:* Arbeo Emm. 15 cum . . . princeps . . . multis iniuriosissimis et -is . . . verbis (verba *var. l.*) in faciem illius iacularet. Form. Salisb. II 3,22 qui facit cumtumulia fratri, miser est. Thangm. Bernw. 15 pro . . . beneficiis iniuriam et -am sibi reconpensari. Vita Heinr. IV. 13 p. 40,19 cui umquam regiae personae tanta -a facta est? *eqs.* Idung. Pruf. dial. 1,79 ut . . . absque omni doloris sensu sentiam hanc -am illatam michi propter veritatem. Albert. M. summ. theol. II 18,119,2 p. 378^{a},11 -a . . . oritur ex ira, quando *eqs. persaepe*. *sensu pass.:* Eigil Sturm. 25 p. 162,11 (cod. W) ego cunctis . . . omnia convicia et omnes -as meas ignosco. **β** *vexatio (corporalis), vulneratio, castigatio – (körperliche) Mißhandlung, Verletzung, Züchtigung:* Leg. Wisig. 6,4,3 p. 264,26 his, qui male pertulerit aut corporis -am (-um *V6*) sustinuerit. 6,4,7$^{tit.}$ si servus ingenuo fecerit -um (-am *var. l.*). Trad. Ratisb. 25 ut iniuste -am non paterentur servi ab eo *(abbate)*. Annal. Xant. a. 848 qui *(sc. secta)* . . . -is verberum affecti reversi sunt in Galliam. Chart. Ror. 4 famuli . . . ecclesie post predas et -as in tantam audatiam proruperunt, quod *eqs.* Hist. de exp. Frid. imp. p. 50,22 qui *(imperator)* nuntios meos . . . diversis -is affecit. *al.* **γ** *vitiatio – Schändung:* Leg. Wisig. 3,3,1 p. 140,13 quidquid de raptoris rebus pro -o sui perceperat *mulier*. **δ** *incursio, violatio – Angriff, Übergriff:* Vita Poppon. 3 p. 295,43 qualiter . . . naufragia, paganorum . . . -ae (incursiones *1*) . . . in ipsis excesserint. Dipl. Conr. III. 233 de iniuria et -a, quam . . . abbati in eisdem bonis irrogant. **b** *de statu i. q. dedecus – Schande:* Annal. regni Franc. a. 778 p. 52,21 fugientes *Saxones* cum ⌞magno -o⌟ (magna -a *var. l.*) reversi sunt Saxoniam. Ioh. Scot. praedest. 18,10 odientibus eam *(disciplinam)* sit suppliciorum -a. Dipl. Otton. II. 231 p. 259,13 Regiensis ecclesie . . . in obprobrium et -am omnium ecclesiarum redacte . . . angustiis subvenientes. Lambert. Hersf. annal. a. 1071 p. 119,15 cuius *(ducis)* . . . ducatum alius in suam . . . -am invasisset. Hildeg. scivias 1,1 l. 113 homines . . . in -a dormitant. *al.* **2** *latius:* **a** *seditio – Aufstand:* Chron. Ven. Alt. p. 139,20 orta est inter . . . populum contra Otonem ducem magna -a. **b** *labor, miseria – Ungemach, Mühsal:* Liber diurn. 106 p. 140,7 pro cuius *(Christi)* amore tantam peregrinationis -am sustines.

contumelio, -avi, -atum -are. *ignominia afficere, indigne tractare – schmählich behandeln, mißhandeln:* Hugo Flav. chron. 1 p. 352,56 habita questione de eis, qui . . . papam ita inhoneste tractaverant et deponendo -verant. Gesta Vird. cont. II 6 p. 519,36 ut, qui . . . predecessorem suum -verat, et ipse . . . pari ludibrio subiaceret. Arnold. Lub. chron. 5,24 p. 201,25 a quibus *(Sclavis)* . . . antistes sepius -tus *est*. Greg. 4,16,50 ipsum *(virum Dei)* stratu rustico et verbis -at.

contumeliosus, -a, -um. *ignominiosus, probrosus, iniuriosus – beleidigend, schändlich, schimpflich:* **1** *de actione:* Regino chron. a. 885 p. 124,27 cum a ferocis . . . gentis homine durius et -ius (incontumeliosius *A1*) v e r b u m sibi esset prolatum (Petr. Dam. serm. 4,2 l. 97. *al.*). Petr. Dam. epist. 153 p. 57,15 illatis contumeliis non vox -a respondeat, sed *eqs.* Maneg. ad Gebeh. 1 p. 314,11 cum . . . tot . . . mendaciis, tot -is . . . conviciis feteant *scripta tua. al. subst. neutr.:* Bernold. Const. libell. I 3 p. 13,17 literae . . . tuae . . . te et amicam admonitionem sprevisse et insuper -a respondisse denotant. **2** *de statu:* Godesc. Saxo theol. 16 p. 243,12 -issimam, . . . turpissimam mortem crucis est . . . passus *Christus*. Hildeg. scivias 2,6 l. 2260 in conspectu meo polluti et -i apparent *adulteri*. Hugo Honaug. hom. 3,35,3 non est more Arrianorum vituperabilis et -a putanda similitudo, quae est inter Patrem et Filium. *al.*

adv. **contumeliose.** **1** *probrose, malitiose – in beleidigender, böswilliger Weise:* Epist. Meginh. 8 ne quis . . . superbe aut -e interpretari possit. Trad. Werd. 30 non pauca contumeliarum verba cum suis -e loquutus est. Dipl. Conr. III. 268 p. 464,36 si quam iniuriam ecclesię . . . sciens et -e facere presumpserit *advocatus*. *al.* **2** *ignominiose, inhoneste – mit Schimpf und Schande:* Gloss. psalt. Lunaelac. 17,43 viriliter -eque eos tractabo. Rud. Trud. gest. 2,12 intelligentes *monachi*, . . . quod . . . violenter et -e truderentur in exilium, si *eqs. al.*

contumelium *v.* contumelia.

contumesco, -ere. *(simul) tumescere – (gleichfalls) anschwellen:* Aesculapius 41 p. 66,1 aliquoties et collum . . . vesicae tumescit; sic agnoscimus . . . , ut . . . vicina loca -ant.

contumilia, -mulia *v.* contumelia.

contumulo, -atum, -are. *consepelire – begraben (mit, bei):* Ysengrimus 7,536 nunc patruo dulci -andus obi. Oliv. descr. p. 21,24 beatus Stephanus . . . ad ultimum Rome beato Laurentio -tus est.

contundo, -tudi, -tusum, -ere. *script. et form:* cumt-: *l.30.* -tons(us): *l.35.* tuns(us): *l.30. al.* -tuss(us): *l.30. adde* Antidot. Glasg. p. 120,34.

II *c. sensu conversationis:* **A** *vita – Leben:* VITA Libor. 1 in hac mortali -e. OTLOH. quaest. 46 p. 124C teneram hominis infantiam vel -em *(ni leg.* conversationem, *cf. p.1831,18)* nox *significat,* dies autem maturos hominis annos et mores. *v. et p. 1824,38.* **B** *institutio cohabitationis monasticae – Einrichtung, Aufnahme des klösterlichen Zusammenlebens:* ANNAL. Maxim. a. 934 (MGScript. IV p. 6,50) -o monachorum sancti Maximini; et Ugo abbas efficitur. ANNAL. Div. a. 934 (MG Script. V p. 40,38) -o monachorum sancti Apri.

***conversivus,** -a, -um. **1** *log. i. q. in conversione, inversione consistens – auf Umkehrung beruhend, Umkehr-:* ALBERT. M. anal. pr. 1,5,2 p. 613a,7 in omnibus . . . syllogismis, qui fiunt ex hypothesi, sicut in circulari et -o. 2,3capit. de -o syllogismo. 2,4,7 p. 757b,22 syllogismi per conversionem sive -i. *ibid. saepius. subst. neutr. (ellipt.) i. q. conversio – Umkehrung:* ALBERT. M. elench. 1,3,16 eadem est bonitas et idem peccatum alicuius consequentiae sive argumenti et sui -i. **2** *philos. i. q. conversionis (ad se) efficiens, dirigens – die Hinwendung bewirkend, hinwendend:* ALBERT. M. sent. 1,42,1 p. 357b,14 potentia intelligendi et volendi est secundum relationem ad naturam spiritualem -am supra se. div. nom. 1,66 p. 42, 27 'substantia omnium' . . . 'ad ipsum', idest ad se, '-a' (*PG 3, 596C* ἐπιστρεπτική), secundum quod omnia ordinat ad se ut ad finem. **3** *astron.:* **a** *circumvolutans – rollend, (um)wälzend:* ALBERT. M. cael. 2,3,8 p. 158,3 'corpori' stellarum ab antiquis 'sunt duo motus' attributi, quia 'unus est tropicus', hoc 'est -us' (*cf. p. 290a,10* κύλισις) secundum circulationem perfectam manente circulo immoto. **b** *ad (solis) conversionem pertinens – zur (Sonnen-)Wende gehörig, Wende-:* MEGINFR. (?) carm. p. 649A cancer signorum summum (summus *ed.*), capricornus et imum (unum *ed.*) est, hic *(an leg.* haec *?)* duo sunt tropica, quae -a vocantur, sol quoniam signis positus *(an leg.* positis *?)* convertitur istis. **4** *natur.:* **a** *commutationis efficiens – die Umwandlung bewirkend, umwandelnd:* ALBERT. M. mort. 2,12 p. 371b,3 in quantum . . . est calor elementi, est alterativus et -us. *subst. fem. (ellipt.) de virtute cibum commutante:* ALBERT. M. animal. quaest. 6,19/22 p. 168, 50 *auster* mollificat . . . et debilitat digestivam et -am et retentivam, et ideo reddit ventrem laxum, quia venter non potest retinere superfluitatem. **b** *figurationis, fictionis efficiens – die Gestaltung bewirkend, gestaltend:* ALBERT. M. sent. 3,4,4 p. 80a,6 videmus secundum naturam operationem patris esse decisivam materiae, -am eius ad corpus nati *eqs.* **c** *commutabilis – umwandelbar:* Ps. ARIST. pract. p. 659b,45 sunt . . . elementa . . . circulariter -a.

adv. ***conversive.** *per conversionem, ex conversione – in, aus der Umkehrung, Umdrehung:* **1** *log. de inversione:* ALBERT. M. anal. pr. 2,4,6 p. 754a,47 utrum idem sit syllogizare -e et ad impossibile. p. 754b,8. **2** *astron. de circumvolutatione (per pravam interpr.):* ALBERT. M. phys. 8,3,9 p. 640,83 sphaera 'quiescit quodammodo semper in manendo' subiectum suum in eodem loco 'totum' et tamen 'movetur continue', quia motus suus 'accidit -e' (*p. 265b,8* ἀντιστρόφως) circa idem centrum.

1. converso *v.* conversor.

2. converso *v.* converto *p.1838,54sqq.*

conversor, -atus sum, -ari *vel rarius* **converso,** -avi, -are. *script.* -situs: LEX Alam. 14 *(var. l.). form. praes. inf.* -arier: ALDH. virg. II 2053. *struct. c.* in *c. acc.: p.1830,49. cf. p.1830, 13. usu trans.: p.1830,67. partic. praes. pro subst.: passim. confunditur c.* conservare: *p.1830,21.25.31.45. al.*

I *de anim. (de sole: p.1830,2):* **A** *versari, morari, habitare, vivere – sich aufhalten, sich befinden, (ver)weilen, wohnen, leben:* **1** *corpor. et local.:* **a** *spectat ad stationem, mansionem:* **α** *in univ.:* ALDH. ad Acirc. 93,1 in curvis -or quadripes antris *(sc. mustela).* CAPIT. reg. Franc. 213,5 quod potentes . . . viri in locis, quibus -antur, minorem populum . . . opprimant. THANGM. Bernw. 41 p. 776,10 ibi *(Turonis)* . . . septimanam -tus. CHART. Bund. 264 p. 199,33 adulterum et adulteram . . . excommunicavi; ut idem faciant, vicinis episcopis, in quorum parrochiis -antur, prȩcepi. *al.* **β** *consistere – stehen:* BEDA temp. rat. 18,54 in qua *(parte)* . . . -tus lunam suo receperat in coitu *sol.* GERH. AUGUST. Udalr. 1,12 l. 10 cum rex Otto in Alamannia . . . cum exercitu -retur iuxta flumen, quod Hilara vocatur. **γ** *c. sensu assuescendi i. q. se continere – ausharren, es aushalten (cf. l.63):* FRID. II. IMP. art. ven. 2 p. 185,23 multi homines loquentes et canes et cetera multa, inter que debet -ari *falco.* **b** *spectat ad vitam agendam:* **α** *gener.:* PASS. Leod. 3 (MGMer. V p. 285,16) Leodegarius dum in Agustidunense urbe felix in pace -vit (-tus est, -tus esset, -retur *var. l.*) episcopus *eqs.* ALCUIN. epist. 188 Deo . . . placenti vita -ari (-are *var. l.*) inter homines. CHART. Rhen. med. I 41 p. 46,7 unusquisque, dum in hunc mundum . . . videtur -are *eqs.* COD. Lauresh. 20 l. 1 redemptor noster corporaliter in terris -tus. TRAD. Lunaelac. 60 hoc tempus breve, in qua periculose -amur. THANGM. Bernw. 31 sperans . . . summa pace se -turum. *saepius. usu subst. de fidelibus in episcopio degentibus:* TRAD. Frising. 104 (a. 780/82) notum est cunctis in domo sanctae Mariae -antibus. **β** *spec. de vita monastica:* FORM. Marculfi 2, 48tit. supplecaturio pro eo, qui in monasterio -are desiderat (FORM. Augiens. B 12tit. *al. sim.* HROTSV. prim. 409 -ando [conservando *var. l.*] . . . intra claustra monasterii). VITA Richer. 11 (MGMer. VII p. 451,13) ex Centulo vico, ubi ipse antea -verat. CAPIT. reg. Franc. 25,3 clerici, qui monachorum nomine non pleniter -are (conservare *cod.*) videntur. HRABAN. inst. cler. 1,2 p. 7,2 secundus *(ordo)* est monachicus, id est singulariter -ans (-tus, -antium *var. l.*). IDUNG. PRUF. dial. 1,54 in Cluniacensi ordine . . . iam decem annis -tus sum. *saepe. usu subst. de monachis:* TRAD. Salisb. I 1 p. 254,16 (a. 987) ea . . . abbati committens communiter -antibus dispensanda. LIBER de unit. eccl. 2,41 p. 272,30 -antes (conservantes *cod.*) in schola servitii divini non debere unquam discedere a magisterio Christi *(cf. Bened. reg. prol.). v. et l.27.* **2** *spirit.:* **a** *in univ.:* LEG. Wisig. 5,2,5 si . . . ipsa *(uxor)* post obitum mariti sui in nullo scelere adulterii fuerit -ta. LIBER de unit. eccl. 2,2 p. 213,17 describuntur *episcopi Hildebrandi papae* . . . spiritales esse, quod est in caelis -ari. *al. usu subst.:* HRABAN. epist. 40 p. 478,15 qualiter . . . in paganico errore adhuc -antes ad fidem Christi percipiendam invitares. **b** *occupari, operam dare – sich beschäftigen (mit), sich widmen:* EPIST. Aldh. 9 p. 495,7 tecum legendi studio -tus demorabar. THANGM. Bernw. 53 piae devotionis studiis . . . omni vitae suae tempore -tus. **c** *se gerere, agere – sich verhalten, sich aufführen, handeln:* EPIST. Bonif. 16 contra instituta antiqua sanctorum patrum -ari. CAPIT. reg. Franc. 89,1 ut canonice . . . vivere et -are *(ci. Baluze;* conservare *cod. et ed., vix recte)* debeant *pontifices.* VITA Bertilae 6 (MG Mer. VI p. 106,9) ut . . . sobrie in omnibus -rent (-rentur *var. l.*) *subditi.* PILGR. ad Bened. p. 47,22 qualiter . . . idiotas erudire debeam et ipse in susceptam novitiorum ȩcclesiam -ari. ORD. coron. imp. 14,13 p. 38,21 ut . . . is, qui ordinandus est, antea erudiatur, qualiter eum in ea prelatione constitutum oporteat -ari. *al.* **B** *commorari, consuetudinem, commercium habere (cum) – zusammensein, verkehren, Umgang haben (mit):* **1** *in univ.:* CONC. Karol. A 46B,15 fabulari cum ea *(femina)* aliquove modo -ari. WIPO gest. 22 cum . . . ab imperatore Graecorum honorifice susceptus esset secumque satis familiariter -retur *Werinharius eqs.* BERNH. CONST. can. 41 p. 511,22 illis *(peccatoribus)* convescendo et cum eis -ando non commaculamur. STATUT. ord. Teut. p. 66,17 universis fratribus competit, ut omnibus hominibus, cum quibus -antur, vite bone exemplum prebere studeant. *al. c. sensu assuescendi (cf. l. 8):* FRID. II. IMP. art. ven. 2 p. 173,29 que *(moderata macies)* . . . inducat falconem ad effectum -andi cum homine et ad hominem redeundi. **2** *convivere, cohabitare – zusammenleben, -wohnen:* **a** *gener.:* LIUTG. Greg. 11 p. 75,20 qualiter discipulos suos simul cum eis communi vita -ando ut pater filios educarit. VITA Liutb. 20 qui aliquid inusitatum inter eos, quos -tus est, inchoare maluerit *eqs.* RIMB. Anscar. 7 p. 27,30 cum ignotis ac barbaris -ari. ALBERT. M. eth. II 8,1,5 p. 526b,20 continue . . . ad invicem -ari (*p. 1157b,15* συνημερεύειν) non possunt, qui condelectabiles non sunt. *al. usu subst.:* HRABAN. epist. 10 p. 397, 18 omnibus tecum -antibus. HINCM. ord. pal. 335 tam ab assi-

[Antony]

due -antibus quamque et a supervenientibus. **b** *spec.:* **α** *de contubernio coenobiali:* DIPL. Arnulfi 103[A] p. 151,13 qui *(capellanus)* cum illuc *(sc. in monasterium)* pervenisset ac devote a fratribus susceptus fuisset devotiusque ipse cum illis -tus fuisset *eqs.* THIETM. chron. 7,55 p. 466,24 non cum caeteris sanctimonialibus -ando, sed singulariter *eqs.* THANGM. Bernw. 5 p. 760,9 capitulum cum fratribus, qui secum -bantur, adiit. **β** *de coniugio:* FORM. Marculfi 2,30 dum inter illo et coniuva sua illa ... discordia regnat, et ob hoc pariter -are minime possunt (*sim.* FORM. Turon. 19 dum ... nulla est voluntas pariter -andi).

II *de rebus incorporeis:* **A** *agitari, vigilare – sich regen, wachsam sein:* HRABAN. epist. 21 p. 427,35 cogitatio, quae tecum ... incessabiliter -atur. **B** *se habere, constitutum esse – beschaffen, angelegt sein:* OTLOH. quaest. 46 p. 124[C] vetus testamentum nec non teneritudo annorum simul et morum carnaliter -antia praecedunt, sequuntur autem novum et aetas et conversatio matura spiritualem intelligentiam sortitae. **C** *(in ore vulgi) versari, vulgariter appellari – geläufig sein (als), gemeinhin genannt werden:* THEOTM. epist. (MGStud. XV. 1997. p. 138,8; a. 900) universus clerus populusque christianus per totam Noricam, que et Bauuaria -atur.

subst. **conversans,** -antis *m. de laico paenitentiae atque conversioni dedito i. q. conversus – (Halb-)'Konverse' (de re v. LThK. [2]VI. p. 518sq.):* HRABAN. inst. cler. 1,2 p. 6,11 sunt ... tres ordines in ecclesia: -ium, id est laicorum, monachorum et clericorum.

convers(s)us *v.* converto.

?*convertantia, -ae *f. (?per analogiam ad* consonantia *sim. formatum) conversio – Umkehr, Hinwendung:* LIBELL. prec. Col. 6,2 Domine, da illis *(inimicis)* indulgentiam et requiem sempiternam et -am ad bonam voluntatem.

convertentia, -ae *f. t. t. log. i. q. convertibilitas, vicissitudinis ratio (inter certos terminos intercedens), responsio mutua – Umkehrbarkeit, Austauschbarkeit, Auswechselbarkeit, gegenseitige Entsprechung:* ALBERT. M. praedicam. 4,6 p. 231[b],43sqq. -a et convertibilitas et conversio in hoc differunt, quod -a dicitur eorum, quae ad invicem referuntur per habitudinem, ut, sicut primum refertur ad secundum, ita secundum refertur ad primum sub eodem casu vel diverso. anal. pr. 1,1,8 p. 471[b],34 est ... modus consequentiae, qui est -ae consequentia, quando aliquid sub uno situ partium sequitur ad seipsum sub alio partium situ. *ibid. al. in locut. adv.* ad -am dicere: WOLBERO cant. 2 p. 1120[A] proprium est ... relativorum ad -am dici, quod enim praedicatur de dilecto, e converso praedicatur de dilecta. ALBERT. M. sent. 1,3,28 p. 127[a],24 non dicitur memoria ad -am cum intellectu *eqs.* praedicam. 4,6[capit.] de proprio relativorum, quod est dici ad -am. *ibid. al.*

convertibilis, -e. **1** *sensu pass.:* **a** *ad conversionem, immutationem habilis, qui loco alterius poni potest – umkehrbar, austauschbar, auswechselbar:* **α** *log.:* IDUNG. PRUF. dial. 3,90 *descriptio* -is est hoc modo: 'regula est omnia precepta illa' et 'omnia precepta illa simul compaginata sunt regula'. ALBERT. M. anal. pr. 1,9,3[capit.] ex habitudine antecedentis et consequentis -ium. anal. post. 1,3,5 p. 80[a],9 in terminis -bus. 2,2,2 p. 168[b],12 A erit proprium B, et B erit proprium ipsi C, et sic omnia tria sunt ad invicem -ia (*p. 91[a],18* ἀλλήλων) et propria. *ibid. al.* **β** *philos.:* ALBERT. M. div. nom. 7,19 p. 351,66 id ..., quo perfecte cognoscitur res, est -e cum re *eqs.* animal. 18, 92 causam esse rei propinquam et -em cum re ipsa. metaph. 7,4, 3[capit.] ultima cum specie -is differentia. summ. theol. I 20,80,1 p. 858[b],40 signum -e est cum causa *eqs. ibid. saepius. subst. neutr.:* ALBERT. M. caus. univ. 2,1,5 p. 66,14 nec valet ..., quod causa secundaria influit ex proximis, ex quibus fit rei diffinitio et demonstratio, causa autem primaria ex remotis et non -bus cum re. **b** *inclinabilis – der Hinwendung fähig:* HRABAN. anim. 1 p. 1110[D] anima est a Deo creata ... -is ... ad bona et ad mala *(ex Cassiod. anim. 4 l. 7).* HILDEG. div. op. 1,3,6 p. 797[C] quatenus ad quaelibet bona -es sint *mentes hominum.* **c** *(com)mutabilis – (ver-, um)wandelbar:* **α** *natur. et alch.:* ALFAN. premn. phys. 2,9 p. 25 corpora propria natura mutabilia et -ia (*cf. PG 40,540[A]* σκεδαστά) esse et divisibilia. THADD. FLORENT. cons. 47,6 caveat ab omni cibo salso ... -i ad coleram *(sc. patiens).* Ps. ARIST. lap. I p. 208,1 est -is ad quamlibet aliam naturam lapidum *(sc. zegeg vitrum).* ALBERT. M. miner. 5,1 p. 98[b],11 videntur *metalla* incompleta esse in specie et ideo in quodlibet -ia. spirit. 1,1,7 p. 225[a],5 humidum ... semper cum calido est vaporativum et -e in spiritum. *saepius. locut. adv.* ex -i *i. q. secundum mutabilitatem – gemäß, im Sinne der (Um-)Wandelbarkeit:* Ps. PLATO quart. 3 p. 124,38sq. 'opus ..., quod erat ex -i super lunam, subtus eam ex -i difficile est' *eqs.* **β** *usu communi i. q. inconstans, varians – veränderlich, unbeständig, wechselhaft:* RATHER. pentec. I 124 -es ... ad invicem cum nostri sint amores vel odia. RUP. TUIT. volunt. 8 (PL 170,442[D]) commutabilem sive -em esse oportuit angelum et hominem. WIBALD. epist. 150 p. 247,27 qui *(frater)* tam mobilis et -is animi est. *al. caducus – hinfällig, vergänglich:* OTTO FRISING. chron. 1 prol. p. 8,3 -is est humana potentia. **d** *versatilis – drehbar:* HERM. AUGIENS. util. astrolab. 2,1[capit.] demonstratio componendi cum -i sciothero horologici viatorum instrumenti. **2** *sensu act. i. q. commutationem efficiens – die Umwandlung bewirkend:* Ps. PLATO quart. 4 p. 183,7 si proieceris ipsum videlicet opus super aere, fiet -e aliorum corporum ad substantiam aeris. *cf.* conversibilis.

adv. **convertibiliter.** **1** *ad modum convertibilitatis – in umkehrbarer, austauschbarer Weise (usu philos. et log.):* ALBERT. M. praedicab. 5,5 p. 99[b],47 diffinitio dicit totum esse in potentia et actu, et ideo praedicatur -r. anal. post. 1,3,5 p. 80[a],14 media utrisque extremitatibus -r inhaerentia. *ibid. al. conversim – umgekehrt (proportional):* ALBERT. M. phys. 3,2,11 p. 189,33 'infinitum', quod est in 'additione', in modo '-r' (*p. 206[b],5* ἀντεστραμμένως) se habet infinito per divisionem. **2** *?per modum commutationis – ?nach der Art der Umwandlung (usu alch. in loco obscuro):* Ps. PLATO quart. 1 p. 105,20 Hermonites erravit, cum voluit addere rei compositae, -r componitur ei in simile, hoc autem convertitur actu voluntatis.

convertibilitas, -atis *f.* **1** *philos. et log. i. q. facultas convertendi, vicissim ponendi, qualitas convertibilis – Umkehrbarkeit, Austauschbarkeit:* ALBERT. M. bon. 37 p. 20,20 quaeritur ... de -e eius *(veri)* cum bono. praedicam. 4,6 p. 232[a],6 -s ... proprii et speciei, cuius est proprium, est, quod, sicut unum sequitur ad alterum, ita sequetur alterum ad primum, ut utrumque sit antecedens et consequens ad alterum. anal. pr. 2,2,2 p. 719[a],10 in negativa *(propositione)* termini, quantum possunt, debent accedere ad -em. *ibid. al.* **2** *natur. et alch. i. q. mutabilitas – (Ver-, Um-)Wandlungsfähigkeit:* Ps. ARIST. magist. p. 642[a],53 suae *(sc. argenti vivi)* -s exigit, ut nunc corporibus, nunc spiritibus societur. ALBERT. M. caus. element. 1,2,9 p. 78, 71 aer umore et -e iuvat ad multitudinem aquarum.

***convertibulum,** -i *n. ?conversio (repentina) – ?(plötzliche) Kehrtwendung:* COLUMB. epist. 5 p. 171,22 quae *(oves)* vos ipsos *(sc. pastorem)* ... nimio ... pavore in alternantem circumactae -um timent.

convertio *v.* conversio.

converto, -verti, -versum, -ere. *script.:* cun-: AGNELL. lib. pont. 109. -ssus: *p. 1838,17. adde* CHART. Bund. 716. 751. 957. *form.: inf. praes. pass.* -ier: *p. 1834,67. subst. fem. abl. pl.* -abus: *p. 1838,27. depon.: p. 1833,61. 1835,29. 65. 1837, 22. cf. p. 1836,7. usu medial. et refl.: passim; intrans.: saepius, e. g. p. 1833,21. 34. 44. 47. struct. c. dat.: p. 1833,27. 1834,13. 1835,59. al. partic. perf. pro subst.: passim. partic. praes. pro subst.: p. 1833,63; pro adi.: p. 1833,21. subst.* -us *confunditur c.* conservus: *p. 1838,12.*

I *proprie et in imag.:* **A** *invertere, in contrarium (statum, modum) vertere – umkehren, umwenden, umdrehen:* **1** *gener.:* CARM. Petr. Pis. 43,9 (MGPoet. I p. 76) prius Renus cursum -et ad Alpes ... quam *eqs.* AGIUS vita Hath. 14 se ... sine alicuius adiumento in illud *(sc. dextrum latus)* -it. COD. Odalb. 85 -sa cartula nomina mancipiorum summa notatur. WALTHARIUS 1214 qui *(vir)* ... -sus visos cognovit. BRUNO MAGD. bell. 117 p. 110,14 legionis ordinem. HEINR. LETT. chron. 19,5 p. 128,32 ventus ab oriente -it ventilogium ... in contrarium. *al.* terga -ere *i. q. fugam inire – die Flucht ergreifen:* BRUNO QUERF. Adalb. B 10 p. 50,2 marchio laceris vexillis terga -it

[Antony]

(vertit rec. A). **2** *medic. i. q. reversare – umstülpen:* TRACT. de caus. mul. 95 p. 54,22 matrix in loco suo bene -sa (-sie *cod.*) est. TRACT. de chirurg. 681 ut pilorum *(sc. palpebrarum)* multitudo intrinseca extrinsecus -atur. **3** *log., philos., math., mus.:* **a** *in univ.:* GERB. epist. math. I 6,1 p. 33,13 XVI, IIII, I -e et sic dispone: I, IIII, XVI. p. 34,1 quadruplis -sis. *al.* ALBERT. M. anal. pr. 2,3,1capit. quid sit -ere et conversivus syllogismus. p. 729a,19 conclusionem praeconstituti syllogismi -ere (*p. 59b,6* ἀντιστρέφειν) opposite sive contradictorie. 2,3,3 p. 731b,17 si ... conclusio -atur in contrariam. *ibid. al.* **b** *medial. (intrans.: l.21) i. q. convertibilem esse – umkehrbar, austauschbar sein:* ALFAN. premn. phys. 2,21 p. 28 nullum ... pulmonem non habens anhelat aerem, quod et -itur (*PG 40,545A* ἀντιστρέφει); nam nullum non anhelans aerem pulmonem habet. HERM. AUGIENS. mus. p. 19,27 non considerantes tropos invicem -i. ALBERT. M. cael. 1,4,8capit. quod -itur generabile cum corruptibili. animal. 11,20 qui istorum modorum -untur super se, et qui non. metaph. 5,1,1 p. 207,34 omnis causa principium est, et non -itur, quod omne principium sit causa. *saepius. usu adi.:* OTTO FRISING. gest. 1,55 p. 78,17 individuum et singulare non sunt ad se -entia. **B** *(ad)vertere, flectere, dirigere, inclinare – (hin-, zu)wenden, richten (auf, nach), (hin)lenken:* **1** *fere corpor. et local.:* **a** *in univ.:* BEDA temp. rat. 25,9 numquid credibile est lunae statum ... pro subiacentium mutatione flabrorum ... posse aliorsum, quam fuerat, -i? hist. eccl. 4,23 p. 256,26 -so ad interanea dolore ad diem pervenit ultimum *abbatissa.* RHYTHM. 149,245 olli *(sc. ad nucem)* -sus Eligius 'arescat in te', inquit, 'fructus'. CAND. FULD. Eigil. II 17,37 ecclesiasticus ... martyris ad tumbam ... -itur ordo. HROTSV. Pel. 229 in quem *(Pelagium)* -sis omnes mirantur ocellis. BERTH. (?) annal. a. 1077 p. 296,3 ad regem et caeteros auditores se -it *episcopus.* CONSUET. Marb. 24 -at se chorus contra altare. *saepe. intrans.:* BRUNO QUERF. fratr. 13 p. 66,1 ita ut ... Benedictus ... mutato latere ad parietem -ret. **b** *de armis, exercitu sim.:* ERMOLD. Ludow. 1,59 ad Hispanos -ens ... a r m a (MANEG. ad Gebeh. praef. p. 312,22 contra ... conspiratores. LIBER de unit. eccl. 1,3 p. 188,2 in semet ipsos. *al.*). HELM. chron. 86 p. 170,27 cesar -it exercitum ad Mediolanum. CHART. Rhen. med. III 1451 (dipl. Richardi regis) contra ... rebelles nostros in manu forti -ere castra nostra. *al.* **c** *de itinere:* ALCUIN. carm. 1,957 -it i t e r brumalem solis ad ortum *dux* (VITA Heinr. IV. 13 p. 39,31). METELL. exp. Hieros. 1,569 in vallem quandam -ere callem. *intrans. (ellipt.) i. q. accedere – heranrücken:* CHRON. Thietm. 3,19 -unt (convenerunt THIETM. chron.) e Sclavis ... plus quam XXX legiones. **d** *de loco i. q. vergere – sich erstrecken, gelegen sein (usu medial. et intrans.):* WALAHFR. hort. 33 atriolum, quod ... solis -it ad ortum. ALBERT. M. veget. 4,62 'festinat' in his *(locis clivosis montium)* humidi 'decoctio', praecipue in latere -so ... circa (contra *A*) meridiem. **e** in fugam -ere *i. q. fugare – vertreiben:* BEDA hist. eccl. 5,12 p. 304,7 omnes ... timore ... perculsos in fugam -it *(sc. defunctus reviviscens). in exsilium eicere – verbannen:* ACTA civ. Wism. A 790 (c. 1260) Marquardus Silex et Hemminc, frater suus, -si sunt in fugam pro furto. **2** *fere spirit.:* **a** *gener.:* **α** *in univ.:* WALAHFR. Mamm. 1,23 cunctorum in sese purum -it amorem. ALFAN. premn. phys. 1,6 p. 6 nos -it (*PG 40,505A* ἐπιστρέφων) ad animae solius divinitatem et studium *Plato.* CHRON. Thietm. 6,39 mentem suam a me ad meliora -bat *rex.* OTTO FRISING. gest. 2,49 p. 158,1 ad compescendam Mediolanensium contumatiam iram -it *(sc. princeps).* CHART. Hall. 223 p. 206,2 dum non -untur interiorem intuitum ad terrena *(sc. sanctimoniales). al. usu subst.:* ALBERT. M. nat. anim. 2,9 p. 33,45 idem esset -sum et -ens, quod est impossibile *(de conversione animae ad intellegentiam).* **β** *de occupatione, actione suscipienda:* AMALAR. off. 4,1,6 quia pater noster audivit: 'in sudore vultus tui vesceris pane tuo', -imur (-imus *var. l.*) nos aliquando ad opera temporalia. HROTSV. prim. 84 ad opus coeptum ... perficiendum est -endus stilus noster. HELM. chron. 52 p. 102,30 consummatis ... sacrificiis populus ad epulas et plausus -itur. *al.* **γ** *de favore, consensu (usu subst. de fautoribus: p.1834,2):* RIMB. Anscar. 27 p. 58,37 mandans populi unanimitatem ad suam voluntatem -sam *rex.* THIETM. chron. 6,54 ut ... ad exemplum omnibus ad vos *(sc. regem)* -sis in eo *(sc. reo)* faciatis. LIBER de unit. eccl. 2,33 p. 259,31 sese a coniuratorum societate ad regem -it *Egbertus. al. v. et p. 1827, 21. consistere – sich stellen (usu medial.):* HUMB. Sim. 2,8 p. 148,42 si ... Deo votum reddere deficimus, post satanan -imur. **b** *eccl. (cf. p.1835,56sqq.):* **α** *in univ.:* RIMB. Anscar. 3 p. 21,26 totum ... se in Dei servitium -ens orationi et vigiliis ... operam dabat. ALFAN. premn. phys. 41,11 p. 133 ad se ipsas et Deum solummodo -sae (*PG 40,776C* ἐστραμμέναι) *naturae.* MANEG. c. Wolfh. 13 p. 72,19 ad quem *(Dominum)* animam suam -i hortatur *David. al.* **β** *spectat ad fidei catholicae amplexum (usu subst.: l.19):* ALDH. virg. II 2111 plures ... C h r i s t o -it dogmate turmas *Constantina* (ALCUIN. carm. 1,213. 607). WETT. Gall. 6 ortando eos *(sc. populum)* ad creatorem suum -i Iesum Christum. *al. intrans.:* AMALAR. bapt. 48 quamvis parvuli pro aetate non possint intellegere ipsam conversionem ad Deum ..., credimus tamen eos ad Deum -ere propter conversionis sacramentum. off. 2,1,11 in semine multorum -entium ... ad Dominum. ord. antiph. 22,3 multitudinem gentium -entium ... ad Dominum. **γ** *spectat ad vitae monasticae professionem eiusque praeparationem (usu medial. et refl.):* VITA Sadalb. 18 (MGMer. V p. 60,9) Odila ... cum legali viro ... ad Dominum sunt -si. CAPIT. reg. Franc. 273B,28 ad divinum servitium -i. *al. se conferre, transire – ein-, übertreten (de mutatione ordinis: l.26):* ANNAL. Zwif. II a. 1239 abbas Fridricus -it se ad Predicatores. CHART. Solod. I 420 quicumque ... ad ipsas *(religiosas sorores)* ... -i voluerit. CHART. scrin. Col. B 722 se -ere ad claustrum. **C** *circumagere – (herum)drehen:* THEOPH. sched. 3,29 tene vas ... et verte ex omni parte, qua fluere videris, et ita -endo (vertendo *HL*) cave, ne in terram nigellum cadat. 3,36 p. 87,11 ut possit in illo foramine -i *lapis.* **D** *redire, reducem esse – zurückkehren (usu medial.):* GERH. AUGUST. Udalr. 2,21 filius ducis -sus ad vitam consolationem patri ... obtulit. **E** *repellere, reicere – zurücktreiben:* HEINR. LETT. chron. 27,1 p. 194,25 persequebantur eos *(Estones) Theutonici* ventilantes et -entes eos per viam, qua veniebant. **F** *adinvicem vertere – gegeneinander wenden:* MAPPAE CLAVIC. 3 -is vatillos duos faciem ad faciem. **G** *evertere – zerstören:* CHRON. reg. cont. I a. 1185 imperator Cremam ... civitatem olim a se eversam (-sam *BC*) ... reedificat.

II *translate:* **A** *gener.:* **1** *praevalente sensu ad aliquid, aliquo vertendi:* **a** *commovere, adducere – bewegen, veranlassen, bringen (zu):* CAPIT. reg. Franc. 244,5 si aliquis ... ab hoc deviare tentaverit ..., ut ad hoc redeat, illum -ere decertemus. ADAM gest. 4,8 ad eius *(Eginonis)* predicationem -si ad lacrimas *Pleicani*. HONOR. AUGUST. glor. 15 eam *(ecclesiam)* a cultu veri Dei avertere et ad culturam demonum -ere, immo conpellere. *al.* **b** *conciliare, adiungere – gewinnen (für), zum Anschluß bringen:* (WIDUK.) gest. 2 capit. 18 p. 62 qualiter Dadi milites Heinrici callide ad regem -it. THIETM. chron. 4, 4 dux ... -sis ad se omnibus Bawariorum episcopis ... Francorum terminos his fretus sociis adiit. 8,32 cuius *(Zentepulci)* gratia et nostrorum timore omnis hec regio -sa est. *al.* **c** *inducere, (aliqua re) afficere – versetzen (in):* HROTSV. Pel. 276 rex ... -sus in iram. CONSTANT. AFRIC. coit. 9,12 -etur corpus in ultimam frigiditatem. BRUNO SIGN. Sim. 7 (MG Lib. Lit. II p. 552, 18) in stuporem et admirationem. *al. c. sensu demergendi:* ARBEO Emm. 10 egressionis illius tot civitas in funere -sa est. RUOTG. Brun. 18 p. 17,14 quomodo -sus es in amaritudinem? **d** *descendere, confugere – sich verlegen (auf), greifen (zu), Zuflucht nehmen (usu medial. et refl.):* WIDUK. gest. 3,71 Graeci ... ad artes paternas -si ... super inprovisos ... irruunt. PETR. DAM. epist. 40 p. 406,22 ad deceptionis se argumenta -it *(sc. Balaam).* GESTA Rom. eccl. VII canis ... irascitur, ad morsus -itur. *al.* **e** *referre (ad) – beziehen, übertragen (auf):* UFFING. Liutg. 21 valet haec series alias -ier ad res. **f** *transponere – versetzen, ansetzen (auf):* BEDA temp. rat. 42, 40 Victorinus tertio ante finem ogdoadis anno hanc *(sc. lunae mutationem)* interserendam censuit lunam kl. Ianuariarum de quarta in sextam decimam -ens. **g** *adhibere – heranziehen:* CARM. libr. I 8,2,46 quae nota tibi vel quae percepta legendo, ad

[Antony]

virtutis opus . . . -e. WETT. Gall. 25 p. 270,21 prophetarum visio ad morum correctionem . . . ab eis *(sc. Gallo eiusque alumno)* -batur. **2** *praevalente sensu invertendi:* **a** *(im)mutare – verwandeln, (ver)ändern, machen (zu):* **α** *in univ.:* HUGEB. Willib. 4 p. 95,26 Dominus aquas in vino (vinum *var. l.*) -it. NOTKER. BALB. gest. 2,24 p. 32,22 -o me in mulum *(sc. diabolus)*. THEOD. PALID. annal. a. 1022 p. 67,40 Cono . . . -it . . . nomen in melius, et de Conone dictus est Conradus. FRID. II. IMP. art. ven. 6 p. 190,12 oblivisceretur *falcones* dilectionis . . . nondum -se in habitum. CHART. Welt. 25 p. 135,27 frumentum . . . in farinam. *saepius. in bonam partem c. sensu corrigendi:* TRAD. Frising. 703ª p. 589,25 (a. 849) -it pravum sensum atque confessus est priorem traditionem *presbyter.* HELM. chron. 67 p. 129,12 eos *(sc. Holzatos)* -isse mores et revocasse gressus ad iter pacis. *in malam partem c. sensu pervertendi:* ALFAN. premn. phys. 2,51 p. 36 si nimis repugnaverit *organum corporis*, ad illud quoque -itur (*PG 40,560*^{A} συνδιαστρέφεται αὐτῷ) *anima*. LIBER de unit. eccl. 2,12 sanctorum patrum documenta, quae -it ille perversus *(sc. scriptor epistulae)* ad confirmanda bellorum studia. *al.* **β** *reformare – umgestalten:* WALAHFR. exord. 4 p. 477,24 quia diversitas idolatriae diversis modis templa construxerat, non magnopere curabant illius temporis iusti, quam in partem orationis loca -rent. CHART. Turic. 301 p. 184, 2 ut quoddam predium . . . quasi nemorosum et silvestre . . . in agriculturam -rem. **b** *(animo) inflectere – umstimmen (depon.: l.29; medial. i. q. inflecti – umschwenken):* WETT. Gall. 22 p. 268,19 ut -atur cor regis secundum voluntatem meam. CAPIT. reg. Franc. 254,2 si quis quemcumque contra nos . . . aliquid moliri . . . cognoverit, si eum -i nequiverit, aperte prodat. WIDUK. gest. 2,11 p. 75,12 Wichmannus . . . , qui se primum alienavit a rege, . . . -sus pacem fecit cum rege. THIETM. chron. 7,64 residui *(sc. Liutici)* . . . a servicio cesaris se . . . abalienare nituntur, sed . . . a prioribus suis -untur. *al.* **c** *excusare – rechtfertigen:* BERTH. RATISB. serm. exc. p. 3,26 si Deus prohibuit periurare, ubi licentiatum, . . . quod debes tot -ere, quot periuria facis? **d** *tollere – aufheben, beenden:* STATUT. ord. Teut. p. 23,19 captivitate innocentum -sa. **e** *declinare – abwenden, ablenken:* ADAM gest. 3,10 videri potest eorum *(praepositorum)* nequitia . . . voluntatem presulis a bono incepto sepe -sam. **f** *evenire – ausschlagen, ausgehen (usu medial.):* ANNAL. Fuld. II a. 870 p. 71,24 omnes . . . rogabant in bonum monstra -i. **g** *pro bono redire – zugute kommen (usu medial.):* STATUT. ord. Teut. p. 91,3 quidquid *(sc. orationis)* amplius impenditur ei *(sc. mortuo)*, non expenditur, sed in sinum -itur operantis. **3** *c. sensu conversandi (usu medial.):* **a** *morari, vivere – sich aufhalten, leben:* CONC. Merov. p. 107,7 illae *(sc. sacra relinquentes loca)*, quae in domibus propriis . . . conmutatis vestibus -untur, . . . ab ecclesiae communione priventur. VITA Greg. Porc. I 3 sicut trium venerabilium virorum . . . , Andreae . . . , Sabae . . . , Serii ⌞iam ab adolescentia apud eum -si⌟ (qui . . . sunt conversati *1 p. corr.*) . . . relatione comperimus. **b** *(in)esse – sich befinden, innewohnen:* ALFAN. premn. phys. 2,103 p. 48 quod non -atur (*PG 40,584*^{B} μέτεστι . . . αὐτοῖς) in ipsis *(irrationabilibus animalibus)* rationalis anima.

B *eccl. i. q. (ad conversionem spiritualem) inclinare – bekehren (cf. p.1834,6sqq.):* **1** *spectat ad fidei catholicae amplexum (usu subst.: l.59):* LEG. Wisig. 12,2,18 p. 427,10 quod si quispiam de eisdem sancte fidei -sis *(sc. Iudaeis)* prevaricator exstiterit. LIBER diurn. 46 p. 36,10 fidelium corda corrobora, infidelium vero . . . -e. BREV. NOTIT. p. A2,29 dux . . . de paganitate ad christianitatem -sus. EIGIL Sturm. 23 p. 158,27 (cod. W) gentem illam *(sc. Saxonum)* ad fidem Christi -it *rex* (HINCM. coll. 3 p. 122,26. ADAM gest. 1,10. *saepe*). VITA Paulin. Trev. 11 ut, quos verbis -i nequisset, eos ad conditoris sui agnitionem per diversa miracula perduceret. HEINR. LETT. chron. 9,14 per bella plurima . . . -enda erat gentilitas. *persaepe. avertere – abbringen:* ALDH. virg. I 40 procum . . . a . . . delubrorum cultura -ens *(sc. Caecilia)*. ADAM gest. 2,49 qui *(fratres)* populum -rent ab errore ydolatriae. *al.* **2** *spectat ad paenitentiam, contritionem c. sensu emendandi (usu subst.: p. 1836,11):* CONC. Karol. A 3^{C},6 si . . . -sus divisusque fuerit copulatione, dignae paenitentiae submittatur *(sc. nefarie coniunctus)*. WALAHFR. Wett. 631 corrupta . . . se . . . -ens anima. BERTH. (?) annal. a. 1076 p. 286,14 regi . . . ad poenitentiam -so et reconciliato . . . servire. BERNOLD. CONST. libell. II 30 cum excommunicatis communicare prohibemur, nisi -antur. IDUNG. PRUF. dial. 1,462 si pro eodem *(impio)* non -so post mortem oratur. CARM. Bur. 43,2,3 o sedes apostolica, . . . -ere! -ere! *persaepe. desistere, reverti – ablassen (von), umkehren (usu medial.):* PASS. Afrae I 6 ex qua ora -sus fuerit peccator a suis iniquitatibus. BERNOLD. CONST. libell. X 24 quemlibet ex heresi vel scismate -sum sanctae ecclesiae . . . redintegrari. *al.* **3** *spectat ad vitae monasticae professionem eiusque praeparationem (usu subst.: l. 26; expressius i. q. conversorum habitu conversari – als Konverse leben, e. g. l.19):* IONAS BOB. Columb. 2,21 p. 276,14 quaedam puella . . . in supradicto coenubio -sa est. CAPIT. reg. Franc. 43,9 de laicis noviter -sis. CONSUET. Marb. 4 admonendus est noviter (novitius *var. l.*) -sus, ut *eqs.* DIPL. Conr. III. 65 p. 115,3 homo quidam . . . apud eos *(fratres)* -sus. CHART. Heinr. Leon. 106 p. 161,22 dominus Gebehardus ex comite -sus. CHART. Babenb. 65 p. 89,21 quicunque se -ere . . . disposuerit, in cl<a>ustris subter nominatis . . . facere poterit. *saepe. recedere – sich zurückziehen (usu medial.):* IONAS BOB. Columb. 2,25 p. 291,31 fuerat . . . his *(monachus)* a pueritia sub regularis disciplinae norma eruditus, sub beato Columbano e s a e c u l o -sus (DONAT. Ermenl. 4 [MGMer. V p. 693,16] multi e s. -si. *al.* PONTIF. Rom.-Germ. 23$^{tit.}$ a seculo). VITA Sadalb. 9 (MGMer. V p. 54,30) venerandus vir Romaricus ex palatio magnifice -sus.

C *publ. et iur.:* **1** *conferre, deferre, tradere, assignare – übertragen, übergeben, zuweisen (pass. i. q. cedere – übergehen [auf], zu-, anheimfallen):* ANNAL. Einh. a. 761 Karlus, ad quem post patris obitum totius imperii summa -sa est. TRAD. Frising. 733 p. 609,32 omnia ad domum sanctae Mariae -it *sacerdos*. LIBELL. de conv. Baiuv. 6 qualiter . . . illa pars Pannoniae ad diocesim Iuvavensem -sa est. DIPL. Arnulfi 167 p. 256, 13 ut . . . cappella . . . ad sanctum Philippum . . . -atur. DIPL. Ludow. Inf. 17 monetam . . . de comitatu ad episcopatum . . . -imus. CHART. scrin. Col. B 807 quod Hermanno . . . et uxori sue . . . cessit dimidietas domus . . . , ita quod eam -ere possint, quo volunt. *al.* **2** *redigere – bringen (in):* DIPL. Loth. II. 21 quod res quaslibet episcopatus . . . quorumdam hominum olim usurpasset improbitas inque sui iuris . . . ditionem cupida -isset antiquitas. GERH. AUGUST. Udalr. 1,6 l. 37 quae . . . ab eis *(ministris)* . . . in statum rectitudinis -i persensit, eorum regimini perficiendum . . . commendavit. CHART. Ror. 26 p. 176,28 ut plereque *(possessiones)* . . . tanquam in proprietatem possidentium -antur. **3** *advertere, impendere, traducere – ver-, auf-, zuwenden:* ANNAL. Xant. a. 865 ipse *(sc. Guntharius episcopus)*, qui . . . ad secularem pompam necnon et ad fratres et nepotes . . . ea *(sc. bona ecclesiae)* -it. DIPL. Karoli III. 64 p. 108, 27 ut nullus . . . fratres de supra fatis rebus inquietare presumat nec i n alios -at u s u s (DIPL. Heinr. II. 31. CHART. archiep. Magd. 236 p. 294,38 ad . . . usus suos. *al.*). DIPL. Otton. III. 229 ut . . . praedium i n u t i l i t a t e m monachorum . . . -atur (CHART. Brixin. 119 p. 126,18. *al.*). CHART. Friburg. 67 p. 56, 10 recepta . . . pecunia et in solutionem debiti nostri . . . -sa. CHART. civ. Spir. 78 ad melioracionem . . . virgulti decem libras . . . Hallensium -ere. *al.* **4** *(immutando) collocare – (im Tausch) anlegen:* CHART. Eichsf. 590 p. 358,15 (a. 1280) quandocunque . . . archiepiscopus aut ipsius successores bona . . . pro predicta pecunia duxerint redimenda, ego et filii mei ipsis reddere . . . tenebimur ipsam pecuniam pro viginti marcarum redditibus sitis apud munitiones Maguntine ecclesie -suri. **5** *refl. i. q. appellare, adire – vorstellig werden (bei):* LEX Saxon. 43 si tutor abnuerit, -at se ad proximos eius *(sc. qui viduam ducere velit)*.

D *natur., techn., alch.:* **1** *commutare – (um)wandeln (intrans. sensu refl.: p.1837,1):* ALFAN. premn. phys. 3,30 p. 57 eam *(substantiam)* quidem non -sam, -entem (*PG 40,604*^{A} τρεπομένην, τρέπουσαν) vero illa, in quibus accedit, sua praesentia in actum suum. 7,11 p. 77 accedente rubeo aliquo . . . splendido luce praesente ab illato -itur (*PG 40,641*^{B} ἀλλοιοῦ-

[Antony]

σθαι) aer. Ioh. sacerd. 4 pars quedam . . . in aurum -et. Albert. M. meteor. 2,1,3 p. 522[a],9 vapor roridus -itur in aquam. *al. adde:* Theoph. sched. 2,8 si . . . perspexeris, quod se forte vas aliquod in fulvum colorem -at (vertat *H*). **2** *maturescere – (aus)reifen:* Albert. M. animal. 6,79 ova eorum *(piscium)*, quae tanguntur a multo spermate, -untur et crescunt in die uno. **3** *adaequare, assimilare – angleichen, ähnlich machen:* Geber. summ. 31 p. 341 est *argentum* . . . albedinis tinctura et indurat Iovem per artificium et -et (-it *var. l.*) ad se. 43 p. 398 est . . . vitri proprietas omnia vincere et ad se -ere.

E *theol. i. q. transmutare – (der Wesenheit nach) überführen (in), verwandeln:* Albert. M. sent. 4,11,5 p. 278[b],13 hic panis -itur in id, quod prius erat secundum formam et esse, quia in corpus Christi. 4,11,7 p. 285[a],13. *ibid. al. adde:* Hraban. inst. cler. 1,31 p. 62,13sqq. sicut . . . in nos id *(sacramentum)* -itur, cum id manducamus et bibimus, sic et nos in corpus Christi -imur, dum oboedienter pie vivimus.

F *gramm., rhet., mus., geom.:* **1** *demutare – ab-, verändern:* Aldh. ad Acirc. 140 p. 194,21 'ad' praepositio saepe finalem 'd' litteram in eandem -it litteram, a qua sequens orationis inchoat pars, ut 'cedo', 'accedo', non 'adcedo'. p. 195,18 'sub' . . . interdum 'b' litteram amittens in eam -it (-itur *codd.*), qua sequens oritur vocabulum. Godesc. Saxo gramm. 1,13 'n' . . . -itur, ut 'collocat'. 1,30 nisi 'u' -sum esset in 'o' *(de forma 'luxoria')*. **2** *transformare, permutare – umsetzen (in), umformen:* Aldh. ad Acirc. 115 p. 158,29 cum significationes verbi activi et neutralis in participia praesentis temporis -untur, 'doceo', 'docens'. Alfan. premn. phys. 5,26 p. 67 kybon . . . resolutum neque in aliquam aliarum trium figurarum *(sc. pyramida, octaedron, icosaedron)* posse -i (*PG 40,624[A]* μεταβάλλειν). Conr. Mur. summ. p. 79,7 quando duo verba concurrunt eiusdem persone, alterum illorum . . . est in participium -endum *eqs.* Anon. mus. Sowa 2 p. 238,15 qualiter aequipollentiae ibi repertae sunt in semibreves -endae. *al.* **3** *transvertere – übersetzen:* Notker. Balb. gest. 2,7 antiphonas in Latinum -sas (2,10 p. 66,18). **4** *interpretari, exponere – interpretieren, auslegen:* Anon. mus. Sowa 1 p. 96,32 'sensa' etc. -e sic: *eqs.* 3 p. 252,24. *ibid. al.*

adi. **conversus,** -a, -um. **1** *contrarius – umgekehrt, entgegengesetzt:* Theodulf. carm. 35,24 vice -a gaudia dant lacrimas. Berno epist. 13 p. 41,12 -o modo. Fortolf. rhythmimach. 162 dupli . . . -o ordine positi. Chart. civ. Halb. 119 sicut idem mansus de manu in manum descenderat obligatus, sic usque ad nos a manu ad manum per viam -am rediit resignatus. *al.* **2** *in contrarium versus, inflexus – einwärts gewendet, nach innen gekrümmt:* Albert. M. animal. 3,81 quando ad non fertilia *(sc. pascua)* mutatur *bos*, habebit pilos duros -os sive crispos et grossos. *de spinis uncinatis in nomine herbae cuiusdam (Agrimonia eupatoria L.):* Gloss. III 475,11 St.-S. lappa -a clhetto (*cf. Oribas. eup. 2,1 A34 La p. 439* argimonia, quam rustici lappa inversa vocant). **3** *paenitens – reuig:* Aldh. virg. II 2819 qui *(Dominus)* solet . . . -is . . . reis noxarum solvere vincla. **4** *expertus, versatus – beschlagen, 'versiert':* Epitaph. var. I 1,3 artibus omnigenis -us, pectore largus.

subst. **1. convertens,** -entis *m. paenitens, contritus – der Reuige:* Rhythm. 12,22,2 ymnum dicant penitentes, laudes canant -es. *spectat ad ingressum monasterii:* Caes. Heist. hom. exc. 29 timendum, ne Ihesus, qui -i positus fuerat in resurreccionem divini amoris, morienti propter apostasiam fuerit in ruinam eterne dampnacionis.

2. conversus, -i *m.* **1** *latius i. q. paenitens, contritus – der Reuige:* Arbeo Corb. 8 ad ignoscendum -is non piger. Hraban. hom. II 52 p. 246[B] qui propter inobedientiam perversorum descendit, propter obedientiam . . . -orum ascendit. Thietm. chron. 2,23 p. 66,17 -is quibusque paratus ad omnia Deus. Bernold. Const. libell. IV 4 cum -os non reordinarent *sancti patres. al.* **2** *strictius de vitam monasticam profitentibus vel sine regulari professione cum monachis cohabitantibus ('Konverse' [t. t. eccl.], de re v. LexMA. V. p. 1423sq.):* **a** *monachus – Mönch (de eis, qui adulta iam aetate saeculum reliquerunt):* Ioh. Canap. Adalb. A 29 cuidam -o Iohanni Canaparío talia Dominus per visum ostendit *eqs.* Thietm. chron. 7,52 p. 462,28 Gunterius -us causa Liuticios predicandi ivit. Amarc. serm. 1,131 quid de -is, quos recto et nomine vero appellare volens perversos dicere debet, . . . feram? *al.* **b** *frater laicus – Laienbruder:* **α** *def.:* Idung. Pruf. argum. 830 ille est laicus, qui nullum ordinem clericalem habet, quem consuetudo vocat -um. Epist. Hildeg. 84 de secularibus et idiotis ad spiritalem conversationem conversis, quos nos -os dicimus. Chron. Reinh. a. 1215 p. 585,39 duo illitterati, quos -os vocant. **β** *exempla:* Haimo (?) Wilh. 23 p. 219,34 religiosos monachos simul cum -is laicis. Chart. Wirt. I 302 aderant . . . de -is (conservis *cod.*): Adalbero *eqs. (item de testimonio:* Chart. Tirol. 923. Chart. Welt. 19. *saepe)*. Chart. Bund. 305 p. 226,26 servientes -i. Chart. Heinr. Leon. 31 rogatu Gelperadi fratris -i (Chart. Burgenl. II 157. *al.*). Chart. Mog. A II 671 p. 1095,4 que *(animalia)* per -os suos nutriunt *(sc. fratres)*. Chart. Bund. 508 p. 23,35 Danio -sso ecclesie sancti Remidii. Caes. Heist. hom. exc. 44 -us quidam simplex de grangia. Chart. Eberb. 472 p. 270,14 duos forestarios -os. *persaepe*.

3. conversa, -ae *f.* **1** *eccl. ('Konverse', cf. p.1837,70):* **a** *monialis – Nonne (de eis, quae adulta iam aetate saeculum reliquerunt):* Vita Liutg. III 1,748 condidit aliqua . . . claustricula, istic conversorum, illic -arum. **b** *soror laica – Laienschwester:* Gesta Lob. 23 p. 326,8 tantam . . . noviciorum tam laycorum et mulierum . . . quam etiam clericorum multitudinem adiuravit, ut exceptis conversis et, ut ita dicam, -abus de solis monachis pene ad centum claustrum impleverit. Chart. Solod. I 331 p. 185,9 II scopoze, quas contulit Iudenta -a ecclesie. Trad. Patav. 1345 Diemudis . . . et Gerdrudis videlicet -a sunt censuales sancti Stephani ad V denarios. *al.* **2** *log. (ellipt.) i. q. conversio, propositio inversa – Umkehrung, umgekehrte Aussage:* Albert. M. anal. pr. 2,3,5 p. 735[a],36 omne C A, aliquod B non est A, ergo aliquod B non est C, quae non est opposita minori, sed -a eius. *ibid. al.*

4. conversum, -i *n.* **1** *locut. adv.* e -o (econverso) *i. q. ex contrario, econtra, vice versa, rursus – umgekehrt, auf der anderen Seite, dagegen:* **a** *gener.:* Alfan. premn. phys. 27,8 p. 108 creator . . . complexus est animalia naturalibus et e -o (*PG 40,708[A]* ἀνάπαλιν). Vita Norb. II 74 p. 1307[A] vir Dei e -o videns . . . principis cor nobile. Urso element. 4 p. 107,9 dum aliquid calidum et siccum fit frigidum et humidum . . . vel e -o (contra *R*). Burch. Ursb. chron. p. 84,4 recedentes quam plurimi a Philippo Ottoni adherentes, et e -o. Albert. M. veget. 1,187 'non . . . de facili fit, quod ex semine malo proveniat planta bona neque econverso (econtrario *V*)'. *saepe.* **b** *publ. et iur. de recompensatione:* Trad. Patav. 121 p. 97,39 (a. 1121/38) Manegoldus . . . predium . . . super altare sancti Stephani in proprium dedit; et e -o IIII hŏbas . . . in suam proprietatem recepit. Chart. Raithenh. 209 p. 176,2 quod . . . unam libram denariorum . . . reciperem annuatim et econverso . . . fratres . . . predictas curias . . . possiderent. Acta civ. Wism. A 107 Hinricus Niger . . . resignavit uxori sue bona sua . . . et ipsa econverso. *al.* **2** -o *(abl. pro adv.) i. q. ex contrario, econtra – umgekehrt, dagegen:* Herm. Carinth. essent. 1 p. 124,17 aut celum . . . stare terramque moveri aut -o aut utrumque . . . necesse est. p. 140,11 aiunt . . . ex motu celestium intervalla eorum deprehensa . . .; nos . . . -o et distantias intervallorum partim metiemur et inde motus ipsos longe inequales demonstrabimus. *ibid. al.*

adv. **conversim.** *per conversionem, e converso, convertibiliter – in der Umkehrung, umgekehrt, in umkehrbarer Weise:* **1** *gener.:* Heiric. Germ. I 6,553 verbum caro fit, carnem quod fecerat olim, ut caro -m fieret . . . verbum. Ysengrimus 1,1009 quod numerum serie -m diceret acta *rusticus. al. item (ex nostra parte) – ebenso (unsererseits):* Epist. Teg. 52 p. 62, 3 hęc -m volumus, sed non possumus. **2** *log.:* Carm. var. III C 3,58 risibile est hominis proprium, quapropter idipsum -m (conversum *var. l.*) dici valet *eqs.* Idung. Pruf. dial. 1,377 lex nichil aliud est quam omnia illa *(sc. decem)* precepta, et -m nichil sunt aliud omnia illa precepta quam lex. Albert. M. praedicab. 6,2 p. 115[b],32 haec *(sc. praedicabilia)* . . . sic dicuntur proprie propria, quoniam etiam convertuntur et -m praedican-

[Antony]

tur de specie universaliter. herm. 2,2,3 p. 446a,28 sequuntur ista *(sc. modales enuntiationes)* -m, ita quod quaelibet earum et antecedit ad aliam et consequitur eam. *ibid. al.* **3** *math. et mus.:* SCHOL. enchir. 3,369 facies cordam ad cordam . . . sesculpo maiorem . . . ; rursus -m cordam ad cordam . . . metieris epitritam. MATHEM. var. Bubnov p. 254,4 si . . . multiplicatores et multiplicandos -m disponas *eqs. al. v. et p.1826,65. Antony*

***convesaticum** *v.* *conversaticum.

convescor, -i *vel rarius* **convesco,** -ere. *script.* cov- : GLOSS. I 88,33 St.-S. *partic. praes. usu subst.: l.16.*

(communiter) edere – (gemeinsam) speisen: **1** *in univ.:* VITA Filib. 30 (MGMer. V p. 600,5) cum . . . simul -rent (-rentur *var. l.*) *Filibertus et Ansoaldus*. HRABAN. hom. II 95 p. 325D qui *(paenitentes)* . . . non solum ad colloquendum, sed etiam ad -endum recepti sunt. PETR. DAM. epist. 55 p. 152,16 lucium dapifer attulit et in se -entium oculos et ora convertit. VITA Ger. Bron. 22 p. 672,54 amoenum . . . ac herbidum descendentes in locum protinus discumbunt ad -endum. VITA Annon. I 1,8 p. 470b,25 introducebantur ante eum ad -endum peregrini. ASINARIUS 205 hoc contentus ero, si -ar (converser *var. l.*) domicelle. *al. v. et p. 1633,25.* **2** *de Christo et discipulis eius (exempla spectant ad Vulg. act.1,4. al.):* RHYTHM. 42,19,4 videndum se ipsum prebuit apostolis . . . favumque mellis -ens. VITA Euch. Val. Mat. 12 per dies XL . . . apparuit *Christus* colloquens cum eis et -ens *(sim.* FLOR. LUGD. carm. 3,20. *al.)*.

convessur *v.* confessor.

***convestigium,** -i *n. vestigium – Fußspur:* ANNAL. Mell. Claustr. III a. 1178 p. 632,1 *dux Austriae* -a (*cf. Lucan. 2,652* vestigia) premens fugientis *(ducis Bohemiae)* per loca aspera . . . exercitum duxit.

convestio, -itum, -ire. **1** *vestire, induere – (be)kleiden (in imag.):* HRABAN. univ. 19,6 p. 514C cunctis . . . arboribus prior flore se -it *amygdala*. **2** *tegere – decken:* BREVIL. de inc. (MGScript. XX p. 620,23; c. 1187) flammae . . . monasterio incumbuere et tecta, quamvis -ta diligentissime plumbo, . . . deiecere.

convexatio, -onis *f. molestia, vexatio – Belästigung, Behelligung:* DIPL. Merov. I 18 ab<sque> lite . . . convexacion *(in loco corrupto)*.

[convexit *v.* conquinisco *p. 1483,44.***]**

convexitas, -atis *f. curvamen, curvatura – Krümmung, Wölbung:* **1** *gener.:* ADALBOLD. Boeth. 165 aeris puritatem caelestis sperae -i substrinxit *creator*. BERTH. ENGELB. assert. 23 (Angelomontana. 1914. p. 163) in opaca vallis -e (connexitate *ed., vix recte*) ad superiora evadere. ALBERT. M. cael. 2,2,1 p. 128,27 oportet, quod corpus locatum in concavo corporis rotundi sit -is rotundae necessario. caus. element. 1,2,6 p. 72,52 illa -s *litoris* potest esse duobus modis, versus mare . . . aut versus terram vel forte versus utrumque. *al. de declivitate:* ALBERT. M. veget. 7,54 agri . . . in -bus montium siti frequentissime patiuntur siccitatem. 7,55. **2** *spec.:* **a** *anat.:* ALBERT. M. animal. 1,214 quae *(pars)* interiacet inter oculum et aurem, vocatur gybosum sive -s genarum. 1,400 altera . . . pars *(sc. venae)* egreditur usque ad stomachi gybositatem sive -em. *ibid. al.* **b** *geom.:* ANON. circ. p. 537,3 circuli -es.

convexo, -avi, -atum, -are. *molestare, vexare – belästigen, behelligen, plagen:* **1** *gener.:* SIGEB. Desid. 22 quacumque fuerit quispiam egritudine -tus *eqs*. LUP. FERR. Wigb. 24 ne . . . populus . . . fratres . . . caeca seditione -ret (vexaret *var. l.*). **2** *publ. et iur.:* LEG. Wisig. 2,1,18 nullus . . . quemcumque presumat per iussionem aut saionem vel distringere vel in aliquo molestius -are, si nec fuerit iudex. 5,7,17 si . . . liberti . . . manumissores . . . extra iusta negotia . . . -verint aut leserint. *ibid. al.*

[MG Lib. Lit. II p. 438,20]. *saepe*). WENR. epist. 1 p. 285,40 distorta perversorum corda ad rectitudinis lineam summa vi -ere. SIGEB. GEMBL. adv. Pasch. 8 (MG Lib. Lit. II p. 460,5sq.) cur de gravibus et manifestis non reprehendantur et -antur Romani episcopi? qui reprehendi et -i non vult, pseudo est. *persaepe. v. et p.1928,19.* *c. sensu educandi:* RIMB. Anscar. 2 p. 20, 22 ut . . . legentes agnoscant, quanta gratia Dominus servum suum a primaeva aetate -ere ac deinceps . . . clarificare dignatus fuerit. THANGM. Bernw. 51 p. 779,31 (chart.) quo amplius quemque -erit divinior haustus, tanto divinius se Deo quisque obligat. **b** *publ., iur., canon:* TRAD. Patav. 44^{b} p. 38,39 (a. 798) si quis hanc traditionem infrangere temptaverit, si se exinde non -erit *eqs. (sim.* CHART. Rhen. inf. I 12. *saepius in chartis).* CONC. Karol. B I 23,20 si huiusmodi oppressores ad episcopalem admonitionem -i voluerint, gratulandum his est. **2** *c. colore quodam:* **a** *emendare, expurgare - berichtigen, bereinigen:* **α** *de textibus, libris:* CAPIT. reg. Franc. 30 universos veteris ac novi instrumenti libros librariorum imperitia depravatos . . . examussim -ximus (*sim.* THEGAN. Ludow. 7). AGOB. 24,3 antiphonarium pro viribus nostris magna ex parte -ximus, amputatis his, quae . . . superflua . . . videbantur (ANNAL. August. I a. 1060). REGINO chron. a. 813 p. 73,3 quae *(supra expressa)* . . . ad Latinam regulam -xi. ARCHIPOETA 4,9,2sq. scripta sua -unt eciam diserti; <ver>sus volunt -i denuoque verti. CHART. Tirol. notar. I 104 quod carta vendicionis . . . deberet -i. SALIMB. chron. p. 233,31 in conventu . . . Lugdunensi audivi ipsum *(Guillielmum)* -entem ad mensam. *saepe; v. et p. 1918, 48.* **β** *de legibus:* EDICT. Roth. prol. p. 2,1 necessarium esse prospeximus praesentem -egere (-ere *var. l.*) legem, quae priores omnes renovet et emendet. *al.* LEG. Wisig. suppl. 1 p. 466,1 quod in legibus videbatur iniquum, meliore deliberatione -imus. *al.* FORM. Ratisb. III 37 canon . . . -ere. EINH. Karol. 29 p. 33,7 cogitavit *Karolus*, quae deerant *(sc. in legibus)*, addere et discrepantia unire, prava quoque ac perperam prolata -ere (*sim.* POETA Saxo 5,539). **γ** *usu vario:* BEDA temp. rat. 14,8 mutatis ex tempore et -tis praedictarum intercalationum ambagibus cunctis. ALFAN. premn. phys. 8,14 p. 83 alterius delicta alter *(sensus)* -it (*PG 40,653^{A}* διασαφεῖ); cum enim visus sculpturae eminentias quasdam videt, . . . tactus accedens -xit (conexit *var. l.; PG 40,653^{B}* διήλεγξεν) ipsius delictum. BERTH. (?) annal. a. 1077 p. 297,10 regulam . . . , quod distortum pravumque quid -at, nominari non ignotum est. BERNOLD. CONST. libell. V 1 ut errorem -re non erubescamus (LIBER de unit. eccl. 2,17 p. 233,27. *al.*). LIGURINUS 7,161 transacta sequentibus, oro, -e. *al. v. et p. 1170,5.* *expressius de satisfactione:* CAPIT. reg. Franc. 192,10 digna emendatione -antur *praesumptiones.* 210,2 si cito delicta non -erint, severiori sententiae subiacebunt. TRAD. Frising. 1649^{a} quodsi eundem censum duobus annis retineant, in tercio anno hoc -endi potestatem habeant. CHART. Basil. A I 181 p. 273,23 (epist. papae) si non reatum suum congrua satisfactione -erit, indignationem omnipotentis Dei . . . incurrat *(inde* DIPL. Frid. I. 135 p. 228,16. *ibid. al.).* DIPL. Conr. III. 250 ut factum tuum . . . discreta mutatione -as. *saepe.* **b** *(meliora) docere, convertere – (eines besseren) belehren, bekehren:* ERMENR. Sval. 1 gentem nostram in tantum -xere *episcopi*, ut apostolos praesentes cerneres. BERTH. (?) annal. a. 1077 p. 305,31 symonianis hereticis zelo Dei in tantum restitit *Erlebaldus*, ut ferme . . . nullus eorum non -tus sive non conversus remanserit. LAMB. HERSF. annal. a. 1003 p. 50,2 plerique principes a rege deficiunt, sed post modicum -ti in gratiam recipiuntur. *al.* **c** *avertere (a) – abbringen, abwenden (von):* WILLIB. Bonif. 6 p. 36,4 populum a perversa sectae eius idolatria -xit. CONC. Karol. B I 16 p. 184,12 sint . . . , qui propter praedestinationem Dei . . . non possint ab errore et peccato se -ere (HUMB. Sim. 2,25 p. 170,19. *al.*). CONR. HIRS. dial. 1483 materia Persii vita confusibilis . . . erat, intentio vero eius per reprehensionem a viciis delinquentes -ere. *al.* **d** *tollere – beheben (de vitiis i. q. ponere – ablegen: l.72. p.1928,1):* CONC. Karol. A 50^{D},51 p. 645,4sqq. quamquam . . . consuetudines perversae non facile -antur, haec tamen consuetudo inaequalium modiorum . . . necesse est, ut . . . ocius -atur. RADBERT. Matth. 3,2813 vitium pravae mentis -atur. RATHER. conf. 40,1624 procacitatem nisi precipitationis linguae -as tuae. BERTH. (?) annal. a. 1078 p. 309,21 subiectorum offendicula aliquotiens . . . mature toleranda sunt, ut oportuniori tempore -antur. *saepe.* *c. sensu compensandi:* CHART. archiep. Magd. 338 p. 444,18 (a. 1172) cum . . . locus ille religioni minus commodus esset, . . . episcopus . . . tam magnum eorum *(fratrum)* -xit incommodum. **e** *arcere, praecavere – verhindern, verhüten:* LEG. Burgund. const. I 46,1 oportet ut ea, quae . . . hominibus periculum videntur inferre, interdicto legis rationabiliter -antur (-egantur, -entur *var. l.*). CONO LAUS. notae p. 793,27 non corexerunt *canonici* crimen, quando sciverunt. **C** *reprehendere, obiurgare, castigare – tadeln, zurechtweisen, züchtigen:* **1** *in univ.:* FORM. Marculfi 1,1 l. 66 si aliquid ipsi monachi de eorum relegione tepedi . . . egerint, secundum eorum regulam ab eorum abba . . . -egantur (-antur, -iantur *var. l.; inde* CONC. Karol. A 11 p. 62,15). PIRMIN. (?) scar. 32 subditus vestros . . . sepius admonete adque -egite. CONC. Karol. A 39^{B},21 si . . . famulae . . . crebro admonitae atque -tae (correptae *var. l.*) non se -erint. ALBERT. M. sent. 4,19,18$^{capit.}$ an ille, qui debet -ere, debet esse irreprehensibilis. *saepe.* **2** *c. colore quodam:* **a** *coercere – in Schranken halten, zügeln:* LEG. Burgund. const. I 52,5 rectius est . . . , ut paucorum condemnatione multitudo -atur (-rigitur, -regitur, -regatur *var. l.; sim.* LEG. Wisig. 6,2, 4). ERMOLD. Ludow. 2,340 pater architenens plagis variisque flagellis -xit *populum Israel.* HRABAN. epist. 40 p. 478,32 christianos catholico dogmate erudire atque ecclesiastica disciplina -ere. CONC. Karol. B I 41,12 p. 420,14 scolastici, id est disciplinati et bene -ti. HUGO FLOR. tract. 1,4 (MG Lib. Lit. II p. 469, 9) populus . . . regis metu facile -itur. *al.* **b** *animadvertere, punire – ahnden, (be)strafen:* **α** *in univ.:* CONC. Karol. A 39^{A},144 ita severiter a praelatis et magistris -atur *frater*, ut *eqs.* 50^{D},69 p. 671,15 sunt . . . et alia plura flagitia pernecessario -enda. CAPIT. reg. Franc. 196,54 p. 45,6 in tantum disciplina et vigore principis acrius -endi (corruendi *var. l.*) sunt *magi*, in quantum *eqs.* 211,2 de decimis . . . quicumque neglexerit, canonico iudicio -atur. IOH. SCOT. praedest. 14,5 decrevit *res publica* . . . reos iusta poena -ere. BRUNO QUERF. Adalb. A 3 pater infrendens diris ictibus et vitalibus plagis fugam *(sc. filii)* -xit. DIPL. Frid. I. 563 p. 31,22 potestatem habebit *episcopus* -endi omnes excessus . . . in fodinis et salinis ecclesie. CHART. civ. Hild. 342 p. 167,22 cantor . . . excessus scolarium manualiter -endo . . . habebit liberam facultatem. *persaepe.* **β** *spectat ad iurisdictionem (v. p. 1918,2):* CONC. Karol. B I 41,7 p. 413,27 ut episcopi quietam libertatem suas parroechias circumeundi et praedicandi ac confirmandi atque -endi habeant (*sim.* CAPIT. reg. Franc. 221,6). DIPL. Constantiae 40 p. 127,2 ut liceat ipsi episcopo ipsas ecclesias ordinare, disponere et -ere. CHART. Stir. IV 415 episcopo . . . ius instituendi, -endi et destituendi secundum canonicas sanctiones . . . recognovimus. *al.* **D** *reficere, reparare – (wieder) aufbauen, ausbessern:* **1** *corpor.:* **a** *in univ.:* THEOPH. sched. 3,52 p. 103,9 circumspiciens . . . diligenter, si quid -endum est, -es, rursumque liniens . . . solidabis *(sc. aurum).* FRID. II. IMP. art. ven. 5 p. 151,18 -ende erunt *pennae* propter incisionem aliarum pennarum in eis. **b** *de aedificiis sim.:* TRAD. Frising. 1098 p. 39,21 (a. 937/57) tradidit . . . unam molinam -tam. *al.* DIPL. Heinr. II. 8 p. 10,25 ad pontem restaurandum aut -endum (*sim.* DIPL. Arnulfi 183 p. 280, 18 [spur. s. XI.]). LIGURINUS 8,190 veterum neglecta palacia regum lapsaque -tis relevabunt tecta ruinis. **c** *de instrumentis musicorum i. q. contendere, moderari – stimmen:* ALFAN. premn. phys. 2,52 p. 36 musicus simul peccat cum distortione lyrae, nisi prius eam bene -erit (*PG 40,560^{B}* καταστήσῃ). **d** *de rasorio i. q. acuere – schärfen (per paronomasiam, ut vid.):* CAES. HEIST. mirac. I 4,51 cum . . . is, qui eum *(novicium)* radere debebat, rasorium in corrigia -ret. **2** *spirit. i. q. restituere, ordinare – wiederherstellen, ordnen:* **a** *gener.:* POETA Saxo 5,418 labore pervigili lapsum -it *Arnulfus* imperium. ANNAL. Magd. a. 1037 p. 170,60 conventum tenuit *caesar* de -enda re publica. ALBERT. M. pol. 4,1^{f} p. 320^{b},19 tantae virtutis est politiam institutam -ere (*cf. p. 1289^{a},3* ἐπανορθῶσαι) . . . , quantae instituere primo et ordinare. **b** *publ.:* CAPIT. reg. Franc. 22 p. 53,41 nostros ad vos direximus missos, qui ex nostri

[Vitali]

nominis auctoritate una vobiscum -rent, quae -enda essent. Annal. Mett. a. 759 p. 50,11 hoc anno preter domesticas regni sui causas -endas Pippinus nullum iter exercuit. *al.* Capit. reg. Franc. 260,11 ut rationabiliter et legaliter cuncta -ant et disponant *missi.* 217,5 quicquid inordinatum reppererint, regulariter -ant *abbates*. Hugo Flor. tract. 2,4 (MG Lib. Lit. II p. 490,9) causas . . . audire et auctoritatis suae *(sc. regis)* privilegio -ere vel pacificare. *al.* **c** *canon. c. sensu reformandi:* Cand. Fuld. Eigil. I 3 qui *(monachi)* . . . , si quae de regulae institutis apud nos aut incoepta aut dilapsa fuissent, . . . -rent. Dipl. Ludow. II. 11 p. 86,11 studiosius decertavit *Adalbertus* congregationem monachorum . . . regulariter -ere. Annal. Quedl. a. 781 id *(monasterium)* . . . ad -endum et propagandum . . . Hildegrimo . . . commendavit *Karolus*. a. 1013 p. 82,12 monasterii bona miserabiliter diripuit *rex*, dum sibi fratrum vita displicuit; data occasione -endi invaluit potestas destruendi. Anselm. Leod. gest. 29 p. 205,30 a multis . . . , qui . . . sub eo *(Notkero)* coaluissent, quam plurimae -tae sunt aecclesiae. *saepius*. **d** *medic. c. sensu sanandi (usu subst. vel adi.):* Thadd. Florent. cons. 38,107sq. videamus curam per -entia malam complexionem derelictam: -entia autem malam complexionem humidam presertim sunt hec: *eqs.* 41,207 non recedatur ab usu medicaminum -entium et confortantium epar.

II *latius:* **A** *mutare – ändern:* **1** *gener.:* Flor. Lugd. 27, 19 terga cruenta geris, nec sulcum -is *(in imag.)*. Dipl. Arnulfi 78 ut nulla iudiciaria persona potestatem habeat quicquam in hisdem rebus -endi. Chron. Thietm. 5,28 omne, quod nequit -i, lenitur paciencia *(cf. Hor. carm. 1,24,20)*. Theoph. sched. 3,87 quae *(cymbala)* cum fuderis . . . , si quid per negligentiam vel incuriam de aequitate tonorum defuerit, -es. Dipl. Conr. III. 58 p. 102,29 petiit *abbatissa* . . . , quatenus . . . , que male creverant, in melius -rentur. Dipl. Frid. I. 546 p. 5,36 nec priora quassare valemus, ubi nichil est, quod -ere debeamus. **2** *alch.:* Ps. Arist. magist. p. 642^{a},56sq. spiritibus . . . sociatur *argentum vivum* . . . propter fugacitatem ab igne, quam habet, antequam -atur; . . . cum est -tum, corporibus quoque de iure sociatur. **B** *regere, custodire – leiten, beaufsichtigen:* Dipl. Ludow. Germ. 67 p. 94,18 ut . . . familiam . . . Domino militantem suoque dominatui subiectam disciplinis regularibus et observantiae monasterialis institutione -at et nutriat *Hildigarda*. Chart. Rhen. med. II app. 16 p. 446,26 in die, quo fenum nostrum secatur, aderit *carpentarius*, falcastratores -et . . . , operarios nostros ad opus ducet. Albert. M. pol. 6,3^{d} p. 577^{a},6 quod in democratiis domini eliguntur . . . et . . . electi -untur (*p. 1318^{b},22* εὐθύνειν) a populo, si quid delinquant. **C** *dirigere – richten, lenken:* Chart. Stir. IV 183 (epist. papae a. 1265) qui nomen Domini in ore recipere -tum in vacuum non formidant *(cf. Vet. Lat. exod. 20,7 [Aug. serm. 8,5])*. **D** *(oculos) allevare – (Augen) emporrichten:* Vita Erasmi 313 sanctus homo ad cęlos propere -xit ocellos. **E** *aequare - ausgleichen:* Ligurinus 8,414 si difficili fuerint loca pendula clivo asperiusve solum, primo -ta labore complanare solet *miles Romanus*.

adi. **correctus,** -a, -um. **1** *bonus, probus, rectus – (moralisch) gut, richtig:* Beda hist. eccl. 3,25 p. 181,30 quos ad -iorem viam erudire poterat *diaconus*. Wandalb. Goar. I p. 7,4 ut multi . . . ad meliorem vitam et -iores actus a pravitate converterentur. Alfan. premn. phys. 32,5 p. 116 -a (*sc. gesta;* correpta *var. l.; PG 40,729^{A}* κατορθούμενα) laudantur et delinquentia vituperantur. *subst. neutr.:* Chart. archiep. Magd. 214 p. 270,33 (a. 1129) imminuta redintegrare et minus -a reformare vel in melius mutare. **2** *purus, integer – rein, tugendhaft:* Hildeg. epist. 13,3 p. 372,9 (ed. Pitra) ei *(Martino)* et velle et posse contribuit, ut in ipsa militia quam -issimus exercebat. **3** *emendatus – fehlerfrei:* Epist. Alcuin. app. 2 p. 490,7 rogo, ut diligenter et morose relegatis, quod cita occupatio nec -a (incorrecta *cod.*) perfectio avulsit.

adv. ***correcte.** *recte, iuste, emendate – recht, richtig, fehlerfrei:* Epist. var. II 19 p. 327,21 quae *(sc. gesta)* . . . ex eo *(Dionysio)* reperta sunt, in altero volumine colligas nobisque distincte et -e transcripta quantocius dirigas. Statut. ord. Teut. p. 74,11 quicumque fratres regulam vel consuetudines faciant rescribi, diligentes sint, ut -e scribantur. *Vitali*

***corri(i)ola** *v.* corrigiola.

corripio, -ripui, -reptum, -ere. *form. perf. act.:* -reps-: *l. 46. p. 1931,9. al.* -rex-: *l. 47. struct. notabiliores: c. gen.: obi.: p. 1931,17. pro abl. in struct. pass.: l. 70. c. praep.:* a: *p. 1931,14.* de: *p. 1931,11. adde:* Agob. 1,10,10. super: *p. 1931,12.*

I *(com)prehendere, (vehementer) arripere, (raptim) sumere – ergreifen, (rauh) (an)fassen, (an)packen:* **A** *proprie:* **1** *obi. homines:* Leg. Burgund. const. I 5,4 si quis ingenuum hominem per capillos -uerit, . . . II solidos inferat. 6,1 si quis fugitivum . . . -uerit. *al.* Thangm. Bernw. 25 duos -unt *Romani* . . . , quos crudeliter caesos . . . ante imperatorem proiciunt. Rud. Trud. gest. 3,10 -untur, percutiuntur, spoliantur *monachi*. **2** *obi. animalia i. q. capere – (ein)fangen:* Leg. Burgund. const. I 49,3 ut caballos alienos per regionem vagantes nemo -at. Ligurinus 1,684 aut leporem venatur agris aut aethere cygnum -it *regia volucris*. **3** *obi. res:* **a** *capessere, (ap)prehendere – greifen (zu), erfassen:* Ermold. Ludow. 3,155 pacem semper amat, nolens . . . -it a r m a (Poeta Saxo 1, 255. Otto Frising. gest. 1,13 p. 29,15. *saepe*). Ekkeh. I. hymn. 5^{b},5 (Festgabe W. Bulst. 1981. p. 191) qui paulo ante castra christiana persecutor invaserat, pro isdem dimicans signa -it *(sc. Paulus). al. in imag. de elementis:* Beda hist. eccl. 2,7 p. 94,15 civitas . . . igni -ta coepit . . . flammis consumi. Rud. Trud. gest. 3,8 qui *(episcopus)* lacrimas . . . dicitur fudisse, cum . . . flammam videret aecclesiam . . . -uisse. Ligurinus 7,437 unda . . . involvens arma virosque . . . -ta deorsum cuncta trahit. *al.* **b** *rapere – rauben:* Thietm. chron. 5,34 omnem thesaurum . . . Maganus . . . cum suis -it. **c** *colligere – zusammenpacken:* Wibald. epist. 292 exemplaria . . . privilegiorum tam imperatorum quam pontificum Romanorum optime -ta nobis mittatis. **d** *accipere – empfangen:* Tit. metr. III 12,4 -e, preceptor, donum.

B *translate:* **1** *(cupide, vi) potiri – sich (gewaltsam) bemächtigen:* Ligurinus 3,619 qui *(fortes)* sacra beati -ant . . . limina Petri atque Leoninae munimina . . . urbis. **2** *(viam) inire – (einen Weg) einschlagen:* Walth. Spir. Christoph. II praef. 107 licet obvia sistant spicula -tum temere prohibentia callem. Bruno Magd. bell. 123 p. 117,13 multi fugientes . . . equis derelictis . . . fugam trepidi -uerunt. Ligurinus 4,271 cives . . . compendia montis ardua -unt trepidi. **3** *concipere – fassen, fällen:* Dipl. Heinr. IV. 343 p. 454,11 largimur . . . priori . . . , ut habeat potestatem . . . iustum arbitrium -ere. **4** *afficere – überkommen:* **a** *in malam partem i. q. invadere, affligere – befallen, heimsuchen:* **α** *de morbis (interdum expressius i. q. absumere – hinraffen, e. g. l. 49. 50):* Ionas Bob. Columb. 2,8 p. 245,13 quendam fratrem . . . febrium ignis -psit (-it, -xit, coxit *var. l.*). Arbeo Corb. 1 divina praeveniente genitor eius evocatione languori -tus ex hac luce migravit. Vita Leod. 2,89 (MGPoet. III p. 27) confestim pestis iniqua -it hunc *(nuntium)*. Widuk. gest. 1,40 infirmitate -tus iter intermisit *rex* (*sim.* Wipo gest. 1 p. 9,1). Petr. Cas. (?) chron. 3,56 ubi se tali -tum pena perspexit *Transmundus. persaepe*. **β** *de affectibus:* Eigil Sturm. 16 p. 150,4 nimio . . . omnes terrore -ti. Annal. Xant. a. 864 p. 20,20 censum sanctuarii . . . nimium vesania -ti . . . remiserunt *pagani*. Walth. Spir. Christoph. I 17 rex furore -tus. Dipl. Heinr. II. 95 p. 120,20 si quis . . . infelici animo . . . -tus contra hoc nostrum preceptum agere temptaverit. Otto Frising. gest. 2,26 p. 131,30 ultima . . . desperatione -ti Terdonenses . . . de reddenda . . . pertractant arce. *saepius*. **γ** *de diabolo:* Arbeo Emm. 21 a spiritu inmundo -tus (ereptus *var. l.*) . . . huc illucque discurrens *presbyter*. Annal. Xant. a. 867 p. 24,22 ita ut, qui prior eorum *(sc. duorum presbiterorum)* videbatur, nimia infestatione diaboli -tus est. Humb. Sim. 1,21 p. 135,16 -untur *praedicatores* . . . a superveniente iniquitate, maligno spiritu scilicet. Ranger. carm. 147 -bantur *quidam* a demone. **b** *in bonam partem i. q. implere, stimulare – erfüllen, anspornen (fere de Deo):* Willib. Bonif. 1 p. 6,25 puerum . . . ad monasterium . . . spontaneus, a Domino quidem -tus, direxit *pater*. Trad. Frising. 70 ego Toto divine ammonicionis -tus . . . , ut portionem donarem . . . , ita et feci. *de ratione:* Alcuin. carm. 1,1413 quem *(Aelbertum)* . . . a primis ratio pulcherrima cunis -uit rerum. **5** *reprehendere, castigare, in-*

[Pörnbacher]

crepare – 'sich vornehmen', maßregeln, zurechtweisen (in imag.: l. 5): **a** *in univ.:* Lex Baiuv. 7,4 si quis . . . liber homo . . . aliquod opus servile fecerit die Dominico, -atur semel vel bis. Arbeo Corb. 10 p. 199,1 -ens *(sc. reum)* emendationem promittere studuit. Theodulf. carm. 28, 503 his iaculis -ta lues . . . cedat. Cand. Fuld. Eigil. I 23 p. 232,46 divina voce -tus factus est discipulus veritatis *Paulus (item de Deo castigante:* Hildeg. epist. 63 Deus . . . malum contrivit atque contradictionem -psit. *al.).* Petr. Dam. epist. 89 p. 557,26 Paulus . . . Petrum de iudaizandi rediviva usurpatione -uit. Helm. chron. 84 p. 162,10 -uit eum *(regulum)* dux de verbo blasphemiae. Dipl. Frid. I. 948 Amedeum super . . . negligentia -uimus. *persaepe. c. sensu revocandi:* Dipl. Frid. I. 919 p. 186,25 ut . . . inquietos ab infidelitatis sue pervicacia -uerit *imperialis excellentia.* **b** *accusare – anklagen:* Aedilv. carm. 11,43 femina -ens despexit facta mariti: *'eqs.'* Annal. Fuld. II a. 885 p. 102,25 infidelitatis -tus . . . occisus est *Gotafrid.* **c** *punire – bestrafen:* Leg. Wisig. 6,5,14 iudex . . . licentiam habeat -ere criminosum, ut penam reus excipiat, quam meretur. Conc. Karol. A 18[A] si quis vel si qua in hoc vitio reperti fuerint, aut -antur aut excommunicentur. Theodulf. carm. 28,869 -e tu vinclis sceleratos, -e flagris. Cand. Fuld. Eigil. I 9 p. 227,5 ut zelo iustitiae -antur auctores dissensionis. *saepius.* **d** *emendare – berichtigen, verbessern:* Walahfr. carm. 2,22 quîs *(scriptis)* nos -tos admoneas. *medial. fere i. q. ad cor reverti – etwa: zur Vernunft kommen:* Capit. Saxon. 4 si . . . necdum -tus tertia vice pro eadem re ad palatium remeaverit *aliquis.*

II *contrahere, breviorem efficere – zusammenziehen, (ver)kürzen:* **A** *de tempore:* Gerb. (?) astrolab. 2,9 p. 122,2 a libra maius hemisphaerium initiatum . . . autumnales -endo dies ad capricorni solstitium pervenit. **B** *de mensura:* Albert. M. mot. proc. 2,7 p. 67,55 ex his . . . duobus motibus *(sc. impulsu et retractu)* spiritus quodlibet motus instrumentum augeri potest . . . et -i (*p. 703[a],21* συστέλλεσθαι) sive diminui. p. 67,59. **C** *de syllabis, vocalibus (t. t. gramm. et mus.):* Erchanb. gramm. p. 40,14 -itur 'i', quando tertiae, producitur vero, quando verbum fit quartae coniugationis. Aurel. Reom. mus. 19, 41 in nona . . . syllaba . . . non . . . protraitur vocis concentus, sed -itur. Godesc. Saxo gramm. 1 p. 406,23 illa nomina Latina, quae sunt a Graecis nominibus dirivata, -untur in penultima. Conr. Mur. summ. p. 74,5 si tetrasillaba fuerit finitiva et eius penultima sit acuta, tunc suam penultimam -it antecedens. *saepius.*

adi. **correptus,** -a, -um. *t. t. gramm. et mus. i. q. brevis – kurz:* Erchanb. gramm. p. 40,19 'i' semper producta est ante 'ris', nam -a in 'e' convertitur. Aurel. Reom. mus. 19,11 syllaba . . . secunda acuto enuntiabitur accentu, . . . si dactylus fuerit vel quaelibet -a syllaba. 19,26 -a syllaba media. Godesc. Saxo gramm. 1 p. 406,24 sunt . . . penes nos naturaliter -a 'faginus, oleaginus'. Christ. Stab. Matth. 56 p. 1458[B] fulgur neutri generi nomen est nec habet 'o' in nominativo, sed -um 'u'. Mus. Enchir. app. D p. 230,208 semitonio inter tonos -os et productos . . . alternando. *saepius.*

adv. **correpte.** *t. t. gramm. et mus. i. q. breviter – kurz:* Aurel. Reom. mus. 19,81 videlicet in 'i' ut 'ilicem' -e dicamus. Schol. enchir. 1,400 ob hoc sumamus quodvis melum canere, nunc -ius, nunc productius. Arno Reichersb. scut. p. 1509[C] in psalmodia . . . hoc amo, ut mediocriter, item ut neque nimis -e neque nimis producte . . . fiat. *al.*

corrisa *v.* coryza.

corrivalis (conr-), -is *m.* **1** *contribulis, vicinus – Stammesgenosse, Nachbar:* Arnold. Ratisb. Emm. 1,11 p. 1009[C] repedavit *(sc. unus e stirpe Lantperti)* ad propria, huiusmodi sermone inter con-es et consanguineos exeunte: *eqs.* **2** *aemulus – Nebenbuhler:* Gesta Trev. 4 p. 133,4 mulier necem mariti, vitam servi con-is operiebatur.

corrivor (cori-), -ari. **1** *confluere – zusammenfließen:* Gesta Camer. 3,19 p. 471,4 ubi . . . Mosa et Wal fluvius de Rheno effluens pariter -antur. **2** *oriri – entspringen:* Carus Clem. 1044 surrexit presul amęnus, rivus ut a magno corivatur fonte serenus.

corrixor (conr-), -ari *et* **corrixo** (corizo), -avi, -are. *litigare, dimicare – (miteinander) streiten, kämpfen (remissius i. q. [ludendo] concertare – sich [im Scherz] messen [mit]: l. 7):* Otto Frising. gest. 2,54 procedunt Colonienses, . . . de sua utrique electione per triduum coram principe decertant et con-antur. Eberh. Bamb. epist. (MGScript. XI p. 83,37) manus eius *(archiepiscopi)* non est aversa ab ullo paupere, cum quo cordi erat iocari, con-ari *eqs.* Chart. episc. Wirz. I 139 p. 129, 18 ne licentius occasionem -andi propter impunitatem arriperent. Albert. M. animal. 22,21 ad invicem apri -antes, cum viderint lupos, . . . se iuvant mutuo. miss. 1,3,5 p. 24[a],17 haec *(sc. quatuor suggestiones diabolicae)* . . . totum mundum quasi bestias faciunt -ari. *al.* Acta civ. Wism. B 2732 qui *(pistores)* corizaverunt et pugnam fecerunt. Vita Ermin. 37 duo . . . satellites simul ierant ad predandum et capta preda . . . ceperunt mutuo -ari.

corriza *v.* coryza. ***corroborate** *v.* corroboro.

corroboratio (conr-, coro-, -cio), -onis *f.* **1** *de actione roborandi, firmandi:* **a** *corpor. i. q. solidatio – Festigung:* Ps. Galen. anat. 1 p. 166[C] iuvamentum ipsius *(ligamenti)* est nexio et concatenatio iuncturarum et -o nervorum. **b** *spirit. i. q. confirmatio – (Be-)Stärkung:* Dipl. Karoli III. 39 p. 67,33 ut . . . fratres . . . sub nostre inmunitatis tuitione ac defensionis -e suscepissemus. Thietm. chron. 4,57 propter salutem patriae et -cionem pacis. Dipl. Frid. I. 502 p. 433,7 curiam . . . apud Aquisgranum celebravimus, ubi corpus eius *(sc. Karoli)* . . . ad -em Romani imperii . . . elevavimus. *al.* **2** *de actione affirmandi, sanciendi:* **a** *strictius i. q. affirmatio, astipulatio – Bestätigung, Beglaubigung (fere in chartis):* **α** *in univ.:* Capit. reg. Franc. 234 p. 136,35 ut hec nostrae confirmationis atque -is a u c t o r i t a s a fidelibus sancte Dei ecclesie et nostris verius credatur . . . , manu propria . . . eam firmavimus (Dipl. Loth. II. 25 p. 426,12. *saepius*). Dipl. Otton. III. 267 p. 684,34 scripta . . . a nostris antecessoribus facta . . . hac nostrae auctoritatis et -is pagina . . . corroboramus *(inde* Dipl. Heinr. III. 216 p. 289,40. *al.).* Dipl. Heinr. IV. 422 p. 566,33 hęc omnia . . . dicta nostra con-e . . . corroboramus. Dipl. Frid. I. 394 p. 268, 14 quandocunque nostrę -is pie exposcitur suffragium, celeri affectu est attribuendum. *persaepe. meton. de formula ('Corroboratio'):* Dipl. Heinr. I. 28 ut hoc firmius credatur . . . , hanc nostri -em praecepti inde conscribi iussimus. Conr. Mur. summ. p. 133,18 privilegiorum . . . hee sunt partes: titulus, exordium, . . . narratio, finalis -o et singulorum subscriptio. *de toto diplomate:* Dipl. Loth. I. 104 p. 244,19 memoratas res a iam dictis viris . . . illi *(sc. Angilmaro)* contraditas, prout plenius in eorum -e continetur, illi per hoc nostrum praeceptum sanccimus. Dipl. Otton. I. 412 p. 562,4 quemadmodum imperatores . . . suarum firmitatum manuum coro-es contulerunt. **β** *spectat ad auctoritatem:* Dipl. Loth. I. 35 p. 113,24 ut futura -o hac (*i.* ac) Dei utilitatis decertata confirmatio sibi *(sc. imperatori)* perhenniter maneat. Dipl. Otton. I. 166 ut huius cartę -o omni tempore firma . . . permaneat. Dipl. Heinr. IV. 462 p. 624,38 manu propria eam *(sc. scripturam nostrae auctoritatis)* subter signavimus et sigilli nostri impressione ad -em insigniri iussimus. *al.* **b** *latius:* **α** *approbatio – Zustimmung:* Nicol. I. epist. 59 p. 366,7 quem *(Hincmarum)* primatem . . . praedecessores nostri Leo . . . in largitione usus pallii et Benedictus privilegio suae -is . . . confirmaverunt. Dipl. Otton. II. 305 p. 361,33 preceptum confirmationis et -is, quatinus nos . . . concedere dignaremur. *al. de testimonio:* Dipl. Otton. II. 261 p. 302,36 propria scriptione cartarum . . . Landulfus diiudicaverat -e multorum . . . ecclesie pertinere *castella.* **β** *decretum, constitutio – Bestimmung, Anordnung:* Dipl. Loth. II. 25 p. 425,16 si . . . eis *(servis Christi)* authoritatem nostrae -is largimur. Dipl. Karoli III. 85 p. 138,7 per hanc nostram imperialem institutionem et inviolabilem -em. Greg. Cat. chron. II p. 108,3[B] curam huius cęnobii, et si non imperiali -e, optinuit tamen canonica . . . electione *Suppo.* Dipl. Frid. I. 490 p. 411,39 quicumque . . . mortalium hanc nostram constitutionem vel -em infringere . . . attentaverit. *al.*

***corroborativus,** -a, -um. *confirmativus – bestätigend:* Acta civ. Rost. B I 3,44 p. 77 (a. 1258/60) super hoc factum . . . Hynso dedit solidum -um seu pacis, quod vulgo dicitur vrede-

[Pörnbacher]

schilling *(de re v. Dt. Rechtswb. III. p. 943)*.

***corroborator,** -oris *m. fautor, defensor, tutor – Förderer, Gönner, Beschützer:* Conc. Rem. 26 (MGScript. III p. 671,25; a. 991) sentiamus in vobis *(sc. papa)* alterum Petrum defensorem et -em christianae fidei. Dipl. Conr. II. 206[a] p. 281,23 quatinus ibidem Deo famulantes . . . nos . . . fautores et -es possint . . . Deo . . . commendare *(inde* Dipl. Heinr. III. 3. *al.)*. Hugo Flav. chron. 2 p. 498,10 adiutor et -r ero *(sc. abbas moriens)* fidei vestrae. *v. et p.1937,46. de Christo:* Chart. Rhen. med. I 327 p. 382,29 (epist. papae a. 1047) in Domno nostro Ihesu Christo, qui est virtutum dator et -r.

corroboro (conr-), -avi, -atum, -are. *script.* -opo-: *l. 52. depon.: p. 1934, 6. adde* Dipl. Karoli III. 15 p. 23,22. *al. struct.: c. praep.:* de: *l.57.* super: *l.36. c. enunt.:* ut: *p. 1934,25.* quod: *p.1934,22.* quo: *p.1934,22.*

I *(con)firmare, stabilire – (be-, ver)stärken, kräftigen, (be)festigen:* **A** *proprie:* **1** *gener.:* **a** *in univ.:* Eigil Sturm. 20 domos omnes monasterii . . . columnis et . . . trabibus . . . -vit. Ecbasis capt. 823 -et *rex* antra ferarum. Greg. Cat. chron. II p. 272,6 (epist.) nos . . . castrum nostrum -antes. *al. in imag.:* Leg. Wisig. 12,2,14 p. 422,22 eius solium in veritate con-et *dextera Christi*, cuius *eqs.* Radbert. Matth. 4,2883 domus . . . fundamento Christi -tur. **b** *c. sensu augendi:* Albert. M. veget. 4,19 -bitur vis vaporis moventis. **c** *c. sensu recreandi:* Amarc. serm. 3,369 ni siccam . . . fons . . . gulam -et. **d** *c. sensu constituendi, consolidandi:* Heinr. August. planct. 1083 sopitus Adam costa -at Evam. **2** *natur. et medic.:* Odo Magd. herb. 2142 iecur et stomachum -at haustum *caryophylli*. Diaeta Theod. 491 dactilus dulcis . . . non solum extrinsecus impositus -at et desiccat, verum *eqs.* Albert. M. animal. 1,355 utilitas nervi . . . est, . . . ut caro -etur involuta in retiaculis et panniculis nervorum *(ex Avic.). al.* **B** *translate:* **1** *in univ.:* **a** *gener.:* Agob. 7,3 l. 9 ad -andam f i d e m (Rimb. Anscar. 7 p. 26,37. *al.*). Trad. Teg. 380[a] p. 293,34 ut in futuris temporibus iustitia -etur. Chron. Hild. 1 Karolus . . . , qui . . . christianam religionem super eos *(Saxones)* -vit. *persaepe. in malam partem:* Thietm. chron. 4,73 p. 216,22 non sic -retur pertinax presumpcio iniquorum. Humb. Sim. 1,2 p. 104,28 errorem suum -are conatur *calumniator*. Berth. (?) annal. a. 1079 p. 322, 13 regni . . . desolationem . . . et iniquitatem . . . miserabiliter tueri ac -are. *al.* **b** *publ.:* Dipl. Merov. I 21 p. 21,48 quia tunc regia potestas suum cultum -are videtur, quando *eqs.* Dipl. Otton. I. 81 p. 160,40 decrevimus, ut illud monasterium . . . in usus peregrinorum . . . firmetur atque -etur. Dipl. Conr. III. 86 p. 153,37 (spur.) beneficiis nostris novellam illam plantationem desideramus -are. Dipl. Frid. I. 10 p. 18,31 ut eorum paci . . . , quorum orationibus regni nostri res publica -atur, . . . provideamus. Otto Frising. gest. 1,64 ad -andum imperii statum. Chart. Chemnit. 307 p. 268,25 (dipl. Frid. II.) terminos . . . donatos . . . et suis *(sc. regis)* beneficiis et donis -tos. *al.* **2** *cohortari – ermutigen:* Alcuin. epist. 239 p. 384,36 tuis sanctissimis -tus (-poratus *var. l.*) consiliis et orationibus. Hrotsv. lib. 2 praef. 2,5 vestris -ta sententiis . . . praesumo . . . componendis operam dare. Petr. Dam. epist. 50 p. 119,11 -et me in omni opere bono *Deus*. Thangm. Bernw. 17 p. 766,19 populum alloquitur, benedicit et -at. Petr. Cas. chron. 4,125 p. 601, 23 Guibaldus . . . -tus de his, que imperator . . . dixerat. *al.*

II *affirmare, probare, sancire, testari – bestätigen, bekräftigen, anerkennen, beglaubigen:* **A** *gener.:* Walahfr. Gall. prol. p. 280,31 cuius *(sc. scriptoris)* dicta nec doctrina -at nec vita confirmat. Carm. in Sim. 2,1,3 (MG Lib. Lit. III p. 700) quam *(satiram)* . . . vir magnus -at Hugo. Hugo Flor. tract. 1,13 (MG Lib. Lit. II p. 482,40) praesentem libellum exemplis sanctae scripturae diligenter -are curavi. Consuet. Marb. 57 ibi *(in capitulo)* . . . licet omnibus . . . utilia . . . suggerere vel ab aliis suggesta -are. *al.* **B** *publ.:* **1** *strictius:* **a** *in univ.:* Conc. Karol. A 44[A] p. 478,27 per has . . . syllabas -amus et confirmamus priorem p a c e m et amicitiam (Cosmas chron. 3,42 p. 215,9). Dipl. Loth. I. 50 p. 145,13 ut eandem ordinationem nostro -remus praecepto. Thietm. chron. 7,31 p. 436,23 monasterium . . . a libertate diu -ta in servitium redactum est. Cosmas chron. 2,38 papa . . . suo privilegio -at Pragensem episcopatum. *persaepe. spectat ad donationes, possessiones sim.:* Dipl. Ludow. Germ. 43[b] p. 59,16 quicquid . . . tenere visus fui, . . . regi ad suum proprium . . . tenendum tradidi atque legaliter -vi. Dipl. Karoli III. 53[a] p. 91,32 concedimus, c o n f i r m a m u s et -amus et omnino transfundimus cuncta, que *eqs.* (Dipl. Otton. I. 241[a] p. 339[a],30 -amur. *al.*) Thangm. Bernw. 22 p. 769,16 coenobium . . . tuo iuri redintegro et -o. Dipl. Conr. III. 6 p. 12,32 omnes possessiones . . . confirmamus et presentis auctoritate privilegii nostro regio banno -amus. *persaepe.* **b** *in formula corroborationis q. d. (expressius i. q. [con]signare – unterzeichnen, ausfertigen: l.12):* Dipl. Karoli M. 208 p. 279,34 m a n u p r o p r i a subter con-are decrevimus (Dipl. Otton. III. 48 p. 450,37. Thietm. chron. 3,1 p. 98, 15. *persaepe*). Form. extrav. I 10 p. 539,39 manu mea propria subter firmavi et bonorum virorum testimonio -andam *(sc. chartam)* decrevi *(sim.* Registr. Pant. Col. 6. Chart. Epternac. 223. *al.)*. Dipl. Karoli III. 94 p. 154,34 eam *(concessionis auctoritatem)* . . . iussimus . . . sigillo nostro -i. Dipl. Heinr. IV. 343 p. 454,18 nostri sigilli impressione infra -i iussimus. Trad. Teg. 373[c] p. 289[b],41 sunt hec . . . sigillo sancti Quirini -ta. *persaepe.* **2** *latius:* **a** *decernere, constituere – festsetzen, bestimmen:* Cosmas chron. 2,46 p. 153,18 -at *rex* omnium sacramento comitum, quo (quod *var. l.*) . . . Conradus obtineat solium. Dipl. Conr. III. 172 p. 311,30 decernimus et . . . privilegii auctoritate -amus, ut *eqs. al.* **b** *instruere – bevollmächtigen:* Wipo gest. 2 p. 19,19 ad regnandum . . . illum *(Chuononem)* -vit *imperatrix*.

adv. ***corroborate.** *viribus confirmatis – gekräftigt, gestärkt:* Urso gloss. 83 p. 118,11 confortatur *aeger* in tantum, ut -e illico ad perficiendam crisim incitetur.

corroco *v.* corrogo.

1. corrodo (conr-, coro-), -rosi, -rosum, -ere. *confunditur c.* corradere: *p.1935,9. partic. praes. vel perf. usu adi.: l.58.59. 71.p.1935,31. al.*

I *(e)rodere, exedere – (be-, zer)nagen, zerfressen:* **A** *proprie:* **1** *gener.:* **a** *de animalibus:* Audrad. carm. 3,4,379 -sus v e r m i b u s . . . miseram exspiravit . . . animam *praesul* (Chart. Sil. D IV 15 p. 22,15 [epist. papae]). Arnold. Berg. chron. a. 1026 p. 677,2 quem *(comitem)* cum m u r e s -issent usque ad mortem (Rein. Leod. inept. 1 p. 598,18). Volquin. serm. 295 (StudMediev. III/ 3.1962. p. 331) quod vultures iecur Titii -unt. Albert. M. veget. 7,102 quae *(erucae)* sunt vermes longi -entes folia. *saepius*. **b** *de hominibus:* Ecbasis capt. 13 vivus con-itur unguis *(spectat ad Hor. sat. 1,10,71)*. Leo Mars. chron. 1,27 p. 79,16 digitos sibi ceperunt manusque . . . -ere *Saraceni*. **2** *medic. et pharm.:* **a** *in bonam partem:* Aesculapius 40 p. 63,20 post eruptionem *(sc. apostematis)* collectiones variae medicamine aliquo -untur. Benven. Graff. ocul. A 10 p. 28[a],20 potenter corodit *pulvis nabietis*, quia . . . in oculis purificat. Gloss. Roger. I A 1,22 p. 554,6 stercus caprinum . . . superponatur, quia -it leniter et mundificat vulnus. Albert. M. veget. 5,115 cauterizant . . . quaedam *(plantae)* -endo et adurendo. *al.* **b** *in malam partem:* Vita Udalr. Cell. II 62 (32) iam . . . nares -serat *cancer*. Ioh. Iamat. chirurg. 7,4 p. 46,47 cum iam videris carnem superfluam -sam penitus removeri. Brunus Long. chirurg. 1,14 p. 112[A] si modum excedit *medicina*, -it membrum; . . . in curatione ulcerum -entium. Albert. M. veget. 6,111 confert *galbanum* dolori dentis -si *(ex Avic.)*. animal. quaest. 2,30 p. 121,68 fugit *cholera* ad illa *(intestina)* et ea -it et ulcerat. *al.* Vita Mariae rhythm. 3255 digiti tornatiles . . . scabro non -si. *saepius. usu refl.:* Roger. Salern. chirurg. 2,149[7] fit *apostema* . . . herpes estiomenus, id est se ipsum -ens (*inde* Gloss. Roger. I A 2,2 p. 586, 30). 4,126 cancer . . . se constringit . . . et a latebris se -it. **B** *in imag.:* Dhuoda lib. man. 3,7,7 con-et . . . te ut tinea *(sc. homo iracundus)*. Carm. var. II 18,25 tune *(sc. delusor)* . . . meas con-is d e n t e Camenas? (Petr. Dam. epist. 105 p. 165,8. Bernold. Const. chron.a. 1091 p. 453,8). Hildeg. epist. II 13,6 p. 376,16 ut . . . anima vipereis morsibus non -atur (connodatur *ed., vix recte*). Albert. M. nat. bon. 323 p. 116,3 vermis conscientiae -entis. Chart. Basil. C I 386 p. 288,27 facta hominum ne mordaci lima oblivionis -antur. Albert. M. metaph. 3,

[Pörnbacher]

2,10 p. 129,5 'verum' omnes philosophi '-unt' (*p. 1001a,2* ἀποτρώγουσιν). **C** *translate:* **1** *expilare, despoliare – ausplündern, berauben:* ANNAL. Quedl. a. 997 p. 73,47 Sclavi . . . terminos . . . Saxonicos latrociniis -serunt furtivis. ARNOLD. LUB. chron. 3,17 p. 158,29 ecclesie quasi -se et exspoliate . . . inveniuntur. HEINR. LETT. chron. 11,4 quia inique egerat . . . neophitos -endo *advocatus*. *effundere – verschleudern:* COD. Lauresh. 134a l. 18 omnem . . . monasterii ecclesiasticum thesaurum . . . corrasit *(an leg.* -sit *?)*, exhausit. **2** *conterere, fatigare – aufreiben, zermürben:* CHART. archiep. Magd. 92 p. 131,38 (epist. papae a. 981) dum talibus altercationibus -sa distrahitur *ecclesia*. CARM. Bur. 43,5,4 basem rei publice . . . machina -it presentium malorum. *exstinguere – auslöschen:* CHART. Sangall. A 1015 p. 214,28 (a. 1278) ne res geste oblivionis caligine imposterum -antur. **3** *conviciis proscindere – herabsetzen, 'heruntermachen':* PETR. CAS. chron. 4,115 p. 590,12 quidam philosophus . . . canino latratu . . . occidentalem ecclesiam -ere cepit dicens *eqs.* LIGURINUS 3,270 pontifices ipsumque gravi -ere lingua audebat papam *Arnoldus*.

II *(ab)radere, defricare – (ab)schaben, abreiben:* **A** *in univ.:* WALDR. carm. 3,63 menbranas . . . pumice -o. MIRAC. Annon. 3,30 de saxo . . . cultello -sit *mulier*. TRACT. de chirurg. 50 os cum spatumili -endo perforetur. **B** *usu terere, corrumpere – abnützen, beschädigen:* CHART. Ital. Ficker 27 p. 36,48 (a. 974) quod ibi *(sc. in exemplo chartae)* -sum vel deletum fuerat. FRID. II. IMP. art. ven. 1 p. 118,20 si primo anno non mutarentur *(sc. pennae)*, tantum -rentur . . . , quod *eqs.* 2 p. 131,7 margines in cauda si -si inveniantur. *al.* ALBERT. M. animal. 19, 48 acutum . . . facile retunditur et -itur (*p. 789a,9* ἀμβλύνεται). **C** *atterere, laedere – wund machen, verletzen:* VITA Mariae rhythm. 3259 fuerunt *pedes Iesu* . . . -si propter iter plurimum. 5497 tantum . . . ploraverat . . . , quod . . . ipsius palpebre -se iam tumebant.

2. corrodo *v.* 1. corrado.

***corrogata** (car-) *et* ***coroada** (croa-, crua-, -ata)*, saepius* ***corvada** (cur(r)-, carr-, corr-, -rba-, -rweda, -ata) *et* ***corveia** (gor-, chor-, -ea), -ae *f.* (corrogare; *cf. Wartburg, Frz. etym. Wb. II. p. 1226sq.*).

1 *proprie i. q. servitium, angaria – (Fron-)Dienst:* **a** *in univ. (interdum de iure, e. g. l.47):* CAPIT. reg. Franc. 32 p. 83,8 ut non praesumant iudices nostram familiam in eorum servitium ponere, non -vadas, non materia cedere . . . cogant. CHART. select. Waitz 2 p. 4,24 faciat . . . mansus unusquisque anzingam integram in -a dies II ad utramque sationem. 7 p. 14,2 herban et -wedan nullomodo habeant *villani nostri* nisi . . . licentia abbatum. CHART. Helv. arb. 5 p. 7,16 forationes vini et totum ripale, -oadam et mutationes domorum . . . debet ut dominus possidere *comes*. CHART. Lamb. Leod. 572 p. 122,21 in . . . recipiendo . . . forestariam et -veias ab ipsis hominibus. DIPL. Heinr. II. 517 p. 665,40 (spur.) de avena advocationis et gorveia sint illi liberi, qui *eqs. al.* **b** *munus vehendi, arandi – Spanndienst:* REGISTR. Foss. I 12 arat *(sc. unusquisque mansus)* -badam inter iverna ticum et tramisum perticas IV. *al.* REGISTR. Prum. 1 quando XV noctes facit et fenum colligit et curvadas (gloss.: atepluge) facit *Widradus. persaepe*. CHART. select. Waitz 3 p. 6,9 debent in anno quatuor -vadas, tres ad arandum et quartam ad colligendum. CHRON. Andag. 41 advocatus . . . in exigendo . . . chorveias adeo imminebat . . . familie, ut in arando vacca . . . pauperis abortiret. TRAD. Altaerip. 212,5 omnia casalia . . . debent curie . . . ter in anno -oatas aratrorum. *al.* CHART. Helv. arb. 102 p. 162,15 quod advocatus . . . tribus vicibus in anno habet -vatas des charrues. **2** *meton. i. q. ager, dominium – Salland, Dominikalland, Achte, Beunde:* DIPL. Karoli III. 143 p. 230,10 decimam de dominicis laborationibus et de vineis dominicis et de curvatis canonicis . . . persolvant *episcopi*. CHART. select. Waitz 2 p. 4,29 in ca-a perticas IV, . . . in vineis perticas IV. CHART. Rhen. med. I 368 p. 425,24 (epist. papae) quicquid illi *(monasterio)* subiacet in suburbio . . . cum condumis et curvadis et vineis indominicatis. DIPL. Frid. I. 490 p. 411,13 tres -vatae Widonis heremitae. CHART. Rhen. med. III 881 vineam sitam in parrochia nostra in croada versus s. Remigium concessimus Hadewigi. CHART. Lux. IV 324 pro croada et prato, que vulgo hatten et brul nuncupantur. *saepius*. *cf.* *corvidica, *corvigium.

corrogatio, -onis *f.* *servitium – Frondienst:* LUP. FERR. epist. 51 quod nostri boves . . . non suffecerint, frequentes impleant -es.

corrogo (conr-, -roc-), -avi, -atum, -are. **1** *strictius i. q. (rogando, petendo) sibi comparare, colligere – (bittend, fordernd) sich beschaffen, (ver)sammeln:* **a** *de rebus:* ARNULF. SAG. invect. 3 p. 93,3 cum inestimabilem pecuniam . . . -asset usura *avus*. LIGURINUS 2,25 ex omni collectos agmine nummos -at *rex* . . . et licite compensat dampna. EPIST. Hildesh. 100 facultatis mee rebus collectis et amicorum -tis auxiliis. *expetere – herbeiwünschen:* ALBERT. STAD. Troil. 5,560 mortem -at ille *(Pyrrhus)* sibi. **b** *de hominibus:* **α** *accire – herbeirufen:* HERM. SANGALL. Wibor. 1,29 p. 180,30 -ta una ex domesticis. *in imag.:* ANON. minut. prol. p. 229,2 cum ipsa *(unitas)* a sua immobilitate . . . nequeat -ari, velut *eqs.* **β** *citare – vorladen:* TRAD. Weiss. 8 l. 81 (a. 737) testes, qui . . . signarent, modis omnibus con-vi. CHART. Sangall. A 9 testis, qui suscrivere conrocaverunt. **γ** *convocare – einberufen:* PRUD. TREC. annal. a. 825 p. 65,19 con-ta manu valida. THEOD. TREV. transl. Celsi 16 -ta est . . . solennis synodus . . . episcoporum. **δ** *conciliare – gewinnen:* WOLFHER. Godeh. II 8 p. 202,22 ipsum *(imperatorem)* . . . adiutorem ad corrigendum talem hominem -vit *abbas*. *petere, rogare – erbitten, 'sich ausbitten':* PASS. Ursulae 3 cui *(filio)* . . . beatam in conubium -ari Ursulam . . . flagrabat *tyrannus*. **2** *latius i. q. (ef)flagitare, evocare – (dringend) bitten, auffordern:* GUMP. Wenc. 18 conviviis eum *(principem)* interesse . . . -vit. WOLFHER. Godeh. I praef. p. 168,22 quam pluribus me ardua quaedam delucidare -antibus. *al.* ANNAL. Pegav. a. 1091 p. 244,32 cum quo *(archiepiscopo)* . . . Albuwinum . . . venire -vit *Wicpertus*.

subst. ***corrogata,** -ae *f.*: *v. p.1935,35.*

corrollarium *v.* corollarium.

corrosio, -onis *f.* **I** *proprie i. q. rosio, consumptio – das (Be-, Zer-)Nagen:* **A** *strictius:* **1** *gener.:* SIMON sacram. p. 31,11 de fractione et . . . a muribus -e dici debet, quod *eqs.* CHART. Col. I 76 p. 558,20 privilegium . . . ex . . . -e vermium extiterat consumptum. ALBERT. M. animal. 25,8 si . . . sentiatur mordicatio et -o *serpentis (ex Avic.)*. VITA Herm. Ios. 10 ut . . . puer . . . in illa -e nihil molestiae sustineret. *in imag.:* ALBERT. M. summ. creat. II 1,71,3 p. 597b,23 non . . . parva poena est -o vermis *(i. conscientiae)*. DAVID compos. 1,17 ex quibus *(verbis nocivis)* oriuntur . . . graves . . . conscientiae -es. **2** *medic. i. q. erosio – 'Korrosion', Zersetzung:* **a** *in malam partem de tabe:* TRACT. de aegr. cur. p. 172,9 aliud contra putredinem et -em gingivarum. GLOSS. Roger. I A 2,2 p. 588,20 -e . . . cessante, quod cognoscitur per saniem fluentem *eqs.* BRUNUS LONG. chirurg. 1,14 p. 112A ambulatio -is cogit nos incidere membrum, ut sanetur corpus a -e (*inde* THEOD. CERV. chirurg. 1,7 p. 138C). NOTULAE Wilh. Cong. 499 cum . . . sanies libere expurgari non potest, -o circa fundum profundatur. *al. de dentibus i. q. caries – Fäule:* CONSTANT. AFRIC. theor. 9, 19 p. 44av in dentibus dolor est nimius: -es, exacerbationes. p. 44bv -es patitur dens ex humorum acutorum . . . putredinibus. ALBERT. M. veget. 6,209 conferunt . . . gallae positae in -e dentium (*sim.* 6,228). **b** *in bonam partem de diabrosi:* MIRAC. Otton. Bamb. I 28 ipsa . . . -o iam nervos et ossa militis invaserat. WILH. CONG. chirurg. 1705 facta . . . -e . . . superponatur emplastrum. GLOSS. Roger. I A 2,2 p. 588,8 de . . . unguento . . . ad -em cancri . . . servato. *al.* **B** *latius:* **1** *laceratio – das (Zer-)Kratzen:* CONR. MEND. Attal. p. 133,27 quoslibet sibi vicinantes morsu dentium, -e unguium . . . attrectare non dubitabat *mulier*. **2** *corruptio – Abnützung:* FRID. II. IMP. art. ven. 1 p. 119,3 cum contingat -em usque ad radicem *(sc. pennarum)* . . . protendi.

II *translate:* **A** *expilatio – Ausplünderung:* CHART. Steph. Wirz. 32 p. 45,18 (s. XII.ex.) quatenus . . . ab . . . advocatorum . . . insaciabili -e liberi . . . habitent *homines*. **B** *exstinctio – das Auslöschen:* CHART. Rhen. med. II 212 p. 250,10 (a. 1203) ut . . . saltem ab oblivionis -e defendantur *facta*. **C** *detrectatio, insectatio – Herabsetzung, Verhöhnung:* ADALBOLD.

[Pörnbacher]

Heinr. 2 ut invidorum -es devitare valeret *philosophus*. Godesc. Aquens. opusc. 4,15 p. 150,21 quorum talium *(haereticorum)* -bus eum acuentibus multa contra eos ... scripsit ... Hieronymus. *c. gen. explicativo:* Rod. Glab. Wilh. 7 ab huiusce suasoribus detractionum -bus lacessitur, ab ... presule redarguitur.

***corrositas,** -atis *f.* *fluxus putridus – fauliger Ausfluß:* Benven. Graff. ocul. B 5 p. 19,25 vocamus catharactam serenam ideo, quia <generatur> a quadam -e descendente a cerebro ad modum gute aque ... sic repente, quod omnes humores oculorum corrumpit.

***corrosivus,** -a, -um. **1** *adi.:* **a** *gener. i. q. rodens, mordax – nagend, beißend, bissig (in imag. vel translate):* Rein. Leod. inept. 1 p. 598,17 liber ille in senatu ... abiudicatus est sententiamque accepit -am. Chart. Traiect. 501 p. 447,24 quoniam ea, que ... geruntur, ... -o invidorum dente ... in exterminium precipitantur. David compos. 3,20,1 ita ... indevote facimus, quod nec Deo est valde gratum ..., immo -um conscientiae. **b** *medic. et pharm.:* **α** *corrosionis efficiens, suppurans – fressend, zersetzend, schwärend:* Brunus Long. chirurg. 1,14 p. 112B Galenus huiusmodi u l c e r a -a ... formicam ambulativam nominavit (Albert. M. veget. 6,354). Theod. Cerv. chirurg. 1,6 p. 137B catharticum ... utile est vulneribus -is deambulantibus. *al.* **β** *acer, adurens – scharf, (ver)brennend:* Brunus Long. chirurg. 1,3 p. 106A sanies est nitrosa et -a. 1,8 p. 108G propter sanguinem ... corruptum in qualitate ..., sicut si fuerit acutus vel -us. Albert. M. veget. 6,436 est *staphisagria* ... adustiva in operatione et -a. euch. 3,2,1,3 p. 282b,11 lixivia ... exsiccativa est et -a viscerum hominis. Ps. Arist. tract. p. 796,34 spiritus et anima non penetrant nisi per quandam vim -am. *al.* *de medicamentis (purgativis) i. q. causticus – ätzend:* Tract. de chirurg. 1075 cum saniare voluerit, -is pulveribus utaris, ut apertum maneat *(sc. vulnus)*. Gloss. Roger. I A 2,2 p. 588,11 si ... unguentum sit nimis ignitum vel -um. Albert. M. animal. 22,85 ibi *(sc. in iuncturis)* non est laudabile ... emplastrum multum -um apponere. *saepius.* **2** *subst. neutr. i. q. medicamentum causticum – Ätzmittel:* Mirac. Otton. Bamb. I 28 aspero ... -o praemortuas carnes ... abstergebat *miles*. Tract. de aegr. cur. p. 171,4 polippus cum -is curatur. Wilh. Cong. chirurg. 244 si ... ferrum timeat *(sc. medicus)*, per sola -a procedatur. *saepius.* *adde:* Tract. de aegr. cur. p. 149,18 nota, quod quidam vehementer dissolutiva et -a oculis imponunt.

***corrosor,** -oris *m.* **1** *homo prodigus – Verschwender:* Chron. Sigeb. cont. Aquic. a. 1157 p. 408,33 (epist.) non orbis corroboratores, set pecunie ... insatiabiles -es. **2** *perditor – Verderber:* Const. imp. II 158,1 tamquam materni uteri -es. **3** *detractor, calumniator – Kritiker, Verleumder:* Rather. prael. 3,24 nec desunt ... in episcopio -es, qui ... concinnent ... adversus istum *(episcopum)* ... obloquia. Anselm. Mog. Adalb. 410 nec fuerat Cynicus, nec -is amicus. *Pörnbacher*

***corrotor** (conr-), -ari. *circumvolvi, converti – sich im Kreis herumbewegen, periodisch ablaufen, wiederkehren:* Carm. de temp. rat. 583 cursu annali con-antia *tempora anni.* 647 nonis Martis ... et Decembris ... duabus *(i. pridie nonarum)* con-atur (*sc. tertia et quarta luna embolismorum; cf.* Beda temp. rat. 45,41sqq.). 715 cyclos magnus con-atur simul annorum sexcentorum.

corrotundatus (conr-), -a, -um. *in formam rotundam redactus, ad modum rotae ordinatus – abgerundet, radförmig angeordnet:* Eugen. Vulg. syll. 24,21 mathematici ... genesim omnium perscrutantes cudebant omnia con-a ... in circulo anni haerere (*cf.* 24,24sq. formantes ... genesim nascentium per duodecim signa).

***corruada** *v.* *corrogata.

***corrubesco,** -ere. *rubore splendescere – rötlich schimmern:* Anon. princ. magistr. 55 hoc *(pratum)* inestimabili flore compubescit et achanto croceo fraglans -it.

corrubtio *v.* corruptio.

***corrudimentum** (conr-), -i *n.* *rudimentum (congrue) timidum – (entsprechend) zaghafter Anfangsschritt:* Petr. Crass. def. 7 p. 449,25 ideo abominabilis magis debet esse omnibus, quod incipiens peccare con-a *(cod., recte ut vid.;* erudimenta *ed.)* in elementis non posuit, sed confestim ad ecclesiasticae pecuniae furtum ... prorupit *Ildebrandus*.

criticus (cret-), -a, -um. (κριτικός; *per reinterpr. a* cerno, cretum, *cf.* GODESC. SAXO gramm. 2 p. 484,6 non '-i' sed 'cretici' a 'cernendo' *eqs.*) *metr.* crēt-: *l.32.*

I *adi. (t. t. medic.):* **A** *discrimen inducens, decretorius – entscheidend, 'kritisch':* **1** *in univ.:* AURELIUS 2 p. 492,7 cre-us (*antea:* salutaris) est sudor . . . , cui credo nomen ex iudicio infirmitatis impositum *(cf. Isid. orig. 4,9,13).* 492,20 quam salutariosin <vocant>, id est cre-us *(sc. sudor)*, facile est calefactionibus provocare. PAUL. AEGIN. cur. 214 p. 154,6 si . . . in febri subito factus icter febrem requiescere facit, cre-us (*3,50,1* κριτικός) est. ALBERT. M. eth. II 2,1,5 p. 157^{b},12 intendendum . . . est ad . . . qualitates horarum -arum, in quibus humores moventur, digeruntur et maturantur. *al.* **2** dies -a (-us) *sim. (de die crisis, qua de salute vel morte decernitur):* **a** *def.:* GLOSS. med. p. 22,11 cre-is diebus: id est iudicialibus vel determinativis. ALBERT. M. animal. 1,220 cre-a dies dicitur, quando natura a celestibus adiuvatur. **b** *exempla:* ANTIDOT. Berol. 8 febricitantibus . . . ad sudore provocandum in die -um dabis *antidotum*. RICHER. REM. hist. 1,49 qui *(rex)* cum die cre-a convaluisset, vi recidiva rursus opprimitur. 4,24 cum metropolitanus . . . nulla . . . crisi omnes dies cre-os . . . commodos praeteriret. YSENGRIMUS 3,114 mox video, . . . quis debuerit cre-us esse dies. 3,122 lux . . . cre-a. ALBERT. M. phys. 5,3,7 p. 442,17 tales alterationes sive crises, quae sunt 'in diebus cre-is' (*p. 230^{b},5* κρισίμοις), sunt bonae. *saepius; v. et p. 2022, 53. expressius de morbo in die -a accidente:* WALTH. AGIL. med. 140 p. 222,37sq. yctericia quedam est cre-a, quedam accidentalis; cre-a est illa, que accidit die cre-o et per quam solvitur egritudo ad bonum vel ad malum. **B** *?tempore certo recurrens, periodicus – ?regelmäßig wiederkehrend, periodisch:* AESCULAPIUS 20 p. 26,3 invenitur . . . genus anhelitus in aegrotis, in accessionibus multis vel in febribus cre-is. 21 p. 31,40 fastidium . . . utile quammaxime in cre-is (*Gariopont. pass. 2,23* chronicis) passionibus. 35 p. 55,3 in cre-a febre (*antea:* in febribus peryodicis).

II *subst. masc. i. q. censor, iudex – (strenger) Beurteiler, 'Kritiker':* GOZECH. epist. 9 quia in me subtili -orum lance uteris.

***critis** (cret-), -is *m.* (κριτής) *de administratione Byzantina i. q. iudex – Richter:* LUP. PROT. chron. a. 989 occidit *Ioannes* . . . Nicolaum C-is (cre- *var. l.*). a. 1023 venit Rayca cum Iaffari -i. a. 1040 conterati occiderunt Chirisfactira -tiri (-im *var. l.; cf.* ANNAL. Bar. a. 1040 [MGScript. V p. 54^{a}] occisus est Michael C-i [cati, de Cato *codd.*], qui vocatur Kirosfacti). *cf. ThLL. s. v.* critae.

critmon *v.* crethmon. **[crito** *v.* cestros.**]**

[critonion *v.* crethmon.**]** **crivello** *v.* cribello.

[crivosus *v.* herniosus: MAURUS progn. 23 p. 37^{b},42.**]**

***croada** *v.* *corrogata.

***croadalis,** -e. (*cf.* *corrogata) *ad operam servilem pertinens – frondienstlich, Fron-:* CHART. Rhen. med. II app. 16 p. 456,5 (s. XIII.$^{in.}$) quelibet *curtilla* operatur nobis XII dies dominicales, . . . sex dies -es et unum diem ante festum s. Quiriaci ad quodlibet opus (*sim.* p. 457,26. p. 457,36).

***cro(a)xo,** -are. (*vox onomatopoetica, cf. francog.* croasser) *de voce corvi i. q. crocitare – schreien, krächzen (translate de poeta inculto):* CARM. var. I 33,2,1 tempus certe -axare, de metro . . . nunc nitimur narrare. EPIST. Mog. 15 p. 344,4 non mage croxemus, linguam sermone premamus *(ni leg.* craxemus [*pro* charaxemus]; *cf. F. Lotter, Der Brief des Priesters Gerhard. 1975. p. 128). cf.* crocio, crocito, 1. croco.

crocatus (-oga-) -a, -um. *croceus, flavus – safranfarben, gelb:* ALDH. virg. I 4 p. 231,19 flavescentes saliculas et -a (croceata *corr. m²*) genestarum cacumina circumvallantes *apes*. CARM. lyr. 3,2 (NArch. 50. 1935. p. 582) dorso -gato et cauda galluca *(de aureolo). cf.* *croceatus.

***crocca** *v.* *crocia. **crocces** *v.* crux.

croccido, croccito *v.* crocito.

[croccus *v.* croceus: *l.48.***]** ***crocea** *v.* *crocia.

***croceatus** (-cia-) -a, -um. (*cf.* croceus, crocatus) *croco tinctus, croceus – mit Safran gefärbt, safranfarben:* HUGO TRIMB. sols. 6 p. 32,5 dum . . . campos sola peragraret *peccatrix* facie colorata, veste -iata (-a *var. l.*) . . . , ut corda iuvenum . . . ad opus venereum facilius inclinaret. *cf.* crocatus.

***croceitas,** -atis *f.* (croceus) *color croceus, crocinum – (safran)gelbe Farbe, das (Safran-)Gelb:* MAURUS urin. II p. 39,13 flegma colore afficitur, melancolia nigra, colera vero -e sua formam sumit melancolie. ALBERT. M. veget. 4,84 in colore declinant *folia* aliquantulum ad -em citrinam (6,77). 6,418 habet *pes corvi* florem croceum lucentis -is. animal. 23,41 vergit *quartum genus carduelis* in pectore ad -em cineream. *ibid. saepius.*

crocenus *v.* crocinus.

***crocerus** (gr-, cruc-, -cir- *sim.*), -a, -um. (κροκηρός) *c. croco confectus – mit Safran zubereitet (de medicamine):* ANTIDOT. Sangall. p. 86,10 oxira crucira: emplastrum, qui facit epaticis, spleneticis *eqs.* (ANTIDOT. Bamb. app. p. 38,13 grogira. ANTIDOT. Augiens. p. 58,35 -ira. ANTIDOT. Glasg. p. 116,35 -cisa).

***crocesco,** -ere. *croceum, flavum fieri – safranfarben, gelb werden:* URSO element. 4 p. 107,18 que *(grana frumenti)* in origine mollia et alba post indurata -unt (cinicrescunt, citronescunt *var. l.*). p. 114,17 aloes . . . inspissatione subnigrum rarefactione -it (crocressit *var. l.*).

croceus (-ius), -a, -um. *script.:* chr-: *l.46.* cruc-: *l.41.* *?*cotereses: *l.39.*

I *adi.:* **A** *de materia i. q. c. croco confectus – mit Safran zubereitet:* TRACT. de aegr. cur. p. 308,34 apponantur . . . super splenem . . . ceronium vel oxira -ium. Ps. OTHO med. 352 oxyro-o vis fracto subvenit ossi. *fort. add.:* FRAGM. mul. I 1 aliut pessus, qui vocatur splendidus, alter balanus, alter est, qui vocatur cotereses *(leg.* -us, *ut vid.; cf. notam ed.).* **B** *de colore:* **1** *strictius i. q. crocinus, flavus – safranfarben, gelb:* **a** *in univ.:* Ps. GALEN. urin. p. 34,4 hurina crucium abens colore sanguinem habundancie significat (p. 34,6 -ium. *al.*). ANNAL. Elnon. a. 1033 apparuit . . . circulus eius *(solis)* primum viridis, postea -us; . . . et inde vestimenta hominum et vultus videbantur quasi -a. EBO BAMB. Ott. prol. p. 5,6 casulam bonam ch-i coloris (CASUS Petrish. 2,20. *al.*). HERACLIUS II 7 p. 57,21 -um . . . vitrum (THEOPH. sched. 2,12. *al.*). CATAL. thes. Germ. I 91,35 panniculum -um (croccum *ed.*) de nigro virgulatum. ALBERT. M. animal. 2,52 dentes senum *(sc. canum)* sunt fusci vel -i. 19,9 qui *(falcones)* sunt -orum oculorum. *saepe. v. et l. 17.* **b** *in nomine morbi:* MAURUS urin. II p. 39,43 cuius *(icteritiae)* tres sunt species: I. -a ycteritia, regius morbus; *eqs.* **c** *in nomine ficticio (usu alch.): v. p. 474,72.* **2** *latius i. q. rubens – rot, rötlich:* ALCUIN. carm. 14,11 -o rutilet verecunda modestia vultu. GLOSS. II 399,41 St.-S. -o rotun. 677,21 -um cubile rotiz pette.

II *subst. masc. vel neutr.:* **A** *strictius i. q. color croceus, crocinum – (safran)gelbe Farbe, das (Safran-)Gelb:* ALBERT. M. phys. 5,3,2 p. 429,12 nigrum venit ad album multis viis: . . . aliquando per vinosum et rubeum et -um. veget. 2,143 -us (cerulius, ceruleus *cod.*) . . . causatur ex humido terminato lucido, . . . et ideo accedit ad auri splendorem. animal. 23,67 -us *indicat* . . . corrumpentem coleram. *v. et vol. I. p. 702,39.* **B** *latius:* **1** *crocum – Safran:* GLOSS. III 577,13 St.-S. -um crŏgo. *v. et p. 64,58.* **2** *vitellum – Eidotter:* ALBERT. M. animal. 6,119 testea *(sc. ova)* . . . albumen habent et -um.

[crocharos *v.* *crauros.**]**

[crochilos, crochylos *v.* trochilus: ALBERT. M. animal. 23,42. 24,24.**]**

***crocia** (cruc-, -cea) *vel* ***crocca** (crucca), -ae *f.* (*germ.* *krukjō, *cf. ital.* croccia, gruccia, *francog.* crosse, *theod.* Krücke) *usu attrib.: vol. I. p. 1309,41.*

[Vitali]

baculum (curvum) – (Krumm-)Stab, Stock: **1** *de sustentaculo infirmorum ('Krücke'):* VITA Arnulfi 29 hic *(contractus)* cum -iis (-eis, crŏccis *var. l.*) suis ad ornam sancti viri semet ipsum sanandum in oracione prostravit. TRANSL. Eug. Tolet. 32,3 trahebatur *pauperculus* pandis fustibus, quos rustice -ias (-tias *var. l.*) vocamus. GERLAC. annal. a. 1184 p. 702,26 duos baculos, quos cruccas vocant, exhibuit *sanctus Bernardus*, quibus suffultus secutus est *Godscalcus. al. v. et vol. I. p. 1306, 64.* **2** *de baculo pastorali (episcoporum):* TRANSL. Eug. Tolet. 6 adest ei *(Weremberto)* per visum sanctus Venantius ... ac de -ia, quam manu gestabat, terribiliter pectus eius percutiens ... illum affatus est. HARIULF. chron. 4,28 poposcit *aegrota*, ut eius *(Gervini)* virga pastoralis, quam vulgus -iam vocat, et quae pro more summotenus curvabatur, dilueretur aqua. CATAL. thes. Germ. I 91,22 invenimus ... duas -cas episcopales et crucem capellani. *al.*

***crociatus** *v.* *croceatus.

***crocicolor,** -oris. (crocus; *cf.* auricolor *sim.*) *croceus, flavus – safranfarben, gelb:* ANNAL. Bes. a. 1033 (MGScript. II p. 249,37; c. s. XII.) res quecumque sub celo -r humanis visibus apparebat *(sc. in eclipsi solis)*.

***crocicula,** -ae *f.* (*cf.* *crocia) *(parvum) baculum – (kleiner) Stock, Krücke:* LAMB. TUIT. Herib. 2,21 tendit *claudus* ad destinatum alterum pede regente -a. *v. et p. 620,35.*

***crocidi** *v.* *crocys. **crocidismus** *v.* crocydismus.

***?*crocido** *subst. ?herba quaedam (medicinalis) – ?eine (Heil-)Pflanze:* ANTIDOT. Glasg. p. 140,8 piratri dr. I S, -o dr. I S, gingiber dr. III S. *cf. ThLL. s. v.* crocis (*acc.* crocida).

***crocineus** (-con-), -a, -um. (crocus, crocinus; *cf.* coccineus) *croceus, flavus – safranfarben, gelb:* AESCULAPIUS 35 p. 54,37 aliquoties inmutantur *icterici* in duos colores, aut -coneum (*Gariopont. pass. 5,13* -um) vel medii ovorum, infusione fellis.

crocinus (-cen-), -a, -um. (κρόκινος) *ex, c. croco confectus – aus, mit Safran zubereitet:* ANTIDOT. Glasg. p. 117, 17 oleo laurinum, -cenus, amigdalinus, piper, nitrum. *usu subst. per ellipsim (sc. olei sim.):* AESCULAPIUS 41 p. 66,13 cooperiantur veretrum et coxae aut infusionibus oleorum amaracini ... aut ex -o in lana limpida. PAUL. AEGIN. cur. 239 p. 177,28 appone vitella ovorum assatorum cum roseo aut milino aut -o (*3,64,2* κροκίνῳ) et fac cataplasma.

crocio, -ire. *de voce corvi i. q. crocitare – schreien, krächzen:* ALDH. ad Acirc. 131 p. 180,3 corvi -unt (erociunt, crocitant *var. l.*) vel crocant. *cf.* *cro(a)xo, crocito, 1. croco.

***crocirus, *crocisus** *v.* *crocerus.

***crocitatio,** -onis *f.* (crocito) *de voce corvi i. q. crocitus – das Schreien, das Krächzen:* CONR. EBERB. exord. 5,11 p. 299,14 coepit ... fur *(i. corvus)* ... cibum fastidire, ludicras -es ceterasque irrationabilis creaturae ineptias ... segnius exercere. *translate de cantu pravo:* NOTKER. BALB. gest. 1,8 p. 11,1 gestum coctionis (-is, cantationis *var. l.*).

***crocitatus,** -us *m.* (crocitare) *de voce corvi i. q. crocitus – das Schreien, das Krächzen:* HERM. AUGIENS. mus. p. 65,7 in facticiis bovis, equi, ... corvi quoque vocem mugitum, hinnitum, ... -um solemus proprie nominare.

crocito (gr-, crac-, crocc- *sim.*), -are. *script.:* grati-: GLOSS. II 260,33 St.-S. doc-: *p. 2030,13.* -id(o): FROUM. carm. 19,37. -in(o): *p. 2030,2. metr. fere* crŏc-, *e. g. l. 61.63.*

I *usu originario de voce corvi i. q. crocire – schreien, krächzen:* **A** *strictius:* **1** *proprie:* CARM. de philom. 28 ⌞et -at⌟ (et croccitat, egrocitat *var. l.*) corvus (*inde* GERHOH. psalm. 37,4 p. 609,4 gr-at. CARM. Bur. 132,2[b],4 -ccitat). EGBERT. fec. rat. 1,74 corvus non -ando cadaver solus haberet. PETR. DAM. epist. 72 p. 335,8 ecce magnus ad instar vulturis corvus post ... aviculas incipit concavo gutture graviter -are. HONOR. AUGUST. spec. p. 901[C] corvus ... panem *(sc. venenatum)* gr-ando circumvolat, tandem levans in silvas portat. *al. adde:* CHRON. Albr. a. 1241 p. 950,6 auditi sunt demones et visi in similitudine vulturum et corvorum -antes. **2** *in imag. vel per compar. de acriter iudicantibus:* MILO carm. 3,2,29 Milo, poeta tuus, rex illustrissime regum, corvus ego -ans (cracitans *var. l.*) humili te voce saluto. HUGO TRIMB. sols. epil. 109 qui morsibus caninis lacerare scripta solent, que per se nescirent emendare, sed nisi ceu corvi consueverunt -are (crocinare *cod.*). **3** *translate de poeta inculto vel odioso:* EPIST. Mog. 15 p. 344,1 haec, -ans (crotitans *cod.*) rogo, sancte pater, reminiscere semper: *eqs.* CONR. HIRS. dial. 1334 quis eum *(Ovidium)* de amore -ccitantem, in diversis epistulis turpiter evagantem, si sanum sapiat, toleret? *v. et p. 572,56.* **B** *de qualibet voce rauca et dissona:* **1** *intrans.:* ACTA imp. Winkelm. I 693 p. 551,36 (a. 1243) balistae ..., dum in emissione sagittarum simul crocantes -ant, deterrent adversarios. *de voce cervi (per pravam traditionem, ut vid.):* CARM. de philom. 53 cervi -ant (mugilant, croccitant, clo[c]citant, glocitant *var. l.; inde, ut vid.* CARM. Bur. 132,3[a],3 cervus docitat). **2** *trans.:* **a** *rauca voce canere – krächzend singen:* GESTA Ern. duc. II p. 293,2 mime, balatrones et hoc genus omne omnigenum ludi cantus genus ore gruino gr-at. **b** *rauca voce poscere – krächzend fordern:* EPIST. Hann. 24 p. 58,22 ille *(Chuno)* meę solutioni aut ... cadaveri inhians sedem meam promeriti curialis stipendii pretium sibi -ccitabat *(cf. Macr. sat. 7,5,11).*

II *per confusionem:* **A** *glocitare – gackern, trällern:* AMARC. serm. 4,13 ymnum quisque canat -antis dulcia galli *(cf. notam ed.).* **B** *gluttire – (hinunter)schlucken* (*cf. ThLL. VI. p. 2058,10sqq. de confusione verborum* glocire *et* gluttire) : BERNH. GEIST. palp. 2,253 fastidita dapum -are (gloss. : gulositare) vorago laborat : cuncta tamen tentat, decerpit, gustat, odorat. *cf.* *cro(a)xo, crocio, 1. croco.

crocius *v.* croceus.

1. croco (crocc-), -are. *de voce corvi i. q. crocitare – schreien, krächzen:* ALDH. ad Acirc. 131 p. 180,4 corvi crociunt vel -ant (-ccant *var. l.*). *cf.* *cro(a)xo, crocio, crocito.

2. *croco, -are. (*vox onomatopoetica; cf. ital.* croccare, *francog.* croquer) *fragorem dare, crepitare – krachen, knallen: v. l. 10.*

crocodes (-cud-, -is), -is. (κροκώδης) *form. acc. pl.:* -os: *l. 39.*

de medicamento (t. t. pharm.) i. q. ex croco confectus – aus Safran hergestellt (*cf.* GLOSS. Salern. p. 11[b],41 -udes de croco): AESCULAPIUS 21 p. 33,3 si tardaverit *singultus*, trociscos -udos (crudos *ed., sed cf. Gariopont. pass. 2,42* -es) accipiant *(sc. patientes).* 34 p. 53,32 trociscos -udes ... potui dato. ANTIDOT. Augiens. p. 55,1 trociscos -es[es], qui facit ad febrem. PAUL. AEGIN. cur. 28 superinungendum ... frontem aut -codi (*3,4,5* κροκώδει) trocisco ... aut aliquo similium. 117 p. 72,14 -is (*3,23,1* κροκώδης) ... trociscus et aster ... sepius adiuvit. *al. v. et p. 2031,46.*

1. *crocodilla (coc-, corc-, -dri-), -ae *f. (n.* -um: *l. 48) dracontium – Drachen-, Schlangenwurz:* RECEPT. Lauresh. 1,45 ad vermes: radicem maritimum, bladonam nigram, corcodrillo (corcodrillum *ed.*) hoc est cromellam ana. GLOSS. Salern. p. 5[a],27 corc-a, serpentina. p. 10[a],14 serpentaria, columbaria, draguntea, cocodrilla, basiliscus. *al. cf. ThLL. s. v.* crocodileon.

2. crocodilla *v.* crocodil(l)us.

crocodil(l)us (coc-, corc-, -dri- *sim.*), -i *m. (f.* -a: GLOSS. p. 32,2 M. GLOSS. II 733,20 St.-S.) (κροκόδιλος *sim.*) *form. gen. pl. decl. III.* curcodrillium: AETHICUS p. 118,13.

1 *de reptilibus:* **a** κροκόδιλος – *Krokodil:* ANTIDOT. Sangall. p. 84,14 emplastrum facit ... ad cani morsum sive corcodilli. ALFAN. premn. phys. 2,26 p. 30 corcodillus (corcodrillus, cocodrillus *var. l.; PG 40,548[A]* κροκόδειλος) ... superiores genas movet *(sim.* ALBERT. M. animal. 1,227. *al.; cf. Plin. nat. 8,89).* RUODLIEB VIII 56 piscibus ut citius vorer aut diris cocodrillis. SALIMB. chron. p. 15,14 septenginti viri ad bella fortissimi cum ... omni genere armorum ... et serpentibus et cocodrillis interemtioni nequiter deputatis (*inde* ALBERT. MIL. chron. 170 p. 651,14). *al. (abundat in gloss.). alleg.:* HONOR. AUGUST. spec. p. 938[B] per corcodrillum diabolus declaratur, quia *eqs.* **b** -us terrestris (terrenus) *i. q. Agama stellio (L.) – Gemeine Dornechse, Schleuderschwanz, Hardun (cf. RE XI. p. 1965,46sqq.):* PAUL. AEGIN. cur. 103 -dili terrestris (*3,22,24* κροκοδείλου χερσαίου) stercus aqua solvens inunge colliria faciens. DYASC. p. 93[b] -dilli terreni fimus. *adde de quadam lacerta:* ALBERT. M. animal. 2,65 hardon, quod

[Vitali]

est . . . quaedam species cocodrilli squamosi corii et corrugati. 7,165 talia *(sc. animalia, quae pellem abiciunt)* sunt serpentes et lacertae et cocodrilli et stellionum genera. *ibid. al.* **2** *per errorem de avibus:* **a** *de ardeae specie i. q. Botaurus stellaris (L.) – Rohrdommel:* GLOSS. 6,2 K. corcodrillus, rori dūbil (*fort. spectat ad Vulg. Soph. 2,14* onocrotalus, *ubi Vet. Lat.* chamaeleontes). **b** *luscinia – Nachtigall: v. vol. I. p. 291,5.* **c** *de ave incerta vel fabulosa: v. p. 520,35.*

crocomagma (gr-, -cum-, -maug-, -ma(u)m- *sim.*), -atos *n.* (-a, -ae *f.*: *l.17.19*) (κροκόμαγμα) *gen.* grocis magmatos: *l. 19.*

1 *faex croci – Rückstand nach dem Pressen von Safran (usu medic.):* PAUL. AEGIN. cur. 38 galle et -os (-macmatos *var. l.; 3,5,6* κροκομάγματος) tantundem vino resolvens inunge. *ibid. al.* **2** *unguentum, pilula ex croco confectum – aus Safran hergestellte Salbe, Pille:* RECEPT. Lauresh. 4,78 p. 308 c o n f e c t i o -maugme: croco ~ III, mirra ~ II . . .; conficis apud vino, ut trociscus facias: hoc est -maugma (ANTIDOT. Bamb. app. p. 37,13 grocis magmatos. p. 38,7 grocomagme). ANTIDOT. Sangall. p. 89,33 -mauma conficitur ita: *eqs.* p. 89,36 alia <c>rocumauma: *eqs.* ANTIDOT. Glasg. p. 138,21 assaro dr. S, -mama dr. S, sisellius dr. S. *al.*

***croconeus** *v.* *crocineus.

crocotula, -ae *f.* *crocei coloris vestis (parva) – (kurzes) safranfarbenes Gewand:* ALDH. ad Acirc. 125 p. 173,18 haec sunt nomina ad proceleumaticum pertinentia . . . : -a (crotocula *var. l.*), animula, miseria.

crocudes, crocudis *v.* crocodes. **crocum** *v.* crocus.

crocu magma, crocumauma *v.* crocomagma.

crocus (gr-, -occ-, -og-), -i *m. vel* **-um,** -i *n.* (κρόκος) *form.:* *nom.* -os: *l.52.* *gen.* -u: *l.48.*

1 *proprie:* **a** *de -o orientali q. d. i. q. Crocus sativus (L.) – Safran (cf. Marzell, Wb. dt. Pflanzennam. I. p. 1248; sed v. l. 71):* **α** *gener.:* AETHICUS p. 219,5 invenitur . . . -um et tymum machanitum, unde pelles rubricatas variantur atque tinguntur. MATTH. PLATEAR. gloss. p. 383F per -um intelligitur hic -us orientalis seu communis, qui a vulgo saffren dicitur *eqs.* ARCHIPOETA 9,25,2 obsidetur locus, donec ita venditur esca sicut -us. ALBERT. M. anim. 2,3,24 p. 134,46 'dulcis' . . . sapor est in 'melle et' in '-o' (*p. 421b,2* κρόκου). IUSTIN. Lippifl. 105 piper atque -us . . . faciunt arte placere cibos. *saepe.* *alleg.:* HONOR. AUGUST. cant. 4,14 p. 425D ibi *(sc. in paradiso)* crescit . . . -us, flos rubicundus, id est aurei coloris, quod sunt sapientes divina sapientia fulgentes. *al.* **β** *medic.:* AESCULAPIUS 11 p. 15,18 curato ex trochisco andronio . . . aut -um des (*per pravam traditionem, ut vid.; cf. Gariopont. 1,16* crocode). RECEPT. Lauresh. 3,36 confectio eius *(antidoti)* talis: . . . agarici primi ~ I, crocilicia (*cf.* 5,3 -u Ciliciu) dr. VII. TRACT. de caus. mul. 9 pissarium ad omnia . . .: crogo, medulla cervuna, medulla vitulina. RECEPT. Bamb. 5 si sanguis fuerit in oculis, grocum teris cum sale. PAUL. AEGIN. cur. 84 convenienter . . . facit . . . glaucium et -os (*3,22,11* κρόκος). CONSTANT. AFRIC. coit. 14,9 zinziber venerem movet . . . et -us (-um *var. l.*) orientalis. PETR. MUSAND. summ. p. 266,32 accipe duo vel tres folia -i orientalis. *saepe.* **γ** *techn. (interdum fort. de compositionibus metallicis; cf. M. Berthelot, La chimie au moyen âge. I. 1893. p. 31. n. 6):* COMPOS. Luc. N 17 scriptio similis auri: . . . adicies . . . groci Cilicensis d. VII (*inde* COMPOS. Matr. 22,3 crocicilicensi). T 35 addito grogum, quod sufficit, tingue . . . aquam. MAPPAE CLAVIC. 8 accipies . . . elidrii ÷ I, ⌞-i Licii⌟ (-i Cilicii *S*) ÷ I et facis potionem ferream. THEOPH. sched. 1,30capit. quomodo decoretur pictura librorum stagno et -o (croceo, cupro *var. l.*). COMPOS. Matr. 83,2 confectio luce: . . . -um primotica uncias II (*cf.* COMPOS. Luc. L 2 -um orientale). *al.* **δ** *alch. (in nomine ficticio):* ALLEG. super turb. p. 495a,27 philosophorum -us taliter praeparatus: sumatur radix eius cum stipite *eqs.* **b** *de -o hortensi q. d. i. q. Carthamus tinctorius (L.) – Saflor:* CIRCA INSTANS p. 13bv -i due sunt species, hortensis ab horto dictus, in quo nascitur, et orientalis. *al. v. et p. 313,58. 735,68sqq.* *aliter:* ALBERT. M. veget. 6, 297 -us est duorum modorum: unus est olus altum habens aculeos et folia lata . . .; alius est hortensis . . ., et hoc est, quo utuntur homines in cibis. **2** *meton. i. q. color croceus, crocinum – (safran)gelbe Farbe, das (Safran-)Gelb (alleg.: l. 8. 9):* **a** *in univ.:* MAPPAE CLAVIC. praef. p. 188,22 colores in pargameno spissi et clari hii sunt: . . . brunum, -us, minium rubeum. p. 189,8 -um incides de vermiculo, matizabis de albo plumbo. THIETM. chron. 4,26 natus est infans . . . habens dentes -o similes. HILDEG. scivias 2,7 l. 248 in rubore fallacem gloriam, in -o mordacem detractionem . . . ostendunt *varietates.* l. 432 detractionem proximorum velut tepidum -um (croccum *var. l.*) . . . inducit *antiquus hostis.* ANON. tab. p. 193,31 assimilaverunt *tincturam* floribus spinarum et nominaverunt eam -um et esfer. *al.* **b** *in notatione sonorum:* GUIDO ARET. reg. rhythm. 184 ut proprietas sonorum discernatur clarius, quasdam lineas signamus variis coloribus: . . . ordine tertiae vocis splendens -us (gloss.: i. colorum) radiat. IOH. AFFLIG. mus. 21,58 quod F unaquaeque minio et C unaquaeque -o signatur. *al.* **3** *translate (usu alch.):* **a** -us ferri *vel* -us Martis *(q. d.) i. q. cinis ferri, ferrum ustum – Eisenoxid (arab.* za'farān al-adīd *'Eisensafran'; de re v. D. Goltz, Stud. z. Gesch. d. Mineralnamen. 1972. p. 58sq. 253):* PS. GERH. CREM. sal. II 13 moles ipsum *(sc. argentum vivum)* cum atramento et -o ferri (*cf.* sal. I 23 zafrani de ferro). ANON. secret. p. 44,29 incorporea *(sc. generata)* dividuntur in X, sc. azimar, zeinefre, -us ♏, aclemia *eqs.* GEBER. investig. 4 p. 483 -us ferri dissolvendus est in aceto distillato. **b** *de variis substantiis coloris crocei:* TURBA phil. 21 p. 130,31 terite . . . ipsum *(lapidem)* cum suis confectionibus, quae sunt haec: . . . ex unguento una et ex -o una et ex alumine fixo una *(v. notam ed. p. 206 n. 5).* ALLEG. sapient. 9 p. 473b,31 -us est aqua sulphuris et est Ethel sulfuris. GEBER. forn. 30 p. 766 solve ipsum zyniar et -um nostrum praeparatum cum mercurii sublimatione. *ibid. al.* *cf.* *cothum.

crocydismus (-cid-), -i *m.* (κροκυδισμός) *de morbo i. q. evulsio floccorum – das Ausklauben von Wollflocken, Flokkenlesen, 'Krozidismus':* AESCULAPIUS 29 p. 44,20 quomodo phreneticum ex lumbricis appraehendimus: . . . ex lumbricis . . . debilitantur neque croci-us (troci- *ed.*) sequitur neque . . . febris. AURELIUS 8 p. 693,9 cum croci-o (croridis mox *cod.*) illos *(sc. phreneticos)* et cum carfalogia seu perviga quaerit *alienatio mentis (cf. Cael. Aur. acut. 1,42* alienatio sine . . . croci-o vel carphologia *[sc. apud furentes atque melancholicos]).*

***crocys,** *dat.* -idi *subst.* (κροκύς) *script.* crotes: *l.47.* *floccus, cataplasma – Wollflocke, Wickel, Umschlag:* PAUL. AEGIN. cur. 241 p. 181,5 crocus . . . solvitur cum muliebri lacte, deinde confectus . . . cum anserino adipe inungetur -cidi (*3, 66,2* κροκύδι). *expressius de surae ligamento ('Wadenwickel'):* GLOSS. III 496,12 St.-S. -tes beneduoh.

***crodion** *adi.* *(orig. gall.; cf. Wartburg, Frz. etym. Wb. II. p. 1358)* *durus – hart:* ALPHITA I p. 286,31 -n interpretatur durum.

croema *v.* chroma.

***croerola,** -ae *f.* *(francog.* crécerelle, *luxemb.* Krechel; *cf. DuC. II. p. 624c)* *tinnunculus – Turmfalke:* PACTUS Alam. 26,3 (rec. B) cornicla, columba et -a (horocralu, caetchroela, querola *var. l.*) et cauha, ut alia similia requirantur.

***croesus** (chr-), -i *m.* (Κροῖσος) *de pede quodam metrico per pravam interpr. (subest* trochaeus, *ut vid.):* REMIG. ALTISS. mus. 526,15 ch-us, qui constat ex trocheo et ditrocheo; ch-us vocatur, quia placuit Croeso regi Lidorum; si autem trocheus fuerit dictus, ut plurimi codices habent, *eqs.* (*cf. Mart. Cap. 9,985* trochaeus [troesus, trochesus *sim. var. l.*]).

crogatus *v.* crocatus.

***crogo,** -onis *m.* *(theod. inf. vet.* krôch, *cf. Mittelniederdt. Handwb. II. p. 677)* *caupona – Schenke, 'Krug':* CHART. Mekl. 871 (a. 1260) omnes proventus et redditus, qui . . . de -e in Alden Bukowe et -e in Theghentyn haberi possunt.

crogum, crogus *v.* crocus.

***crollo** *subst.* (*theod. vet.* krollo) *coriandrum – Koriander (per confusionem c. herba lathyridi; cf. Marzell, Wb. dt. Pflanzennam. I. p. 1160sqq. et* GLOSS. III 596,28 St.-S.): GLOSS. III 559,36 St.-S. -o (krolla *var. l.*) sprincwrcz.

croma *v.* chroma. **[cromator** *v.* crematorem.**]**

[Vitali]

cromella (-mil-), -ae *f.* **1** *dracontium – Drachen-, Schlangenwurz:* RECEPT. Lauresh. 1,45 ad vermes in homine aut in caballo: herbam -illam (-am *ed.*), quę simulat pisum aut viciam, quando nascitur. *v. et p. 2030,49.* **2** *per confusionem i. q. amarella – Weichsel(kirsche): v. vol. I. p. 534,34.*

[cromilla *v.* *fromilla: GLOSS. III 517,7 St.-S.**]**

***crom(m)yon** (kr-, car-, cronm-, -mion, -mios *sim.*) *subst. (fem.: l.10)* (κρόμ(μ)υον) **1** *de planta:* **a** *cepa – Zwiebel:* DYASC. p. 105[b] kromios nimium calidam et extenuatoriam habet substantiam, unde emorroidas aperit imposita (*inde* ALPHITA II p. 88,17 kromios vel caromios). **b** -n agrion *fort. i. q. allium agreste – viell.: Kohllauch (Allium oleraceum L. vel sim., cf. Marzell, Wb. dt. Pflanzennam. I. p. 201. 216):* GLOSS. med. p. 22,15 cronmion agrion: id est coepa canina (*item* GLOSS. med. cod. Trev. p. 174,14). *v. et p. 471,11.* **2** *per confusionem i. q. cremium – Grummet, Heu vom zweiten Grasschnitt:* GLOSS. III 539,26 St.-S. crominum amacht.

***crona** *v.* *crusina. **crone-, croni-** *v.* chroni-.

cronica *v.* draconteus.

***cronna** *subst.* (Κρόνος) *Cronium mare – Eismeer:* GLOSS. III 607,28 St.-S. -a totmeri. *ibid. al.*

crono- *v.* chrono-. ***cropa** *v.* *crupa.

[cropolus *v.* rhopalon: EKKEH. IV. bened. I 7,53.**]**

***crosa,** -ae *f. (prov. vet.* croza; *cf. Wartburg, Frz. etym. Wb. II. p. 1363[a])* **1** *gener. i. q. caverna, specus – Höhle, Grotte:* CHART. Helv. arb. 95 p. 153,37 (a. 1266) intra terminos infra scriptos, videlicet a fontana Moreta . . . usque ad -as Arve. **2** *medic. i. q. alvus – Bauch(höhle):* ARNOLD. SAXO fin. 4,8 p. 87,3 lapis spume, id est spuma maris, si ligatur super -am mulieris, accelerat partum.

*?****croscum** *subst.* (*orig. inc., ni subest* crustum) *putamen (ovi) – (Eier-)Schale:* IOH. sacerd. 191 si vis aliquod metallum dulce facere, accipe -a (gloss.: cortices) ovi (*cf.* 91 si ovorum testas super addideris, es mollescit).

*?****crosentella** (croxe-) *subst. (orig. inc.) herba quaedam (medicinalis) – eine (Heil-)Pflanze:* DYNAMID. Hippocr. 2, 41 ancesta, id est crox-a, hoc est sclataollas, radix eius . . . prodest dysenteriae *(cf. ALMA 22. 1951-52. p. 114).*

***crosina** *v.* *crusina. **[crosis** *v.* scirrhosis.**]**

***crosna** *v.* *crusina. **cross-** *v.* gross-.

***crota,** -ae *f. (francog.* crotte; *cf. Wartburg, Frz. etym. Wb. XVI. p. 407[b])* *globulus stercoris (ovis vel caprae) – Kotkügelchen (von Schaf oder Ziege):* TRACT. de aegr. cur. p. 380,46 -as hirci, si est vir, qui patitur, cum aceto coque et pone per octo dies, si sit mulier, crotulas capre.

crotalum, -i *n.* (κρόταλον) *crepitaculum – Klapper:* WALAHFR. (?) carm. 50,1,33 cum -is tinnitibus atque lyrarum Treicium superans. VITA Serv. 32 p. 104,11 inter bibendum et ludendum . . . et crepitus timpanorum tinnitusque -orum.

crotaphion (tritasion) *subst. n.* (κρόταφος) *dolor temporum – Schläfenkopfschmerz:* AESCULAPIUS 1 p. 1,11 extat dolor capitis cum temporibus et fronte, quam Graeci tritasion (*Gariopont. pass. 1,2* -n) vocant (*per contam. c.* τριταΐζω). GLOSS. Salern. p. 11[b],37 -n, diuturna passio.

[crotes *v.* *crocys.**]**

croton, *gen.* -onos *(m.)* (κροτών) *pediculus (canum) – (Hunde-)laus:* PAUL. AEGIN. cur. 96 -os (*3,22,19* κρότωνος) a cane sanguis valde facit *ad trichiasin palpebrarum.*

***crotta** *v.* *rotta.

***crotula,** -ae *f.* (*crota) *globulus stercoris (ovis vel caprae) – Kotkügelchen (von Schaf oder Ziege): v. l.45.*

crox *v.* crux. ***croxatus** *v.* 2. *cruciatus.

***croxentella** *v.* *crosentella. ***croxo** *v.* *cro(a)xo.

***crozola,** -ae *f.* (*venet.* crózola; *cf. Battisti-Alessio, Diz. etim. ital. II. p. 1178 s. v.* cròzzola) *(parvum) baculum – (kleine) Krücke (in descriptione fonticuli anterioris ['Stirnfontanelle'], ut vid.):* WILH. SALIC. chirurg. 4,1 p. 16,43 continuantur *(sc. ossa coronalia)* . . . duobus ossibus magnis, quae verrualia vocantur, ad modum (admodum *ed.*) serae, et fit ibi figura admodum -ae seu crucis (cruris *ed.*), cuius linea superior sit remota (*item* p. 16,37). *cf.* *crocia, *crocicula.

[crua *v.* crus.**]** ***cruada** *v.* *corrogata.

cruander *v.* coriandrum. ***crucca, *crucea** *v.* *crocia.

crucefer *v.* crucifer. ***cruceola** *v.* *cruciola.

***crucesignatio,** -onis *f.* (*crucesignare) *ad sacram crucis militiam evocatio – Aufruf zum Kreuzzug:* THOM. TUSC. gest. p. 503,20 causa . . . -is huius, que fuit tempore Eugenii, quam predicavit Bernardus, illa fuisse dicitur, que *eqs.*

***crucesigno,** -avi, -atum, -are. (crux *et* signare) *script.:* cruce signo: *passim.* -sing-: CHART. Laus. 763.

cruce insignire – mit dem Kreuz bezeichnen: **1** *de sociis sacrae crucis militiae (saepius partic. usu attr., e. g. l.14.15):* **a** *in univ.:* ANNAL. Blas. a. 1147 (MGScript. XXX p. 19,8) rex Conradus Spire . . . cruce signatur a sancto Bernardo. CHART. Brixin. 50 qualiter controversia . . . inter Ernestum . . . et Heinricum cruce signatum . . . est terminata. CHART. Stir. II add. 22 (epist. papae) viro eius *(ducissae)* -to in Terre Sancte subsidio laborante. SALIMB. chron. p. 320,10 Lodoycus rex Francie cum . . . vulgo innumerabili . . . -tus iter agressus est et transfretavit. *saepius. medial. i. q. crucem assumere, socium esse sacrae crucis militiae – das Kreuz nehmen, am Kreuzzug teilnehmen:* CAES. HEIST. hom. exc. 82 tales hodie pro Christi amore in remissione tantorum peccatorum cruce signantur. 276 audivimus . . . aliquando ad predicacionem unius hominis multa milia hominum cruce signari. MART. OPP. chron. p. 442,39 rex Romanorum et rex Francorum cum multis baronibus pro subsidio Terre Sancte cruce signati sunt. *al.* **b** *ad sacram crucis militiam evocare, conquirere – zum Kreuzzug aufrufen, sammeln:* ANNAL. Erf. Praed. a. 1234 p. 84,1 episcopus accepta a . . . papa licentia super illos *(Stetingos)* multum p o p u l u m cruce signavit (CHRON. Erf. mod. II a. 1233 p. 230,13). SALIMB. chron. p. 218,13 circuivi episcopatum . . . egrediendo semel cum quodam fratre, qui p r e d i c a b a t et -bat homines pro passagio regis Francie (p. 433,35). p. 395,6 quod volebat *archiepiscopus* -are exercitum ad recuperandam civitatem Paduanam. *al.* **2** *de chartis sim. confirmandis, corroborandis:* CHART. Salisb. III 41 p. 41,25 (a. 1257) renuntiavit . . . archiepiscopus . . . omni iuris auxilio . . . , omnibus apostolicis litteris et indulgentiis impetratis et impetrandis et -tis et -andis, concessis et concedendis. *cf.* crux *et* signo.

subst. **1. crucesignatus,** -i *m. qui sacrae crucis militiae socius est, miles cruce insignitus – Kreuzfahrer, -ritter:* CHRON. reg. cont. III a. 1217 p. 242,22 universus exercitus -orum reversus est Ulixibonam, tota hyeme ibidem bonam ducens vitam. CHART. Babenb. 237 p. 65,15 quando . . . populi cruce signatorum Damiatam civitatem . . . Soldano . . . restituerunt. CONST. imp. II 278 p. 392,7 secundum indulgentiam -is (cruce signatā *cod.*) a Romana sede concessam (*sim.* p. 392,10 -orum privilegium). ANNAL. Erf. Praed. a. 1236 p. 92,2 in Fulda Iudei utriusque sexus XXXIIII a cruce signatis christianis sunt perempti. *saepius. v. et l.56. in nomine congregationis:* SALIMB. chron. p. 375,27 ut societatis istius, que dicitur C-orum *(antea:* Cruxatorum*; cf. p. 2036,15sqq.),* capitaneus esset *Karolus rex* et primicerius, princeps et dux.

2. crucesignandus, -i *m. qui sacram crucis militiam professurus est – einer der den Kreuzzug geloben will, künftiger Kreuzfahrer:* HONOR. III. registr. 146 p. 105,1 expedit, ut crucesignati et -i ad transfretandum sine omni mora festinent.

[crucialicus *v.* *titillicus: Ps. HIPPOCR. phleb. 182.**]**

***crucialis** (cruti-), -is. (crux) **1** *formam crucis exhibens – kreuzförmig:* WILH.SALIC. chirurg. 1,5 p. 305[G] maturato apostemate incidatur secundum longitudinem . . . aut secundum formam triangularem et non -em, ut quidam fatui agunt: nam incisio -is multum impedit lacertos capitis in motu suo. **2** *cruciabilis, gravis – qualvoll, heftig, schlimm:* EGBERT. fec. rat. 1,354 naribus obstrusis odi -tiale catarrum.

cruciamen, -inis *n. script.* cruti-: HERIG. Ursm. 1,728.

1 *strictius i. q. tormentum, cruciatus – Marter, Qual, Pein:* **a** *gener.:* VITA Ger. Bron. 13 p. 663,23 pervasit eum *(episcopum)* . . . dolor ilium; . . . torquebatur itaque gravissimo -e. CARM. anon. (SBMünch. 1873. p. 705) commisceris plumbo, quod purificeris; . . . post haec et ab igne cremaris; . . . post haec -a centum cupro misceris *(de nummo).* CAES. HEIST. hom. exc. p. 15,35 claustralis . . . inclusio, regularis districtio, . . . hec

hiis similia sunt maxima corporis -a. *al. de tormentis martyrum:* WALAHFR. Mamm. 24,4 celsa . . . voce virum vir hortatur, . . . e medio . . . magum saevo -e tollant *(sc. populus)*. THEOPH. sched. 3 praef. p. 64,3 si, quanta sancti pertulerunt in suis corporibus -a, . . . conspicit *anima*. *al.* **b** *eccl.:* **α** *de passione Christi:* CARM. imag. 1,4,7 testatur *Iohannes* . . . hunc ipsum -a corpore passum ac cruce suspensum. TRANSL. sang. Dom. in Aug. 1 tu pie sicut ovis passus -a mitis. COD. Udalr. 275,4 tercia *(sc. hora)* cum canitur, tunc est -a passus. *al.* **β** *de supplicio aeterno:* RAHEW. Theoph. 649 me . . . , crimina pessima plurima quem male fedant, fac, genitrix pia, ne -a flammea ledant. **2** *latius:* **a** *labor, miseria – Mühsal, Not:* METELL. buc. 6,45 -e plena superveniebat egena *(i. vidua)*. **b** *poena – Strafe:* WALTHARIUS 820 equum cum virgine et auro reddes: tum demum scelerum -a pendes.

cruciamentum, -i *n. tormentum, cruciatus – Marter, Qual, Pein:* PETR. DAM. epist. 106 p. 175,18 si . . . carnem nostram per inediae -a mactemus. COD. Udalr. 32 p. 62,2 qui *(episcopus)* . . . Decianae persecutionis -a expertus. HILDEG. scivias 1,2 l. 403 non confringat illos *(iustos)* -um perditionis. *ibid. al.*

cruciatio (cruti-), -onis *f. tormentum, cruciatus – Marter, Qual, Pein:* RADBERT. part. 1,326 (CC Cont. Mediaev. LVI^{C}. 1988. p. 57) sanguis et fons pudoris . . . non credo quod corrumpi debuerit in nativitate, quod -em matris . . . habuerit. RIMB. Anscar. 40 p. 74,19 vita eius fere martyrium fuit . . . -e propria, quam sibi ipse in corpore . . . numquam cessavit inducere. FLOD. hist. 1,25 p. 446,20 cui *(viro)* nulla dabatur requies de -e nec spes erat de visus recuperatione. *al. de supplicio aeterno:* GODESC. SAXO theol. 7,7 digna denuntiatur desolatio, grandis inrogatur tribulatio, maior . . . inferetur . . . -o (-tiatio *var. l.*). HINCM. divort. app. 7 p. 251,34 tanto est culpa gravior et erit -o durior, quanto *eqs. al.*

1. cruciatus, -us *m. (f.: l. 46). script.* cruti-: BAUDON. Radeg. 11 (MGMer. II p. 385,23). *form. decl. II.: abl. sg.* -o: *l.59. acc. pl.* -os: *l.47. adde* ARBEO Emm. 9. 18.

I *strictius i. q. dolor asper, vehemens, cruciamentum – heftiger Schmerz, Marter, Qual:* **A** *in univ.:* **1** *gener.:* **a** *de dolore corporis:* VITA Galli II 383 quam *(filiam)* valido vexat -u daemon iniquus. VITA Liutg. I 27 nescio quid mihi pendenti subposuit *vir*, super quod firmiter stans -um non sentiebam. LAMB. TUIT. Herib. 2,38 fuit . . . femina cum inedicibili -u gestans ubera turgida. HIST. de exp. Frid. imp. p. 92,27 cum post tantos labores ac tantam inediam et famis -um requiescere . . . vellent. *saepius. expressius i. q. tormenta – Folter:* LEX Sal. Merov. 98,2 servus . . . pessima -u (poena, truciatu *var. l.*) ponatur, hoc est, in rota mittatur. ARBEO Emm. 15 non quod -os (-us *var. l.*) tuos pertimescam, sed *eqs.* WALTH. SPIR. Christoph. I 16 inremediabili vos -u usque ad consummationem mortis affligam. *saepius.* **b** *de dolore animi:* IOH. SCOT. praedest. 6,2 l. 55 -u rei amissae, quae diligebatur. RATHER. prael. 2,11 l. 367 zelotis . . . vir est, qui cum cura et c o r d i s -u castitatem custodit uxoris (HROTSV. Bas. 40. gest. 400. *al.*). *adde:* VITA Theod. 17 p. 46,51 mores malos, in quibus inoleverant, mutare -us illis *(sc. monachis)* erat. **2** *eccl.:* **a** *de compassione Christi:* BERNH. CONST. can. 43 p. 513,21 nihil . . . pro te, Christe Iesu, exhorrebimus, cum te et in nobis et nobiscum omnes subiturum -us certificati simus. **b** *de supplicio aeterno:* IONAS BOB. Ioh. 18 p. 341,4 ne . . . eterno -o damnerentur. AGOB. 17,17 l. 32 de . . . -u malignorum angelorum et hominum. HERM. IUD. conv. 7 a penis temporalibus ad eternos gehenne -us infeliciter transivit *aemulus*. DIPL. Constantiae 32 p. 102,35 quisquis . . . doni destructor extiterit, . . . -us eternos sustineat. *al.* **B** *c. colore quodam:* **1** *vexatio, afflictio – Plage, Quälerei:* OTTO FRISING. chron. 7,31 p. 359,10 cottidianis -bus *(sc. civium Romanorum)* ac tedio vitae affectus infra anni spacium pontificatus sui diem obiit *Lucius*. **2** *exercitatio, mortificatio – Askese, Kasteiung:* WETT. Gall. 34 innumeris -bus se sanctum Dei diu adflixisse.

II *latiusi. q. labor, miseria – Mühsal, Not:* NOTKER. BALB. gest. 1,31 p. 42,11 tantas pecunias . . . praepositus de miserorum illorum *(sc. opificum)* -bus aggregavit, ut *eqs.*

2. *cruciatus (cruxa-, croxa-), -a, -um. (crux; *cf. ital.* crociato, *francog.* croisé).

1 *adi. i. q. cruce insignitus – mit einem Kreuz bezeichnet, gekennzeichnet:* COD. Wang. Trident. 33 p. 86,15 (a. 1189) pro . . . duo mille libris denariorum Veronensium -orum. CHART. ord. Teut. 46 p. 38,13 extenditur *casale* . . . usque ad laccum . . . et viam -am, ubi est crux de petra. CHART. Stir. II 389 latitudo . . . donacionis per lapides -os . . . evidenter appareat distincta. **2** *subst.:* **a** *masc. i. qui sacrae crucis militiae socius est, crucesignatus – Kreuzfahrer, -ritter:* ANNAL. Ianuens. II p. 124,16 rex Aragonensis cum maxima multitudine militum et peditum et cum multis croxatis . . . Yspaniam intraverunt. ANNAL. Crem. a. 1256 (MGScript. XXXI p. 18,33) capta fuit civitas Padue per quosdam croxatos (corxatos *cod.*), qui ibi venerant cum uno legato eclesie Romane. *in nomine congregationis:* SALIMB. chron. p. 375,25 fecerunt Parmenses istam societatem, et appellatur societas Cruxatorum *(postea:* Crucesignatorum; *cf. p.2034,49sqq.)*. **b** *fem. i. q. sacra crucis militia, expeditio contra inimicos ecclesiae – Kreuzzug:* ANNAL. Plac. a. 1270 p. 549,41 facta pactione cum rege Tunicano et gente Saracena et vendita -xata pro peccunia. a. 1284 p. 579, 19 ordinavit et statuit *papa* magnam -xatam per christianos, ita quod generaliter predicatur . . . ubique magna -xata contra eum *(sc. regem Aragonensem)*.

3. cruciatus *v.* crucio.

***crucibulum** (-usi, -bol-), -i *n. (cf. francog. vet.* croisel, *hisp.* crisol, *theod. vet.* krusul; *de orig. [dubia] v. Corominas, Dicc. etim. castell. II. p. 246sqq.) script.* -bil(l)-: *l.33.34.*

1 *de genere quodam vasorum i. q. catinus – Schmelztiegel (fere usu alch.):* HILDEG. phys. 3,26 p. 1235^{B} vinum . . . in patella vel -o calefac. IOH. sacerd. 193 mitte super es terciam partem *(sc. pistati)* in -olum. PS. GERH. CREM. sal. I 39 line cum eo *(oleo)* fundum -illi, deinde accipe limaturam auro et expande ⌞in fundo -ili⌟ (in albot II 29). GEBER. investig. 8 p. 491 ponatur stratum de sale communi . . . in crus-o. *saepius. adde:* PS. CALID. (?) alleg. p. 191^{b},46sqq. posuerunt *medici* eum *(regem)* in camera una, facta ad modum (admodum *ed.*) -i inferius perforati; . . . deinde cooperuerunt eum cum igne insufflantes, donec fuit penitus liquefactum, in aliud -um descendens inferius per foramen. **2** *de genere quodam lucernarum i. q. lanterna, lampas – (Nacht-)Licht, Lampe:* NOTAE Hild. (MGScript. XXX p. 763,32; s. XIII.^{1}) ab obedienciario . . . -a et matte pariter ministrantur. CHART. Col. II 513 p. 563,29 post completorium incendentur crus-a et ardebunt . . . per totam noctem. ALBERT. M. animal. 22,94 equa, si sentiat fumum candelae vel -i exstincti, aborciet. *al. cf.* *cruseolus, *crusillinum.

crucicola, -ae (-us, -i *m.: l.49.56*) *m. (f. [?per attractionem]: l. 51) de christiano i. q. cultor crucis – Kreuzesverehrer:* HUGEB. Willib. praef. p. 87,34 inclitus -us (-a *var. l.*), multorum magne magister Willibaldus. EPIST. Bonif. 148 p. 287,3 have, care -a *(sc. Baldhardus)*, salutata *(sic)* a sorore. *al. (post s. VIII. in schedulis nostris non invenitur). per enallagen* (*pro* cultor crucis Christi): ALDH. virg. I$^{tit.}$ p. 229,5 Aldhelmus, segnis ⌞Christi -a⌟ (christicola cruci, Christi cola crucis *var. l.*). HUGEB. Willib. 4 p. 92,18 inluster clarusque Christi -us (-a *var. l.*). *Vitali*

***crucicula,** -ae *f. script.* -uti- : *l. 62. (parva) crux – (kleines) Kreuz, Kreuzchen:* **1** *in opere plastico:* **a** *in univ.:* CAPIT. reg. Franc. 12,7 constituemus, ut illae -ae, quas Adalbertus . . . plantaverat, omnes igne consumantur. PASS. Desid. Alseg. 10 (MGMer. VI p. 63,20) retorsit virgulam vir sanctus in -am (cruti- *var. l.*). BENZO ad Heinr. IV. 1,8 antecedit eum *(regulellum)* ferrea -a. CHRON. Bened. II 2 columbe . . . quasi ex rationali industria -as composuerunt. *al.* **b** *spectat ad monile:* VITA Magni Fauc. I 20 p. 160,4 habebat . . . Magnus diaconus pendentem in collo -am. CATAL. thes. Germ. I 135 auream -am cum catenula. *saepius.* BERTH. ZWIF. chron. 40 p. 264,17 X -ae, quae inter philacteria computantur. *al.* **c** *spectat ad ornamentum:* NOTKER. BALB. gest. 1,34 p. 46,26 quae spata . . . ita cingebatur, ut per medium -is eminentibus . . . duraretur. HARIULF. chron. 3,3 p. 87,9 coronae . . . ex auro . . . paratae cum aureis -is aliisque . . . ornamentis. **d** *spectat*

[Konstanciak]

ad ornatum, apparatum sim. ecclesiae: CATAL. thes. Germ. I 82,19 (a. 870) item -as aureas III, argenteas VI *eqs.* TRAD. Welt. 23 Herrandus obtulit . . . -am auream, casulam *eqs. al. expressius de receptaculo reliquiarum:* TRANSL. sang. Dom. in Aug. 9 -a una . . . continens cruorem Christi. *saepius.* SIGEH. Maxim. 9 -a satis referta reliquiis. CATAL. thes. Germ. I 115,6 in superiore -a et in media continetur de ligno dominicę crucis. 115,83 in -a ossea auro circumdata. *saepius.* **2** *de signo:* SIGEB. GEMBL. chron. a. 748 in vestibus hominum et in velis aecclesiarum apparent -ae quasi oleo designatae. WILH. RUBRUQU. itin. 24,1 inveni quemdam, qui habebat -am de atramento super manum suam. *adde:* RUP. TUIT. off. 6,31 frustula quoque portantur incensi, ut -ae, quae cereo insculpta est, offerendo infigat *diaconus. v. et p.2040,31.* *Konstanciak*

crucifer, -era, -erum. *script.:* -cef-: ANNAL. Otak. a. 1278 p. 193,9. -ciff-: CHART. Ital. Ficker 316 p. 347,8. *subst. usu attrib.: l.59.*

1 *adi.:* **a** *cruce instructus – mit einem Kreuz versehen:* ARNOLD. RATISB. Emm. 2 p. 1049B praecedente sancta et -a imperiali lancea exivit *augustus* de civitate . . . petiturus Italiam *(de re v. J. Deér, Vortr. u. Forsch. XXI. 1977. p. 63sq.).* **b** *crucem ferens, christianus – das Kreuz tragend, christlich (per compar.; spectat ad imitationem Christi, cf. Vulg. Matth. 10,38. al.):* EKKEH. URAUG. chron. p. 138,6 (ed. Schmale) crucis signaculum in vestibus idem vere -r exercitus ob mortificationis preferebat commonitorium. **c** *signum crucis producens, ad benedicendum idoneus – das Kreuz schlagend, zum Segnen gebraucht (de digitis):* WALTH. MARCHT. hist. 26 invenerunt . . . manum eius *(praepositi)* dexteram . . . quasi in benedictione tribus digitis -is (*ni subest* *crucificus) extensis, duobus vero aliis ad manum recurvatis. **2** *subst. masc.:* **a** *qui crucem fert – Kreuzträger:* **α** *in univ. (spectat ad processiones):* TRANSL. Mod. 34 p. 305,12 ut . . . -i corrigeretur incuria et signum nostrae redemptionis . . . non violaretur immunditia. 44 p. 309,13 ecce . . . monachorum concio, praecedentibus in capite -is. LIBER ordin. Patav. 4,8 p. 986,15 cessantibus campanis fit . . . processio per claustrum: praecedit -r, sequitur conventus *eqs. al.* **β** *de Christo:* GODESC. AQUENS. sequ. 1,7b,5 quem *(Adam)* disseminatum . . . suis in filiis ad te revocas, bone -r *(cf. Prud. cath. 3,1).* **γ** *de Christi aemulis (per compar.):* EKKEH. IV. bened. I 43,19 Otmarus -r hodie sit ad omnia prosper. HERIB. hymn. 6,11,3 nostros, superne claviger . . . omnisque Christi -r, actus mundate pariter. CARM. Bur. 49,9,4 in die iudicii . . . ab hoste -r (*opp.:* peccatoribus) tunc omnis liberatur. WIGAND. Waldg. 21 secundum ewangelicam ammonitionem nudus, bonus -r, Christum Christi emulator investigavit. *al.* **b** *qui sacrae crucis militiae socius est, miles cruce insignitus – Kreuzfahrer, -ritter:* **α** *in univ.:* ANNAL. Hild. a. 1098 p. 59 afflicti fame nimis et siti in tantum, ut multi ex ipsis -is equos et asinos comederent. FRAGM. chron. Fuld. 13a,10 (ArchDipl. Beih. 1. 1976) ecce omnes -i, qui in comitatu imperatoris ire volebant *eqs.* **β** *de militibus (vel fratribus) cuiusdam ordinis militaris ('Ordensritter'):* GERLAC. annal. a. 1179 p. 690,43 *Elisabeth* fundavit, dotavit et ditavit et ita -is tradidit *ecclesiam.* CHART. Ital. Ficker 316 p. 347,2 (dipl. Frid. II.) Bartholomeus . . . procurator hospitalis ordinis C-orum *('Kreuzherren'),* quod iuxta Bononiam . . . situm est. CHRON. Erf. min. cont. I p. 673,14 expugnavit *soldanus* castrum munitissimum Templariorum . . . , in quo fratres -os *('Templer')* et alios christianos . . . constrinxit. ANNAL. Otak. a. 1255 p. 182,9 commissa terra et populo in manus -orum de domo Teutonica *('Deutschherren'). saepius.*

***crucciferarius** (curci-), -i *m.* (crucifer) *qui crucem fert – Kreuzträger:* CHART. Osn. I 379 p. 299,33 (a. 1190/1205) de Bunne dantur abbati V solidi, curc-is VII solidi et VI denarii ad emendam fabam.

***crucificus,** -a, -um. (crux *et* facere) *signum crucis producens, ad benedicendum idoneus – das Kreuz schlagend, zum Segnen gebraucht (de digitis):* ANNAL. Ratisb. a. 894 abscisis tribus digitis -is, quem *(Formosum)* vivum voluit, mortuum degradavit *Sergius papa. v. et l.30.*

crucifigo, -fixi, -fixum, -ere. *script.* -fi(o): *p.2038,13. metr.* crucī-: ALDH. carm. eccl. 2,31. *partic. perf. usu adi.: l.15*

1 *cruci affigere – ans Kreuz schlagen, kreuzigen:* **a** *strictius:* **α** *in univ.:* ANNAL. Altah. a. 792 coniuratio Pipini contra patrem detecta . . . alii decollati, alii -xi *(sc. sunt; ex Annal. Hersf.).* ROB. TOR. chron. a. 1171 p. 520,19 cum infantem quendam in solempnitate paschali -xissent *Iudaei (sim.* CHRON. Sigeb. auct. a. 1146 [MGScript. VI p. 465,27]. *al.).* ANNAL. Prag. I a. 1253 p. 175,1 homines plures -xerunt *(sc. Ungarii)* in opprobrium crucifixi. *de morituris:* GLOSS. Roger. I A 2,3 p. 591,7 a quarta specie *(sc. squinantiae)* nullus evadit . . . et tales sunt admodum (ad modum *ed.*) -xi. **β** *de Christo (de Christi imagine: l.18.21):* PIRMIN. (?) scar. 8 ut Christum . . . traderit *Iudas* ad -endum (-fiendum *var. l.*). CONC. Karol. A 14 p. 87,24 crucem pro -xo in ea Christo adoramus. HRABAN. epist. 2a p. 384,2 -xi regis offensam incurrens. OTTO FRISING. gest. 1,51 quod non peccaverunt, qui Christum ignoranter -xerunt. THEOD. PALID. annal. a. 923 salvatoris nostri icona . . . a quibusdam Iudeis ridiculose -xa produxit sanguinem et aquam. ARNOLD. LUB. chron. 5,15 p. 190, 28 Iudeis quedam est detestabilis consuetudo, ut . . . ad contumeliam salvatoris ymaginem ceream -ant. *persaepe. adde de imitatione Christi:* ARBEO Emm. 4 se aut pro Christum -xum pollicebat aut illius nutu vitam finiri. **b** *latius:* **α** *mortificare – kasteien, abtöten (pass. i. q. emori – absterben):* VITA Wandr. 2 (MGMer. V p. 14,16) quomodo . . . voluntatis proprias in tropheo Domini -ente (*leg.* -ens) perseveravit. BERTH. (?) annal. a. 1077 p. 303,17 c a r n e m suam cum vitiis et concupiscentiis . . . sedula nimis -xit *imperatrix* (VITA Bonon. 3 [MGScript. XXX p. 1026,37]. *sim.* THEOD. TREV. Liutr. 187,2 que *(Liudtrudis)* in singulis . . . -xa viciis. *al.; cf. Vulg. Gal. 5,24). adde:* RHYTHM. 2,9,1 mundo licet -xus, pollens tamen corpore *(de s. Medardo).* BERNOLD. CONST. chron. a. 1077 p. 435,7 Geraldus . . . episcopus . . . iam dudum Deo vivus, mundo -xus, de huius vitae ergastulo liberatus est. *al. (loci spectant ad Vulg. Gal. 6,14).* **β** *opprimere, vexare – be-, niederdrücken:* CARM. Bur. 47,1,1 -at omnes Domini crux altera *(i. expugnatio Hierosolymae).* **2** *(decussatim) affigere – (kreuzweise) befestigen:* GLOSS. Roger. I A 3,17 p. 687,11 magister siphac ruptum super manus suas constringit et per pelliculam illam acus duas ad modum crucis -at *eqs. (ni leg.* figat *per erroneam iterationem).* **3** *per errorem i. q. satisfacere – willfahren, Genüge leisten:* GLOSS. p. 149,24 M. -retur kivulon *(spectat ad Vulg. Marc. 15,15).*

subst. **crucifixus,** -i *m.* **1** *qui cruci affixus est – einer der ans Kreuz geschlagen ist, Gekreuzigter:* **a** *in univ.:* SALIMB. chron. p. 195,26 quando ad sepeliendum lavabatur *beatus Franciscus* in morte, videbatur recte sicut unus -us de cruce depositus. **b** *de Christo:* **α** *proprie:* PONTIF. Rom.-Germ. 99,188 veniat episcopus . . . ante crucem et prostratus in terram . . . adorat -um. IOH. CANAP. Adalb. A 28 p. 42,3 gratias tibi . . . , Domine, quia . . . saltim vel unum ictum ⌞pro -o meo⌟ (pro crucifixo rege B 28, pro te crucifixo C 28) accipere merui. THIETM. chron. 8,5 i m a g o -i truncata est cultusque idolorum . . . erigitur (LIBER ordin. Rhenaug. p. 130,22. *al.*). METELL. exp. Hieros. 6,785 tibi *(sc. Hierosolymae civitati)* dilectum -i frangere lectum. SALIMB. chron. p. 566,26 apparebat *diabolus* . . . aliquando in forma -i, aliquando in forma beatae virginis. *saepius. v. et l.9. huc spectare possunt etiam exempla infra (p.2039,16sqq.) allata.* **β** *meton. de doctrina christiana:* HUMB. Sim. 2,23 p. 168,8 Paulus . . . has vulpes *(i. haereticos)* . . . -xum sic praedicantes, ut eius crucem evacuare studerent, cavendas Philippensibus denunciat. **2** *qui sacrae crucis militiae socius est, miles cruce insignitus – Kreuzfahrer, -ritter:* ANNAL. Parch. a. 1096 (MGScript. XVI p. 604, 17) -orum exercitus tendit Iherusalem.

crucifixio, -onis *f.* *actus crucifigendi, supplicium crucis – Kreuzigung, Kreuzestod:* FORM. Dion. 1 p. 494,34 quae *(Maria Magdalena)* semper Dominum postsequuta usque ad -em (crucifixorem *var. l.*) et sepulturam. VITA Reginsw. 11 vident *cives* virgunculae sacrum corpus exanime piscoso cuidam cohaerens gurgustio . . . extensis brachiis instar -is. *al. in imag.:* CAES. HEIST. mirac. I 8,19 p. 97,1 duplex est religiosorum -o,

[Vitali]

hominis interioris per alienam compassionem et hominis exterioris per propriam carnis mortificationem.

crucifixor, -oris *m. qui crucifigit, carnifex – Henker, Kreuziger:* **1** *strictius de -bus Christi:* RATHER. conf. 1 -es crucifixi sanguinem in salutem biberunt. HERM. IUD. conv. 5 p. 87,6 Christi pro suis -bus exorantis imitatores. CASUS Petrish. 2,33 Pilatus D o m i n i -r (ELIS. SCHON. vis. 1,42 p. 22,6). INNOC. IV. epist. (DtArch. 18. 1962. p. 206,18) quam *(tunicam)* Romani milites, Christi -es, dividere noluerunt (*sim.* INNOC. III. registr. 1,354 p. 529,23). *saepius. v. et p.2038,69.* **2** *latius de persecutoribus ecclesiae:* PETR. DAM. epist. 45 p. 37,7 cum sopito iam persecutionis articulo -es desint. ARNOLD. O. P. epist. de correct. eccl. (ed. E. Winkelmann. 1865. p. 10,29) ut . . . contra destructores ecclesie et christianorum occisores ac -es Domini . . . inciperem allegare.

***crucifixum,** -i *n. vel* ***crucifixus,** -i *m.* (crucifigere) *acc. sg.* -us: *l.23.*

effigies Christi cruci affixi – Darstellung des gekreuzigten Christus, 'Kruzifix' (fere de imaginibus plasticis; de pictura [textili]: l.30): ANNAL. Ved. a. 877 p. 42,11 inter quae *(munera)* -um aureum, ⌞quale non fuit ab ullis regibus factum⌟ (qualis . . . factus *var. l.*). CHRON. Salern. 159 p. 167,10 fecit *Gisulfus* . . . in . . . ecclesiam -us ex argento purissimo *(cf. ed. p. 238).* BERNOLD. CONST. chron. a. 1094 p. 459,12 maius -um et sedilia monachorum . . . a fulmine dissipata sunt. PAUL. FULD. Erh. 2,3 quid . . . impossibile tibi, Deus omnipotens, qui . . . caput -i prope sepulchrum astantis de dextera declinabas ad sinistram. DIPL. Conr. III. 218 sub signo -i. CATAL. thes. Germ. I 111,67 manuterium superius factum de serico, in quo est -us (*sim.* 111,29). *saepe. huc spectare possunt etiam exempla supra (p.2038,48sqq.) allata.*

***cruciformis,** -e. (crux *et* forma) *formam crucis exhibens – kreuzförmig:* ALBERT. M. eccl. hier. 2,7 p. 531a,10 episcopus . . . 'perficiens illam' *(sc. aquam baptismalem)* . . . 'sanctissimis tribus effusionibus chrismatis -bus' (*PG 3,396C* σταυροειδέσι), id est in modum crucis ter infundens et perficiens. 5,20 p. 720b,33 'signaculum -e', id est in modum crucis.

adv. ***cruciformiter.** *in crucis forma – kreuzförmig:* ALBERT. M. miss. 3,13,5 quod quamvis sacerdos . . . omnes orationes dicat -r extensis brachiis, ut populo det signum Christi crucis *eqs.*

***cruciger,** -eri *m.* (crux *et* gerere) *de milite vel fratre Ordinis Cruciferorum Bononiensis q. d. ('Kreuzherr, -bruder'):* COD. Wang. Trident. 17 p. 49,21sqq. (a. 1183) clausuram terre . . . episcopus . . . cuidam converso ordinis -orum . . . concessit et mandatum sibi dedit ibidem hospitale . . . edificare secundum . . . constitucionem regule ipsorum -orum.

***crucigerulus,** -i *m. qui sacrae crucis militiae socius est, miles cruce insignitus – Kreuzfahrer, -ritter:* LAMB. ARD. hist. 139 p. 632,37 que *(sc. bona)* ipse -us in sancto peregrinationis itinere quandoque secum differre deberet.

[crucila *v.* *cruciola.]

crucio, -avi, -atum, -are. *script.* chr-: *p.2040,5. form.: act. pro pass.: l.66.68. gerund.* -iend(us): HROTSV. Pel. 257 *(cod.;* -andos *ed.).* Sap. 6,1 *(cod. p. corr.;* -andam *ed.). struct. absol.: p.2040,7. partic. perf. usu subst.: p.2040,25.*

I *strictius i. q. vexare, torquere, excruciare – plagen, martern, quälen (pass. i. q. dolores pati – leiden, e. g. l.62.64):* **A** *proprie:* **1** *in univ.:* HRABAN. carm. 18,19 fames cum peste -ant . . . in terris populos. CAPIT. reg. Franc. 192,14 missi nostri . . . studium habeant, ne forte propter eorum neglegentiam pauperes -entur. WALAHFR. Mamm. 16,33 sanctum . . . iubet *iudex* -are camini ignibus. BERTH. (?) annal. a. 1075 p. 281,33 febribus . . . circiter quinque menses . . . miserabiliter -batur *abbas. saepe. de supplicio aeterno:* VISIO Baront. 4 nunc . . . in infernum -bis (-beris, -aris *var. l.*) perpetualiter. VITA Lamb. Traiect. 24 (MGMer. VI p. 377,9) in profundum inferni trusus -at (-atur *var. l.*) sine fine *Dodo.* HYMN. Hraban. 1,26 iam infernus haberet sontem trux animam et -ret eam. CARM. libr. 19 (MGStud. XVIII. 1997. p. 154) eruat hęc animam . . . scriptura . . . de -ante chao. *saepius.* **2** *c. colore quodam:* **a** *mortificare – kasteien, abtöten:* THIETM. chron. 6,94 castigans *Brun* corpus inedia et -ans vigilia. DIPL. Heinr. IV. 403 qualiter . . . quidam Scottigenae pro -ando corpore salvandaque anima patria sua exulerant. HERM. ALTAH. annal. a. 1260 p. 402,21 procedebant *flagellatores* . . . flagellis semet ipsos bis in die . . . chr-antes. *al.* **b** *sollicitare – beunruhigen, bekümmern:* FLOR. LUGD. carm. 1,44 sua cuique satis sit cura diei, crastina non -ent, quia sunt incerta caducis. **c** *se conficere – sich aufreiben, grämen (usu refl.):* TRANSL. Fort. in Aug. (MGScript. XV p. 473,42; s. IX.ex.) sancti . . . viri . . . -bant semet ipsos fletibus et nimio eiulato. HROTSV. Theoph. 246 nonne Ninivitae mitem Christi pietatem sese condignis -antes . . . lamentis invenere? **B** *translate de quadam ratione alch.:* TURBA phil. 47 accipite spiritum nigrum veterem et eo corpora diruite et -ate, quousque alterantur. 69 p. 168,2 -ta res, cum in corpore submergitur, vertit ipsum in naturam inalterabilem ac indelebilem *eqs. ibid. al. (de re v. notam ed. p. 254).*

II *latius:* **1** *punire – bestrafen:* ARBEO Emm. 39 voluptuosa gaudia in paucis deficitur diebus et ventura animarum detrimenta sine fine -antur (parturiunt *var. l.*). CONC. Karol. A 44B p. 532,25 ut omnis homo . . . imagines adoraret aut certe exilio p o e n i s v e diversis -retur (CONC. Karol. B I 47 p. 483,41. DIPL. Arnulfi 24). CONSUET. Trev. 15 in hoc . . . -antur *fratres*, quod a communi fratrum mensa . . . sequestrantur. *al.* **2** *damnare – verurteilen:* VITA Mathild. I 3 p. 118,14 si quis pro culpa criminali . . . a rege deputabatur interfici, . . . regina -to condolens . . . mulcebat animam principis. **3** *necare – umbringen, töten:* CARM. Sangall. I 7,1,17 praecipit Herodes natos -are recentes.

***cruciola** (-ceo-), -ae *f.* (crux) *?script.* -cil(a): *l.31. (parva) crux – (kleines) Kreuz:* CATAL. thes. Germ. I 57,4 (s. XII.med.) in parvissima . . . -cila (*ni subest* *crucicula) cum argento . . . facto *(sic)* reliquie sancti sunt Mauricii. THEOD. loc. sanct. 275 in cuius *(altaris)* pavimento -a in rotundo circulo est impressa *(sim.* 336. 1134. *al.).* LAMB. ARD. hist. 134 p. 628,21 fecit *Arnoldus* sibi apportari parvam -eolam, quam in collo suo . . . de sepulcro Domini reportaverat.

***crucirus** *v.* *crocerus. **crucius** *v.* croceus.

***crucizo** (-ixz-), -are. *(a* crux *ad* baptizare *sim. formatum) crucesignare – mit dem Kreuz versehen, zum Kreuzzug aufrufen, sammeln (medial. i. q. crucem assumere – das Kreuz nehmen: l.45):* ANNAL. Iac. Leod. a. 1146 (MGScript. XVI p. 641,2) predicatur populus et a Rodulpho propheta -atur (-xzatur *var. l.*). FRAGM. de exp. Frid. I. imp. p. 19,27 rex Francorum Philippus et rex Anglie Henricus apud Gizorcium -antur, quos . . . innumeri . . . viri . . . sequuntur. LAMB. PARV. annal. a. 1188 (MGScript. XVI p. 649,38) Heinricus . . . cardinalis . . . viam indicit omnibus Iherosolimorum . . . et . . . multi tam clerici quam laici ab eo -antur. *Vitali*

cruda *v.* chrenecruda.

crudelis, -e. *script. et form.:* -dil-: *l.55. abl. sg.* -e: *l.54. 56. usu subst.: l.61.70.*

1 *de anim. eorumque actionibus, moribus sim.:* **a** *saevus, durus, immisericors – grausam, hartherzig, erbarmungslos:* VITA Desid. Vienn. 11 cum a nativitate verme adherente -e . . . claudicaretur *filia.* RHYTHM. 40,4,1 bellum -ilem (-e *var. l.*) . . . geritur. ALCUIN. carm. 1, 512 qui *(propinqui)* -e manu lacerabant viscera regni. LIUTG. Greg. 9 p. 74,21 licet digni haberentur *latrones* -issima ac subita m o r t e , tamen *eqs.* (THANGM. Bernw. 25. THIETM. chron. 2,2). HINCM. divort. 22 p. 231,20 (synod.) inexaminatam *(coniugem)* . . . morti tradere . . . ut iniquum et -e devitamus. DIPL. Heinr. IV. 402 p. 532,1 marchionem . . . tanto -iorem quanto occultiorem inimicum invenimus. *persaepe.* **b** *rudis, ferus, barbarus – roh, wild, barbarisch:* BREV. NOTIT. p. A 5,23 erat devastata . . . cella propter inminentes Sclavos et -es paganos (*sim.* p. A 8,12 -issimos). THIETM. chron. 7,39 nullus ad comprehendendas . . . -es populi istius *(sc. Danorum)* executiones sufficit. ALBERT. M. animal. 2,27 asinus Indicus, qui . . . est animal -e valde. *al.* **c** *scelestus, nefandus – ruchlos, frevelhaft:* THEGAN. Ludow. 44 p. 232,12 -is, cur non intellexisti praecepta dominica: *'eqs'.* VITA Galli II 620 spiritus inmundus -i perstrepit ore. IOH. SCOT. praedest. 1,4 quae *(sc. Gotescalci)* stultissima -issimaque

[Niederer]

insania . . . auctoritate divina refellitur. *saepius.* **2** *de rebus:* **a** *foedus, exitiosus – grausig, unheilvoll:* ALDH. carm. eccl. 4,2,28 -e venenum (virg. II 436). VITA Galli II 1803 ne me flamma vorax -i sumat hyatu. LIGURINUS 10,171 ne . . . casta . . . -i sceleraret *coniunx* lumina visu. *al.* **b** *gravis, severus – schmerzlich, hart, streng:* WIPO gest. 6 p. 29,10 legem -issimam Saxonum . . . roboravit *rex*. 40 p. 60,13 heu quantum -is annus. VITA Heinr. IV. 13 p. 41,27 edictum sub comminatione -i ubique properabat, ut *eqs.* FUND. Consecr. Petri p. 208,18 milites, qui . . . stipendia -is milicie promeruerant. *al.*

adv. **crudeliter**. **1** *saeve, dure – grausam, erbarmungslos:* ARBEO Emm. 17 p. 50,30 dicentes *carnifices*: 'cur non -r manus in eum inmittere debemus?' ANNAL. Xant. a. 866 p. 24,5 pagani -r Galliam vastaverunt (*sim.* OTTO FRISING. gest. 2,51 p. 159,12). BERTH. (?) annal. a. 1075 p. 279,4 -r eos *(Saxones)* fugientes insecuti sunt *hostes*. *persaepe*. **2** *sceleste, nefarie – ruchlos, gottlos:* HINCM. divort. 10 p. 175,19 quomodo rapax dignos poenitentiae fructus aget, . . . qui rapinis -r insudavit? POETA Saxo 3,129 coniuratio fertur inter Francorum proceres -r acta. LIGURINUS 4,90 ne quid in eximium -r impia Patrem auderet . . . plebes. *saepius.* **3** *pertinaciter, contumaciter – hartnäckig, grimmig:* THIETM. chron. 5,33 si hunc . . . -r et . . . aperte sibi renitentem non cerneret *rex*. CHRON. Mont. Ser. a. 1159 cuius eleccioni . . . Fridericus imperator . . . tam -r obstitit, ut *eqs*.

1. crudelitas, -atis *f.* *script.* -dil-: AETHICUS p. 230,6. *metr.*-dĕl-: ALDH. ad Acirc. 130 p. 178,10.

1 *proprie:* **a** *inhumanitas, saevitia, duritia – Unbarmherzigkeit, Grausamkeit, Härte:* ARBEO Emm. 27 p. 65,13 qui *(extorquentes)* suae -is in eum . . . manus inponebant. WETT. Gall. 4 -s et malicia in illis *(incolis)* regnabant. EINH. Karol. 20 harum . . . coniurationum . . . reginae -s causa . . . extitisse creditur. ANNAL. Xant. a. 834 inruerunt pagani in vicum . . . eumque inmani -e vastaverunt. HROTSV. Pafn. 7,12 formida perpetis -em gehennae. *persaepe*. *adde:* MARIAN. chron. a. Chr. 383 Iovinianus -e (*Hier. chron. p. 243,25* cruditate [-e *var. l.*]) sive odore prunarum . . . obiit. **b** *impietas – Ruchlosigkeit, Gottlosigkeit:* THIETM. chron. 1,26 impia . . . potestas, cum . . . recte dominantes premit, dilatata -e mox furit. RUP. TUIT. vict. 7,7 p. 252,21 regna diabolicę -i famulantia. CHART. Carniol. I 146 p. 130,16 usque adeo -s . . . eorum *(hominum)* invaluit, quod ad omnia sacrilegia . . . perpetranda . . . eant praecipites. *al.* **2** *meton. i. q. scelus, factum crudele – Verbrechen, ruchlose Tat:* DIPL. Otton. III. 323 p. 750,1 predia . . . eorum, qui . . . huic -i *(sc. neci episcopi)* interfuerunt. HILDEG. scivias 2,5 l. 840 iussit *Deus*, ne homo per -em fornicationis sanguinem suum a recto loco . . . abscidat. *al.*

2. crudelitas *v.* credulitas.

[cruderi *v.* coriandrum.**]**

crudesco, -ere. *partic. praes. usu adi.: l. 54.* **1** *(violentia, crudelitate) augeri – (an Heftigkeit, Grausamkeit) zunehmen:* ALDH. virg. I 38 p. 289,9 quidam bellicosus incentor et fautor certaminis ac -entis signifer duelli. 50 p. 306,20 Sisinnius . . . Dei famulas satis -ente poenarum atrocitate vexandas accepit. *al.* HEIRIC. Germ. I 3,86 in . . . dies saevi -unt ΣΠΕΡΜΑΤΑ morbi. THANGM. (?) transl. Epiph. 10 p. 251,7 acrius -ere (erudescere *var. l.*) atque . . . violentius crescere coepit *passio.* **2** *marcescere – kraftlos werden:* GONZO Geng. 11 cum . . . oculorum acies hebesceret totumque corpus . . . diutina vigilantia -ret. **3** *(cruore) spargi – (von Blut) benetzt werden:* CARM. de bello Saxon. 3,84 hostili -it sanguine terra. 3,153 tellus.

***crudicoctus,** -a, -um. *?semicoctus – ?halbgar:* TRACT. de aegr. cur. p. 156,16 agarici grana interiora -a iterum pulverizata pone in oculis.

***crudifacio,** -ere. *in statu crudo servare – in unreifem Zustand bewahren, die Reifung behindern:* ALBERT. M. veget. 5,92 cum penetrat *frigiditas* . . . , calidum vincere incipit, et tunc incipit infrigidare et stupefacere et -ere.

***crudificativus,** -a, -um. *in statu crudo servans – in unreifem Zustand bewahrend, die Reifung behindernd:* ALBERT. M. veget. 5,70 videmus . . . quasdam *(plantas)* esse infrigidativas . . . et -as (mundificativas *var. l.*).

crudilis *sim. v.* crudel-.

cruditas, -atis *f.* **1** *spectat ad cibos:* **a** *status non coctus – ungekochter Zustand:* MIRAC. Hucberti 2,28 ministris . . . attentantibus eas -em suam . . . ingerebant *carnes*. **b** *de (mala) digestione ciborum:* **α** *indigestio – Verdauungsstörung:* AURELIUS 16 p. 717,23 praecedunt eum *(sc. chordapsum)* multa . . . signa . . . , praecipue tamen perfricatio, -s. ANTIDOT. Glasg. p. 100,11 datur *antidotum* . . . his, qui -em vexantur. VITA Herm. Ios. 26 cum nullos . . . cibos posset digerere prae languentis stomachi -e. WALTH. AGIL. med. 60 p. 165,31 subtenuitas urine significat -em et indigestionem. *al.* *c. gen. explicativo:* GALB. Karol. 2,23 -e quoque indigestionis natura languebat. **β** *de cibis ipsis i. q. indigestibilitas – Unverdaulichkeit:* PS. HIPPOCR. phleb. 52 malfiunt *(sc. phlebotomati)* . . . aut ex -e ciborum vel potum aut ex stomachi debilitatione. **2** *spectat ad complexionem humorum i. q. absentia maturationis digestionisque naturalis, natura cruda – das Ausbleiben der natürlichen Reifung und Zersetzung, rohe Beschaffenheit* (*def.:* ALBERT. M. meteor. 4,1,18 p. 732^{b},17 dicitur esse homothes defectus digestionis, si contingat non maturum fieri humidum; . . . -s autem est homothes in Graeco): CONSTANT. AFRIC. theor. 9,38 p. 49a^{v} signum huius passionis *(sc. lapidis in vesica)* . . . est . . . urine -s: subtilis est et alba *eqs.* TRACT. de aegr. cur. p. 252,27 si fuerit *vomitus* ex frigiditate, quod declaret urine -s, *eqs*. ALBERT. M. veget. 5,87 si . . . maior est frigiditas . . . impediens actiones calidi, quae sunt digestio, maturatio et completio, inducit -em tam in digestione quam in nascentiis et apostematibus. 7,66 siquae . . . nascerentur plantae in tali *(sc. caenulento)* agro, silvestres remanent, quia acidae . . . sunt . . . propter . . . -em humoris. *ibid. al.*

***crudosus,** -a, -um. *in statu crudo servans, crudificativus – in unreifem Zustand bewahrend, konservierend, die Reifung behindernd:* HILDEG. phys. 9,3 (ed. pr.) hoc . . . faceret *plumbum* propter frigus, quod in se habet, et quia etiam aliquando -um est.

1. crudus, -a, -um. *script. et form.:* ser-: *l. 45.* grudi(a): ARS med. 5 p. 423,5 *(var. l.)*.

I *proprie i. q.* ὠμός *– roh:* **A** *spectat ad artem:* **1** *igni non coctus – ungekocht, -gebrannt, -erhitzt:* **a** *de cibis (in imag. l. 43):* ANTIDOT. Lond. p. 18,38 mitte . . . vitella ovorum -a . . . in mortareo. ALCUIN. carm. 76,1,27 hoc opus *(sc. librum)*, hoc -um rapuit portator ab igne . . . coctum non bene. TRACT. de caus. mul. 95 p. 55,1 civis accipiant porros coctus et serudus *(sic)*. CONSUET. Eins. 57 p. 232,13 eant *fratres* in refectorium refecturi . . . pane calido cum -is herbis et aqua. ALBERT. M. meteor. 4,2,5 p. 753^{b},28 vinum elixatum spissius est quam -um. *saepe*. *proverb.:* WIPO gest. 2 p. 15,5 expedit . . . coquere cibum, qui -us sumptus generat periculum. **b** *usu vario:* COMPOS. Luc. Q 12 si forte est sapone, spumatum alumen mittis, si debile, -um. THEODULF. carm. 10,5 -um studeat laterem dum quisque lavare, quo magis eluerit, plus facit inde luti. TURBA phil. 65 p. 165,15 oportet vos elementa -a . . . et non cocta . . . super lenem ignem commiscere. COMPOS. Matr. 9,1 adice auri pigmenti non usti, id est -um, partes tres. *al.* **2** *de coriis i. q. non depstus – ungegerbt:* COMPOS. Luc. K 10 bluta faciatur corius taurinum -um *(sim.* THEOPH. sched. 1, 17. *al.)*. METELL. exp. Hieros. 6,119 -as . . . cutes sic aptavere suentes, limphas haurirent ut in his. **3** *de telis, filis sim.:* **a** *non coactilis – ungewalkt:* CHART. civ. Spir. 199 p. 155,30 (c. 1280) pannus . . . -us, id est ro *eqs*. **b** *non dealbatus – ungebleicht:* RYCCARD. chron. a. 1231 p. 176,1 per totum regnum seta -a emi prohibetur. CHART. Sil. D II 104,43 spectant ad hereditatem . . . omnia fila -a. **4** *de pane i. q. non fermentatus – unfermentiert, ungesäuert:* PETR. DAM. epist. 41 p. 2,5 nec . . . inquiro, utrum panis in massa -us servatus sit, usque dum potuerit fermentari. CONSTANT. AFRIC. theor. 5,15 p. 21b^{v} azimus *panis* sive -us grossitudinis est nutritivus et duriter digestivus. **B** *spectat ad naturam i. q. imperfectus, nondum ad statum completionis convenientem provectus – unfertig, noch nicht zur gehörigen Vollendung hin fortgeschritten:* **1** *de fructibus i. q. immaturus – unreif:* ALBERT. M. veget. 1,

200 aliquando non maturantur . . . posteriores fructus, sed remanent -i. **2** *de vulneribus i. q. nondum saniem generans – noch nicht in Eiterung übergegangen:* BRUNUS LONG. chirurg. 1,3 p. 106[D] vulnus lapsum bonum, -um vero malum (*sim.* THEOD. CERV. chirurg. 1,3 p. 135[H]). **3** *de complexione humorum i. q. indigestus – unzersetzt:* CONSTANT. AFRIC. coit. 3,11 quia hec *(sputum et mucus)* sunt liquida et -a (humida *var. l.*), semen autem est coctum et densum. MAURUS urin. II p. 6,27 contentum *(sc. urinae)* multiplex est, scilicet sedimentum, resolutio, arena et -us humor. ALBERT. M. animal. 3,53 sanguis -us et indigestus. 13,101 fleuma -um. *al. adde:* ALBERT. M. veget. 5,83 actiones . . . frigidi in complexionatis plantis inveniuntur; . . . quae sunt: infrigidare, . . . -um facere *(cf. p.2042,17sqq.).* **4** *de cibo in gutture avium iacenti i. q. non praeparatus – unaufbereitet:* ALBERT. M. animal. 2,106 ne cibus ad stomachum cito -us . . . descendat.

II *translate:* **A** *recens, novus – frisch, neu:* ALDH. virg. I 35 p. 279,2 milites . . . udis et -is nervorum nexibus crudeliter vinciunt *Chrysanthum*. HROTSV. Gong. 418 cum palmam retulit *(sc. ex aqua)* . . . , portavit *coniunx* -um criminis indicium. Sap. 5,19 hanc rebellem . . . -is nervis caedite. EPIST. Meginh. 21 p. 215,31 iocosam . . . frontem -o adhuc dolore saucii vix pretendimus. **B** *iuvenilis, vigens – jugendlich, (jugend)frisch:* WALAHFR. Mamm. 11,22 fervet . . . -o virtus in pectore magna. GESTA Apoll. 671 si foret . . . mihi -a iuventus, . . . tanta pati nollem discrimina. ANNAL. Sangall. IV a. 1008 -a virensque Deo Kerhilt, seniore sed aevo *(cf. Verg. Aen. 6,304).* **C** *crudelis, durus – grausam, hart:* CARM. Sangall. I 7,5,10 urbis . . . dignatur *Christus* flere ruinas, quae manibus -is ipsum discerpere gestit. FLOR. LUGD. carm. 27,10 vacuas defert ad Christi altaria voces pauperis ad vocem viscera -a gerens. EUPOLEMIUS 1,408 -i post dira tiranni tempora. *al.* **D** *incultus – schmucklos:* CHRON. Mont. Ser. a. 1223 p. 205,44 (chart.) ex sicca et -a salutacione vestra cognoscimus, quid *eqs.* **E** *asper – rauh:* CARM. Otton. III. 19,5,1 plangat ignitus oriens, -us plorat occidens. **F** *recenter cruentatus – frisch (mit Blut) bespritzt:* ALBERT. STAD. Troil. 5,607 gladium reginae sanguine -um . . . mittit *Pyrrhus* in ossa Phrygum.

[2. crudus *v.* crocodes.**]**

***cruentalius,** -a, -um. *crudelis, atrox – grausam, blutrünstig:* AETHICUS p. 217,2 feras pessimas et -as respuit, lupus et ursus . . . nullatenus gignit *Creta*.

cruentatio (-cio), -onis *f.* **1** *(cruoris) aspersio – Besprengung (mit Blut):* FRID. II. IMP. art. ven. 1 p. 47,6 que -o si . . . accedat, quia pugnatur, . . . adhuc nescimus. *in imag. de inquinatione:* GLOSS. psalt. Lunaelac. 58,3 quae ad -em peccati semper deseritur liberari homo *(de interpr. v. notam ed.).* **2** *verberatio sanguinolenta – das Blutigschlagen:* MIRAC. Wigb. 11 (MG Script. IV p. 225[b],55; c. 940) ille, qui paulo ante -cioni . . . seu fustibus irrogatis nihil sensibilitatis adhibuit, pernici cursu exilit equus.

***cruentator,** -oris *m. cruoris effusor – einer der Blut vergießt:* AETHICUS p. 196,12 ibidem Hercolis conthorrus maiorque phorensis -r . . . ortus est. p. 230,8 post primam eversionem Troiae secundus -r peraccessit *Romulus*.

cruento, -avi, -atum, -are. *depon.: p.2044,1.* **1** *(cruore) maculare, (ob)linere – (mit Blut) beflecken, beschmieren:* STEPH. COL. Maurin. 12 genas gutta sanguinis apparuit -tus *puer*. FRID. II. IMP. art. ven. 4 p. 68,7 sanguis exit de naribus earum *(gruum)*, quo sanguine, quando se perungunt, penne et plume earum -antur. *al. in imag. c. sensu inquinandi:* LEG. Wisig. 6,5,1 non . . . est iustum, ut illum homicide damnum aut pena percutiat, quem volumtas homicidii non -at. *al.* **2** *(cruenter) vulnerare, sauciare – (bis aufs Blut, tödlich) verwunden (in imag. l.70):* WILLIB. Bonif. 8 p. 50,19 inruit *paganorum tumultus* et felici sanctorum cede corpora -vit. MIRAC. Pirm. 8 homines inventos verberando -ant *hostes*. CHART. Mog. A 443 p. 350,6 si . . . quemquam percusserit *aliquis* aut -verit *eqs.* ALBERT. M. nat. bon. 143 p. 58,27 nos sumus spinetum et nos peccati spina sumus -ti. *saepius. c. sensu stimulandi, concitandi:* ARBEO Corb. 10 p. 198,7 coepit . . . vir Dei . . . aequum, quem sedebat, calcibus -are *(cf.* VITA Galli I 10 coepit *sessor* calcaribus -ari. *al.).*

cruentus, -a, -um. *?gen. sg.* -is: *l.18. abl. sg. pro adv.: l. 29. sanguineus, sanguinolentus – blutig:* **1** *proprie:* **a** *in univ.:* AETHICUS p. 136,10 carnes -as comedent *barbari*. ARBEO Emm. 23 p. 58,28 -a et secta ab se . . . membra. EKKEH. IV. carm. var. II 7,9 vertice cum planta iacet ulcere virgo -a. *al. spectat ad ipsam substantiam cruoris:* ALDH. virg. II 2420 macheram . . . vibrabat crudelis tortor fundendo fluenta -a (*sim.* 2600). **b** *sanguine suffusus – blutunterlaufen:* THEODULF. carm. 1,54 lumina . . . intorquet *Ira* felle -a tetro. **c** *sanguine sparsus – blutbefleckt:* WALTHARIUS 1367 Alpharides spatam tollens . . . -am. **d** *ex sanguinis fluxu proveniens – durch Blutfluß verursacht:* ALDH. virg. II 1788 haec *(Lucia)* matrem monuit fessam languore -o. **2** *translate:* **a** *in univ.:* WALAHFR. Mamm. 23,5 libamina . . . aut devota dabis p o e n a aut moriere -a (HROTSV. Agn. 347). BERTH. (?) annal. a. 1062 non sine victoria -a . . . regressus est *episcopus.* ANNAL. Altah. a. 1015 Lantpertus . . . dignissima talione -ae (-is *cod.*) caedis obcubuit. *saepius. t. t. iur.* -us denarius *('Blutgeld'):* CHART. Stir. III 240 p. 329,15 (a. 1257) excepto iure, quod -us denarius vulgariter nuncupatur. **b** *sanguinis colorem exhibens – blutrot:* ALDH. virg. I 56 p. 316,2 numquid . . . Deus . . . vellera non potuit . . . -o bacciniorum fuco inficere? **c** *crudelis, atrox – blutrünstig, grausam:* WALAHFR. Mamm. 20,3 parate feras, quas nostis habere -os atrocesque animos. HROTSV. asc. 44 manus clavis ligno fixere -is *Iudaei*. WALTHARIUS 496 apta . . . statio latronibus illa -is. VITA Heinr. IV. 12 p. 39,16 victor . . . -us non alium modum sceleris habebat, nisi *eqs. al. usu adv.:* FROUM. carm. 11,4 puero nostro maledicto forte -o tunc lapidem . . . comprendens . . . petit *Gerhardus* illum.

adv. **cruenter** *vel* **cruente**. *crudeliter – grausam:* RADBERT. Matth. 5,2457 quod Christum nec tactus polluit immunde nec visus offendit -e. ANNAL. Fuld. Ratisb. a. 884 p. 112,16 inmaniter ac -r more lupi mactat *dux*. RUD. TRUD. gest. 9,2 oppidum . . . redactum est in favillam effuso in eo -issime . . . hominum sanguine. CHART. Stir. IV 540 ex hoc tamen -cius cruciamur, quod *eqs. al.*

***crumacula** *v.* *cramacula. **crumena** *v.* crumina.

*?****crumera,** -ae *f. (orig. inc.) cellarium vinarium – Weinkeller:* YSENGRIMUS 5,905 solus init *Ysengrimus* -am (cameram, crameram *var.l.*), tonnis pincerna duciclos detrahit, ut *eqs.* (*ni subest* camera).

crumina (-men-), -ae *f.* **1** *strictius i. q. marsupium, sacculus (nummorum) – (Geld-)Beutel:* EGBERT. fec. rat. 1,1610 ista *(Pecunia)* suas nobis effundat tota -as. PETR. ROM. Mans. (MGScript. XV p. 930,24) -enam scrutatur *rusticus*, si . . . forte nummulum reperiret. PETR. DAM. epist. 97 p. 83,16 quae per avariciam turserat, per misericordiam exhausta iam -ena follescat (*sim.* 40 p. 403,9). CATAL. thes. Germ. I 26,27 -ena per totum auro texta. CAES. HEIST. mirac. II 2,29 p. 112,2 duas . . . tollens -enas pecunia plenas . . . ad nudum corpus se illis cinxit *soror*. *saepe. in imag.:* COSMAS chron. 1,38 p. 70,17 quibus superhabundat mordax -ena, his non facile patebunt loca Elysii. HEINR. WIRZ. cur. 378 nihil est quodcumque potest vir pauper in illos *(sc. curiales)* fundere, nec brevis est apta -ena viris. CARM. Bur. 1,5,9 sancta dat -ena, sancta fit amena. **2** *latius i. q. cista, receptaculum (pecuniae) – (Geld-)Truhe, Kasse:* MILO carm. 1,6,2,104 non maiora paras servandis claustra -is. RAHEW. Theoph. 631 omnia, quae plenis servata fuere -enis, . . . dispergit egenis. *al.*

***crundula** *v.* *grundula.

cruor, -oris *m. sanguis – Blut (fere de sanguine effuso):* **1** *gener.:* **a** *proprie:* AETHICUS p. 139,2 horribilia philosarchis et -um putatores *Gogetae et Magogetae*. ARBEO Emm. 43 qui *(martyr)* summi imitatione capitis et amore -em f u d e r a t (POETA Saxo 2,74. *saepius*). HERACLIUS I 4,5 me quaerere iussit . . . utilis ars . . . calidum . . . -em ex hirco ingenti. THIETM. chron. 8,24 villici suimet -e coram se occisi maculatur *Swithgerus.* EKKEH. IV. bened. I 2,39 foetus peiores nulli peperere -es quam *eqs.* RAHEW. apol. 9 curia dans curas, de nomine dicta -is. *persaepe. de reliquiis:* TRANSL. sang. Dom. in Aug. 9 crucicula . . . continens -em Christi per quatuor partes inclu-

sum. **b** *meton. de caede:* WALAHFR. carm. 21,24 victor, cur geris . . . maligna, miles, gaudia stragis in -e? SALOM. III. carm. 1,176 coetus catholicos . . . infra tecta capit *barbaries* censumque -e reposcit. **c** *metaph. de lacrimis:* EKKEH. IV. bened. I 11,31 dent genus id roris oculi vitreique -is *(spectat ad Greg. M. in evang. 20,13 p. 1166D).* **2** *theol.:* **a** *spectat ad pretium redemptionis:* HRABAN. carm. 16,36 nos . . . -e tulit agnus ab hoste sacer. *al. de vulnere lateris Christi:* HILDEG. scivias 2,3 l. 156 in -e ipsius *(Christi)* se fideliter formavit *ecclesia*. **b** *spectat ad eucharistiam:* THEODULF. carm. 28,952 agni saciat hos caro sive -r. RADBERT. carm. 3,3 (MGPoet. III p. 52) qui vis . . . roseum potare -em. *saepius. adde:* VITA Wern. Merseb. 3 p. 247,47 -r ita recens in eo *(calice)* apparuit, ac si hora eadem a latere Christi calici videretur infusus.

***cruorifer,** -a, -um. *cruentus – blutbefleckt:* CARM. de conv. Saxon. 44 (NachrGött. 1985/I. p.63; a. 777) hanc *(sc. Saxonum)* Carolus princeps gentem . . . per . . . -os umbos, . . . per spicula lita cruore contrivit (*cf. notam ed. ad* cruore).

***cruorivomus,** -a, -um. *sanguinem effundens, vomens – Blut vergießend, speiend:* VITA Ger. Bron. 21 p. 672,5 quis . . . -as possit perstringere pugnas? *v. et l.24.*

***cruorivorus,** -a, -um. *sanguinem vorans, sanguinarius – Blut schluckend, blutgierig:* ARNULF. delic. 279 conde -am (cruorivomam *var.l.*), bellax homicida, macheram. *Niederer*

***crupa** (cropa), -ae *f.* (*orig. germ.; v. Meyer-Lübke, REW3 nr. 4787 et Wartburg, Frz. etym. Wb. XVI. p. 417sqq. s. v.* kruppa; *cf. ital.* groppa) *de dorso infimo (fere equorum) i. q. clunes – Kruppe, Steiß (usu plur.: l.31):* MOSES PANORM. infirm. 13 in principio istius mali coque equum infra schinale et cropam. marisc. 2 p. 156,14 iste gibus nascitur super schenale equi apud cropas. *per pravam interpr. i. q. cauda – Schwanz:* ALBERT. M. animal. 5,12 'elefas mas iuvit se ex suo culmo et declinavit -am feminae', hoc est caudam, quae texerat vulvam eius, 'et . . . coivit' *(ex Avic.).*

***cruponus,** -i *m.* (*crupa, *cf. ital.* groppone) *orthopygium, clunes – Bürzel, Steiß:* FRID. II. IMP. art. ven. 1 p. 89, 23 a lumbis *(sc. avium)* . . . desuper renes usque ad principium caude super anum dilatantur spondilia et intercipiuntur inter duo ossa ancharum . . . , et hic locus a quibusdam appelatur -us.

***crup(p)um,** -i *n.* (*cf.* *crupa *et ital.* groppo) *nodus, tuber – Knoten, Buckel:* MOSES PANORM. infirm. 6 nasciture crupis similes. marisc. 2 p. 156,18 sepe videntur in schenale equi circa lombilicum sicut -ppum vel cravonum sine capite.

crupta *v.* crypta. **crura** *v.* 1. crus.

cruralis, -e. **1** *adi. i. q. ad crus pertinens – Bein-:* NOTKER. BALB. gest. 1,34 p. 46,18 erat antiquorum ornatus . . . Francorum: . . . fasciolę -es (estivales, curales *var. l.*) vermiculatę, et subtus eas tibialia vel coxalia linea. IOH. NEAP. Sever. 18 Iohannes . . . languores inter plurimos etiam -bus laborabat incommodis. EKKEH. IV. pict. Sangall. 131 astat contractus solida suffragine rectus (gloss.: coniunctione artuum -ium). **2** *subst. neutr. i. q. indumentum, tegimentum crurum – Beinkleid:* VITA Ludow. Pii 4 p. 296,2 habitu Uuasconum . . . indutus, amiculo scilicet rotundo, manicis camisę diffusis, -bus distentis.

cruratenus *v.* 1. crus *et* tenus.

***cruria,** -ae *f. vox ficticia curiam regis Heinrici quasi caede cruentatam significans:* VITA Anselmi Luc. 9 familiaris curiae iniquitatis, quam iusta quidem interpretatione a cruore dico -am.

***cruricula** (cur-, -upi- *sim.*), -ae *f. et* ***cruriculus** (-uti-), -i *m. (orig. inc.) Lanius (L.) – Würger, Neuntöter (de re v. H. Suolahti, Die deutschen Vogelnamen. 1909. p. 146sqq.; ?per confusionem de aliis avibus: l.68sq.):* CARM. Bur. 133,13 sepicecula -eque (crupi- *T*). *hinc pendent:* SUMM. Heinr. C p. 209 cu-e wortheingil. *al.* GLOSS. III 28,29 St.-S. -ę (-ticulus *H. q, de ceteris var. l. diversissimis v. notam ed.*) . . . warchengel *a* . . . wargil *t* . . . wurgelhahe *Y* wurdelhahe *S* steinpruchel *F.* 714,39 -e bainbruhil. *ibid. al.*

crurifragium, -i *n. crurum fractura – das Brechen der Beine:* HRABAN. martyr. Mart. l. 40 -o martyrium consummarunt. VISIO Godesc. B 12,2 puer homicida iudicio legis -o punitus est. *al.*

***cruroperor,** -ari. (*cf.* *manopera) *de actione coeundi i. q. cruribus operari – mit den Beinen arbeiten, 'es treiben':* EPIST. Worm. I 25 p. 47,12 non *(sc. monachum)*, sed falsam cucullam, quem post carecta latentem, quod cum sacra virgine quadam -retur, quidam nostrum asspexit.

1. crus, cruris *n. (?m.: l.18) form.: gen. pl.* -ium: *l.16.19.* crura (crua), -ae *f.: l.12.13.37. metr.* crŭ-: ALDH. ad Acirc. 106,5.

I *proprie i. q. tibia,* σκέλος, κνήμη – *(Schien-)Bein, (Unter-)Schenkel:* **A** *strictius:* **1** *gener.:* **a** *in univ.:* BONIF. epist. 50 p. 85,1 in bracchiis et -is (-bus *var. l.*). ARBEO Corb. 36 dextra flexebatur -a *(sc. puellae).* EINH. Karol. 23 fasciolis -a . . . constringebat. Marc. et Petr. I 4,2 -e (cruce *ed., vix recte*) ac pede sinistro . . . claudicavit *iuvenis.* THEOD. TREV. mirac. Celsi 15 p. 410B intricatus . . . -ium exulceratione. THIETM. chron. 7,54 nascitur ovis cum V -bus. VITA Annon. I 3,10 dolor pedis omnem -s et partem femoris occupans. PETR. CAS. (?) chron. 4,44 p. 512,20 is *(miles)* . . . -ium fracturam passus est. CHART. select. Keutgen 130 p. 111,16 pena -um et cutis, que dicitur schertz umb willen. ALBERT. M. veget. 2,122 adhaeret *croceum* posterioribus -bus apum, quando mella colligunt. *persaepe. adde:* GERB. geom. 5,3 isosceles est *trigonus*, qui duo latera habet aequalia, quibus . . . quasi -bus insistit. **b** *locut.* -bus confidere *i. q. fugam capere – die Flucht ergreifen:* WALTH. SPIR. Christoph. II praef. 40 sequi . . . confisum -bus hostem. **c** *in imag. et alleg.:* HRABAN. univ. 1,2 p. 22C -a eius *(Christi)* apostoli . . . totum ecclesiae corpus sustinentes *(spectat ad Vulg. cant. 5,15).* GODESC. SAXO theol. 22 p. 312,11 ne velut fugitivi sui . . . succidat -a tua *Dominus.* WOLFHARD. Waldb. 2,4a floridae viredinis *(sc. binorum natorum)* vitreum decus . . . mox . . . fractis virium spectabilium -bus lugubri aggressum est dissolutione languescere. *proverb.:* EKKEH. IV. cas. 114 verum proverbium est: mendacia curta semper habent -a. **2** *natur., anat., medic.:* RECEPT. Lauresh. 4,75 ad coxas, ad -a, ad pedes. RECEPT. Sangall. I 116 ad tumorem genuorum vel cruarum *(sic).* FRID. II. IMP. art. ven. 1 p. 11,9 aves rapaces generaliter habent . . . -a curta. BRUNUS LONG. chirurg. 1,19,7 p. 118B in -e sunt duo ossa; quorum unum est magnum et nominatur -s *eqs.* ALBERT. M. animal. 1,495 post genua sunt -a; anterius autem -is . . . nasus -is vocatur; et posterius eius . . . vocatur venter -is. *persaepe.* **B** *latius:* **1** *de fulmento:* PAUL. DIAC. Lang. 6,6 claudum hominem . . . , qui unum pedem truncatum habebat et genu tenus -e ligneo utebatur. **2** *de parte vestimenti:* RATHER. prael. 5,11 peregrinis . . . amiciuntur ornatibus -bus teretibus *eqs.*

II *meton.:* **A** *gressus – Schritt (in imag.: l.48):* BRUNO QUERF. Adalb. A 9 Otto secundus, qui tunc . . . rapidis -bus montem imperii scandit. fratr. 10 p. 51,22 cupido animo et tardo -e Romam veni. **B** *pediculus, stilus, caulis – Stiel, Stengel, Strunk:* ALBERT. M. veget. 6,285 habens -a longa plurima ex radice una *(sc. althaea).* 6,292 quaedam *(species betae)* . . . est viridis in -bus foliorum suorum et quaedam rubea. 6,304 -s sive truncus eius *(caulis).*

2. crus *v.* 1. crux. **3. crus** *v.* grus.

***crusca,** -ae *f. (ital.* crusca; *v. Battisti-Alessio, Diz. etim. ital. II. p. 1179) furfur – Kleie:* BENZO ad Heinr. IV. 5,1 p. 444,9 illi *(asino)* -as, sibi dabat panem similaginum *(sc. monachellus).*

***cruscio,** -ire. *(francog. vet.* croissir; *v. Tobler-Lommatzsch, Altfrz. Wb. II. p. 1081sqq.) crepitare – knacken, krachen:* VITA Elig. 1,27 omnes, qui aderant, audiebant . . . nervos atque omnia ossa claudi illius -ire (cu-, -sire, crucisse, sanare *var. l.*) ac solidare.

crusculum, -i *n. crus (tenellum, miserum) – Bein(chen):* THEOD. TREV. mirac. Celsi 4 p. 407C cum . . . lapsantibus -is incederet *(sc. homunculus recreatus).* GESTA Camer. 1,59 quem *(puerum)* . . . tanta debilitas -orum . . . obrepserat, ut *eqs. v. et p. 1211,46. inter exempla metr.:* ALDH. ad Acirc. 120 p. 164,22 spiculum, -um (crustulum *var. l.*).

[cruscus *v.* chryseus. *adde ad p. 560,24sqq.:* ALPHITA I p. 280,31 bractea crusca (II p. 26,3 crisea).**]**

[Antony]

***crusen(n)a** *v.* *crusina.

***cruseolus** (-sio-), -i *m. vel* ***crisolus,** -i *m. (francog. vet.* croisuel *[v. Tobler-Lommatzsch, Altfrz. Wb. II. p. 1085sq.], hisp.* crisol *[cf. Corominas, Dicc. etim. castell. II. p. 246sqq.]) de genere quodam vasorum alch. i. q. catinus – Schmelztiegel:* Ioh. sacerd. 40 cum hoc pulvere limaturas . . . argenti ad modum auri coques, scilicet in -iolo bene cooperto. 167 mitte *(sc. mixturam)* in -eolum et pone in focum (*sim.* 203 in -iolum). Anon. secret. p. 79,31 crucibolos et cri-os tuos et quaecunque alia vasa volueris. Geber. clar. 1,28 unum cri-um . . . bene grossum. *cf.* *crucibulum, *crusillinum.

***crusiagium,** -i *n.* (*cf. francog. vet.* croisiee *et* chaucëage) *teloneum ex compito (exigendum) – Wegezoll an einer Straßenkreuzung:* Dipl. Frid. I. 1072 p. 412,6 (spur. s. XII.ex.) ecclesiam . . . parrochialem cum omnibus iusticiis et pertinentiis suis, decimis et gerbis avenaticis . . . et gerbis siligineis pro -i iure.

***crusibulum** *v.* *crucibulum.

***crusillinum** (creu-), -i *n.* (*theod. vet.* kriuselîn) *urceolus – Krügel(chen), 'Krause':* Caes. Heist. hom. exc. 98 visibiliter apparens filie vas modicum, quod vulgo crů-um (-um *var. l.*) vocatur, in quo et ipse in tabernis bibere solebat, manu gestavit *(sc. mortuus). cf.* *crucibulum *et* *cruseolus.

***crusina** (gr-, chr-, -ros-, -raus-, -sen(n)a, -sna, crona), -ae *f.* (*orig. germ., theod. vet.* kursinna) *vestis ex pellibus confecta, mastruca – Pelz(kleid, -mantel, -rock):* Hincm. epist. 200 p. 225,10 mitto vobis . . . -snam de pellibus cum panno coloribus vario. Dipl. Otton. I. 14 p. 102,8 nisi singulis annis tantum regi unum cavallum, scutum et lanceam, vel duas -as dent *monachi.* Leg. Lang. p. 333,7 crosnam (grosnam *7*). p. 605,8 crausnam. p. 650,31 cronas. Chart. Hersf. 109 unam -am, quam vulgariter dicunt grawam. Ruodlieb IV 6 pelliciis crisis varicosis sive -ennis. 161 ch-ennis. XIII (XI) 39 in ch-is. Anon. Has. 20 accepta marderina -ena talari. Chart. Ital. Ficker 77 p. 104,19 accepit . . . comes ab . . . abbate . . . launichild cro-a una. Chart. Tirol. notar. II 111 chrosnam griseam de cunilo. *saepius.*

***crusinatus,** -a, -um. *pelle (crusina q. d.) indutus – mit einem Pelzrock angetan:* Thietm. chron. 5,10 Miseco domum, qua eum *(Hodonem)* esse sciebat, -us intrare vel eo assurgente numquam presumpsit sedere.

***crusiolus** *v.* *cruseolus.

crusma (cruxma), -atis *n.* (κροῦσμα) *moduli – Melodie:* **1** *sonus – Klang, Ton:* Carm. Cantabr. A 10,15,3 fidium ad -ta (-xmata *G*). Thiofr. flor. 1,6 l. 10 inter epythalamii -ta. Willibr. II 2,755 -ta symphoniarum. **2** *canticum, hymnus – (Lob-)Lied, Hymne:* Thiofr. Willibr. I 34 p. 480E voce altisona concrepabant laudum -ta *populorum examina.* II prol.tit. prologus in vitam Wilbrordi -te dignam. 2,411 presul . . . offert -ta, laudes.

crusta, -ae *f. vel rarius* **crustum,** -i *n. script.* cris-: *p. 2048, 17.30.*

1 *strictius i. q. superficies indurata, cooperimentum concretum – harte Oberfläche, feste Schicht, Kruste:* **a** *in univ.:* Carm. var. III A 6,6,22 omne . . . crepuit, laterum nec -a remansit. Anon. secret. p. 71,8 in ipso *(sale)* fieri -as superiores permittas *eqs.* Albert. M. animal. 23,88 p. 1480,42 donec -am faciat *pulvis.* **b** *de pane ('Rinde'; cf. p. 2048,18sqq.):* **α** *proprie:* Form. Senon. II add. 1,7 aforis turpis est -a, abintus miga nimis est fusca. Roger. Salern. chirurg. 1,949 super quod *(vas)* embotum (vel -am panis perforatam *suprascr. M*) inversum ponas. *adde:* Maurus (?) anat. II p. 32,18 ferro candente superposito pastae quasi -a superinducitur. **β** *meton. i. q. panis – Brot (?de certa quantitate pastae: l. 66):* Annal. Parm. a. 1247 (MGScript. XVIII p. 673,27) fuit famis valida . . . , et fiebant turte in duabus -is quatuor et quinque. Thadd. Florent. cons. 43,5 cibi de pasta, ut lagana, frictele, -e tortarum. *panificium, collyrida – Backwerk, Gebäck:* Ysengrimus 5,875 Scotigenum -as mollisset flamine terno atque saginasset *abbas.* **c** *de glacie (cf. p. 2048,24) i. q. congelatio – (Eis-)Decke:* Flor. Lugd. carm. 9,18 glacies -is vertens immanibus undas. Sedul. Scot. carm. II 7,37 hiemps glacialibus horrida -is (*sim.* 70,5). Walth. Spir. Christoph. II 5,6 subitę concreto flumine -ę *(cf. Verg. georg. 3,360).* **d** *de vulnere, ulcere i. q. eschara – (Wund-)Schorf:* Ps. Heliod. chirurg. 32 diacausis est, quae in corporibus adustio scaram facit, hoc est -am vel putrimen. Albert. M. animal. 23,83 donec locus laesus aqquirat -am sive corticem, qui vulnus claudat. *al. de morbo i. q. scabies, impetigo – Grind, Krätze:* Wilh. Salic. chirurg. 1,2 p. 304E haec aegritudo . . . vocatur -a seu lactumen et fit in eis *(sc. pueris lactantibus)* in fronte et capite. 1,53capit. de -is et cancraenis in cruribus. *ibid. al.* **e** *de lardo i. q. callus – (Speck-)Schwarte (per compar.):* Ulmar. Ved. 8 (MG Script. XV p. 401,10; a. 875/80) uxorem . . . languor invasit, ita ut . . . -ae lardi superponerentur linguae oris illius et exponerentur quasi carbones nigrae. **f** *de capite i. q. testa – (Schädel-)Decke:* Metell. exp. Hieros. 5,66 verticis hic -a, spina dolet ille revulsa. **2** *latius i. q. particula fracta, secta – (Bruch-)Stück:* **a** *in univ.:* Summ. Heinr. C p. 241 -a (cri- *B*) stvcke. Gloss. IV 50,48 St.-S. -a stucche. *ibid. al.* **b** *de pane (cf. p. 2047,70) i. q. frustum, fragmen – Brotstück, Brocken, Bissen:* Alcuin. epist. 3,10 p. 23,8 (synod.) oblationes . . . fidelium tales fiant, ut panis sit, non -a. Tract. de aegr. cur. p. 159,16 accipe -am panis et combure. *al.* **c** *de glacie (cf. p. 2047,70sqq.) i. q. fragmentum – (Eis-)Stück, Scholle:* Beda hist. eccl. 5,12 p. 310,22 defluentibus . . . semifractarum -is glacierum. **d** *de marmore, auro sim. i. q. lamina (tenuis), tabula (musiva), opus musivum, tessella – (dünne) Platte, (Musiv-)Tafel, Musivarbeit, Mosaiksteinchen:* Erment. Philib. 1,82 (MGScript. XV p. 301,27; a. 838/63) plumbi -ae. Rather. prael. 5,10 lectus . . . aureis distinctus mirifice -is. Leo Mars. chron. 3,28 p. 397,21 (rec. II) gradibus . . . -is (cri- *var. l.*) pretiosorum marmorum decenti diversitate distinctis. Invent. Matth. 18 eius *(thecae)* . . . -a nonnulla et resegmina tabulis reliquiarum inserta creduntur. Chart. Mog. A II 676 p. 1103,23 pavimento preciosorum -is lapidum interlito. *al.*

***crustamen,** -inis *n. frustum (assum) – (gebratenes Fleisch-)Stück, Bratenstück:* Ekkeh. IV. bened. II 103 omnia qui cernis, benedic assamina (*a. corr.* -a) carnis. 122 hęc Satan et larvę fugiant -a cervę.

***crustatim** *adv. minutatim, frustatim – in (kleine) Stükke:* Ekkeh. Uraug. Hieros. 29,5 petram -m confringendam.

crustatio, -onis *f. obductio crustosa, scabritia – Verkrustung, Verschorfung:* Wilh. Salic. chirurg. 1,63 p. 323C signa . . . formicae et empetiginis sunt pruritus grandis . . . et asperitas ipsius *(loci)* in tactu cum quadam -e loci.

crusto, -atum, -are. **1** *opere musivo obducere – mit Musivarbeit überziehen, auskleiden:* Gloss. II 355,35 St.-S. -ta gimusitiu *(a theod. vet.* muosen *[v. M. Lexer, Mittelhochdeutsches Handwb. I. 1872. p. 2241], false interpr. Ahd. GlWb. p. 428 s. v.* gimussen; *spectat ad Lucan. 10,114).* **2** *crusta, tegimento (pretioso) privare – des (kostbaren) Überzuges, Beschlages berauben:* Annal. Ianuens. II p. 89,4 ecclesias expoliantes et cruces et testes evangeliorum -antes *(sc. comites et marchio). cf.* decrusto.

crustosus, -a, -um. *crusta obductus, scabiosus – überkrustet, krätzig:* Wilh. Salic. chirurg. 1,11 p. 307C removebis carnem illam scabidam aut -am.

crustula, -ae *f. vel* **crustulum,** -i *n. script.:* chr-: Gloss. I 336,57 St.-S. crhu-: *p. 2049,3.* cris-: *p. 2049,9.* -tolum: *l. 72.*

1 *strictius de superficie indurata i. q. crusta (parva) – (kleine) Kruste:* **a** *in univ.:* Urso qual. 400 illius humoris *(sc. in intestinis contenti)* superficies aquosis consumptis partibus in -am condempsatur. **b** *de pane ('Rinde'; cf. p. 2049, 13sqq.):* **α** *proprie:* Summ. Heinr. C p. 225 -a panis strictus rinta, superficies panis, panis tortus oleo conspersus. Chron. Albr. a. 1135 p. 832,5 accepto fragmine panis ordeacei vel furfurei aliquoties -am (crusta *1*) ruminabat *solitarius (ex Herb. Clar.).* **β** *meton. i. q. panis – Brot:* Prud. Trec. annal. a. 843 p. 44,13 erat . . . facinus, ut iumenta raptorum pabulis habundarent, et homines . . . terrenae admixtionis -is indigerent. *collyrida, genus panis, placentae – eine Art Brot, Gebäck, Kuchen:* Summ. Heinr. C p. 246 -um, -olum brecita et est

[Antony]

genus panis concavus et tortus, oleo conspersus in medio. *al.* Gloss. I 275,18 St.-S. -a protchunni ano prosam. 332,6 -am (-um *a*, crh-am *q*, -a *f*) rinc. 444,25 -am pergitun. III 496,18 -a crusta. IV 50,54 -a uochunza. *ibid. al. v. et p. 2048,64.* **c** *de vulnere, ulcere i. q. eschara – (Wund-)Schorf:* Tract. de aegr. cur. p. 371,21 si cum pace fuerit, ut -am *(sc. scrofularum)* moveas. Maurus progn. 7 p. 27ª,27 obvolvitur -a *materia nociva* et ad apostema colligitur. Notulae Wilh. Cong. 967sq. si locus erisipulatus est habens -am *eqs.*; si autem non est ibi cri-a *eqs. saepius.* **2** *latius de particula fracta, secta:* **a** *in univ. i. q. fragmentum, testa – Splitter, Scherbe:* Hymn. Hraban. 21,7,2 in cippo . . . Marcellinus -is fracti vitri decubando toto nudus corpore. **b** *de pane (cf. p. 2048,68sqq.) i. q. frustum, fragmen – Brotstück, Brocken, Bissen:* Carm. Cantabr. A 42, 11,3 intentus ad -a fert patienter omnia *(sc. Iohannes fame confectus).* Egbert. fec. rat. 1,1171 -a rodo. Rud. Trud. gest. 6, 14 datā -ā hispidi panis. *al. v. et l. 2.* **c** *de marmore i. q. lapillus – Steinchen:* **α** *tessella – Mosaiksteinchen:* Libri Karol. 4,19 cernimus . . . in litostrotis diversorum colorum per artificem conpaginatis -is . . . formatas imagines. **β** *calculus – Rechensteinchen (in imag.):* Rein. Leod. inept. 3 p. 603,33 meae quidem ineptiae quasi nigro calculatae sint lapillo; nunc Parii vero -a marmoris . . . exoptaverim.

crustum *v.* crusta.

crustumium, -i *n. pirum quoddam egregium (de Crustumio, loco procreationis, dictum) – eine (nach dem Herkunftsort Crustumium benannte) erlesene Birne (loci spectant ad Verg. georg. 2,88):* Ecbasis capt. 179 his *(sc. cibis)* cydonia sunt, -a denique mixta. Gloss. II 631,70 St.-S. -is sperameisa. IV 50,57 -a sperpira (*cf.* II 721,14 C-is . . . piris sperthpirvn).

I *usu originario i. q. summitas, cacumen, sublimitas – Gipfel, Spitze, Höhe:* **A** *proprie de summa parte:* **1** *de aedificio:* **a** *strictius i. q. fastigium – First, Giebel:* STEPH. Wilfr. 16 -a antiquata t e c t i distillantia fenestraeque apertae . . . omni spurcitia imbrium . . . horribiles manebant (POETA Saxo 4,221. FROUM. carm. 14,20 tectorum. *saepius*). LEX Baiuv. 10,3 si quis desertaverit aut -n eicerit . . . aut incendio tradiderit . . . quod firstfalli dicunt. *saepius.* SUMM. Heinr. A 7,241 -n first vel obenendi, quod prius tecta culmo tegebantur. *saepe. in imag.:* ALDH. virg. I 60 p. 321,10 velut iactis iam rethoricis f u n d a m e n t i s . . . firmissimum -n. . . imponam (RADBERT. Matth. 5,28. *al. cf. Hier. in Ezech. 8,26 l. 614*). **b** *latius:* **α** *laquearia, concameratio – (Zimmer-)Decke:* LEX Alam. 89,1 ut possit *(sc. recens natus)* aperire oculos et videre -n domus et quatuor parietes. ALCUIN. epist. 121 p. 177,1 quosdam stellarum ordine ceu picto cuiuslibet magni domus -e inluminare gestio. *al.* **β** *tectum – Dach:* NOTKER. BALB. Gall. 1[i],2 p. 113 milvus et pulli sub uno conquiescunt -e. ERINH. Heimer. 647 fascem de ligno solet . . . Hemmo . . . patris . . . sub -a ferre beati. *al.* **γ** *domus – Haus (usu plur.; fere poetice):* TIT. metr. II 2,1,9 martiris Albani renovavit -a Richolf. ERMOLD. Ludow. 4,400 missarum aderant iam sacra parata, more vocat signum ad -a sacra homines. GESTA Bereng. 3,130 fugerat hinc; Romana vafer sed -a . . . liquid fedata. *al.* **2** *de sepulcro, tumba i. q. cooperculum (arcae) – (Grab-)Platte, (Grab-)Deckel, Überbau (de re v. J. Braun, Der christl. Altar. 1924. II. p. 546):* AEDILV. carm. 22,48 micans de bisso -a tumbae vestis contexit. EINH. Marc. et Petr. I 1,15 sacra beatorum martyrum corpora . . . superposito l i g n e o -e linteis . . . palleis . . . conteximus (RUD. FULD. mirac. 14 p. 339,38). *al. ara – Altar:* ERMOLD. Ludow. 4,703 virginis aram relligione petunt *tres viri* . . . ; more hominis . . . -a caetera poscunt *(sc. in visione).* **3** *de monte i. q. summum (montis) – (Berg-)Gipfel (fere in imag.):* TIT. metr. I 1,12,2 quando Leo cecidit . . . scismatis in foveam recto de -e caesar. HRABAN. carm. 4,1,20 altum ad -n O l i m p i qui *(sc. reus)* tendit mente (RADBERT. carm. 4,3 [MGPoet. III p. 52]. WALTH. SPIR. Christoph. II 3,118). CARM. Bur. add. 21,4,6 angelorum sublevatur corpus multitudine et Sinai collocatur in supremo -e. *saepius. v. et p. 1020,35. alleg.:* HILDEG. scivias 3,9,234 ego *(sc. Sanctitas)* . . . radico in monte excelsi -is, quod Deus est. **4** *de caelo:* **a** *strictius i. q. punctum verticis – Zenit:* CARM. cod. Vat. 24,8 (5330) percipit *annus* Egypti autumpnali -e regna. **b** *latius i. q. altitudo (caeli) – (Himmels-)Höhe (fere usu christiano):* BONIF. epist. 48 ut mercedis vestrae praemia in alta c a e l o r u m -e clarescant et crescant (WALAHFR. Wett. 294. CARM. Cantabr. A 25,1,2). *al. expressius i. q. caelum – Himmel:* WALAHFR. carm. 88,29 tales . . . viri . . . meritis super astra micant in -is arce. FLOR. LUGD. carm. 4,14 tu lunae solisque globum stellasque micantes . . . per -a celsa locasti. **5** *usu vario:* WILLIB. Bonif. 6 p. 31,20 inmensa roboris moles . . . palmitum confracto -e corruit. WALTH. SPIR. Christoph. II 5,191 laeta . . . trepide scandebat -a pyre. IOH. VEN. chron. p. 139,16 quatinus flamarum flexibilia -a vicinum palatium attingere et concremare possent. *al. v. et p. 25,19. 1885,20.*

B *translate de summo gradu, ordine:* **1** *gener.:* **a** *in univ.:* PASS. Leod. 28 (MGMer. V p. 309,4) cum eo (eum *var. l.*) alii gaudentes, alii timentes in -e sublimassent h o n o r i s (CARM. de Frid. I. imp. 319. *saepius*). EINH. (?) Marc. et Petr. II 113,3 cum aetate puerili . . . ad magnum cresceret rerum -n. WALAHFR. Gall. 1,24 p. 302,20 in scripturis divinis scientiae -n optinuit. WANDALB. Goar. 1 p. 6,15 qui . . . brevi in eum (id, illud *var. l.*) -n sanctitatis evasit, ut *eqs.* RADBERT. Matth. 5, 476 ne, unde sublimamur ad -n, inde corruamus gravius ad crimen. GERH. AUGUST. Udalr. 1,10 l. 2 cum . . . diabolus eum in hoc -e v i r t u t u m stantem videret (THANG. Bernw. 5. *saepe*). *persaepe.* **b** *c. colore quodam:* **α** *(summum) pondus, potentia – (hohes) Ansehen, (große) Bedeutung, Macht:* CONC. Merov. p. 150,18 vos *(sc. rex)*, quos Deus et -e praecipuos et sinceritate praeclaros esse praecepit. ALCUIN. carm. 1,203 cuius *(urbis)* abhinc -n sublimius extulit ille *(sc. Edwin)* metropolimque sui statuit consistere regni. DIPL. Otton. I. 316 p. 430,4 capellam, quam . . . Karolus . . . ob -n et fastigium sui imperii . . . construxerat. *al.* **β** *praesidium, tutela – Leitung, Schutz:* VITA Cunib. C 5 cultores ecclesiae multiplicabantur sub ipsius alis . . . , iocundabantur monachi, quia sub ipsius -e eorum vita reformabatur. CHART. Bern. II 320 domum, quam religiosi viri . . . construxerunt, sub umbra -is mei et fratrum meorum . . . , liberam et exemptam esse volo. **2** *publ. et eccl. i. q. (summum) munus, (summus) honor – (hohes, höchstes) Amt, (hohe, höchste) Würde:* LEG. Lang. p. 185,9 ad r e g i m i n i s -n pervenimus (DIPL. Heinr. III. 114. *al. sim.* HROTSV. gest. 19 regni. *al.*). VITA Hugberti prol. (MGMer. VI p. 482,26) qualiter beatus Hugbertus e p i s c o p a l i -e est provectus (VITA Desid. Cad. 14. *al. sim.* PASS. Praeiecti I 4 pontificale. *al.*). WILLIB. Bonif. praef. p. 3,13 glorioso a p o s t o l i c a e s e d i s -e praesidens (POETA Saxo 3,272. HROTSV. Dion. 108. *sim.* CARM. var. I 16,7,3 Romanae s.). POETA Saxo 5,527 -n susceperat i m p e r i a l e (PETR. CAS. [?] chron. 4, 87. *al.*). CONST. Melf. I 7 qui faciente Domino inter homines sumus in preeminenti -e constituti. *persaepe. adde:* VITA Heinr. IV. 6 p. 22,23 cessa, . . . rex gloriose, . . . ab hoc molimine, ut aecclesiasticum caput de suo -e deicias. CARM. Bur. 98, 5,13 me *(sc. Didonem)* . . . perdere velit Iupiter . . . fulmine de -e deiectam Carthaginis.

C *meton.:* **1** *de personis:* **a** *in univ. i. q. caput excellens, qui summo munere fungitur – herausragende Persönlichkeit, Würdenträger:* PAUL. DIAC. carm. 4,1,18 Latiae dicatur *(sc. Arichis)* gloria gentis, Bardorum et -n, pietatis cultor et index. ERMOLD. Ludow. 1,113 satus a Carolo agmina nota vocat, scilicet electos populi, seu -a regni. 4,218 sacerdotum -a seu procerum. FLOR. LUGD. carm. 27,129 mundana sibi subiecit -a Christus. *saepius. de Deo:* GODESC. SAXO theol. 19 p. 264, 16 simul ita non sunt . . . tres . . . virtutes, deitates, divinitates, . . . principia, -a. **b** *in allocutione, intitulatione i. q. celsitudo – Hoheit, Durchlaucht:* CONC. Merov. p. 71,13 quod nos de vestri -is iustitia . . . non credimus denegandum. DIPL. Pipp. 20 p. 29,4 ut eos . . . delectet -e regali fidem conservare. DIPL. Loth. I. 5 p. 63,25 s e r e n i t a t e m -is n o s t r i adiens (DIPL. Ludow. Germ. 27 p. 33,32. 41. p. 54,29 nostrae. *al.*). CHART. Babenb. 467 p. 341,18 nostri -is a u c t o r i t a t e statuimus *eqs.* (CHART. Tirol. notar. I 622). CONST. Melf. I 15 ex mandato -is nostri. *persaepe. de papa i. q. sanctitas – Hei-*

ligkeit: Epist. Desid. Cad. 2,9 -is vestri *(sc. papae)* paginam . . . me *(sc. regem)* cum summo gaudio conperite suscepisse. **2** *de loco:* **a** *aula, palatium (regale) – (Königs-)Hof:* Cod. Wang. Trident. 144 p. 325,10 (a. 1220) cum dominus Albertus . . . nuper pro regaliis et aliis suis episcopalibus honoribus recipiendis a regale -e reverteretur. *fort. add.:* Arbeo Corb. 21 p. 212,25 fide recepta viri Dei verbis viduata mulier recessit a tante potestatis -e. **b** *metropolis (episcopi) – (Bischofs-)-Hauptstadt:* Dipl. Heinr. II. 144 nos . . . locum Babenberc . . . in sedem et -n episcopatus sublimando proveximus (*inde* 145 *et saepius. sim.* 174 -n et caput e.).

II *per confusionem:* **A** *culmus - Rohr, Halm:* Lex Sal. Merov. 34,4 (rec. K) si quis per messem alienam, postquam in -n erigitur, sine via cum carro transierit *(cf. Greg. Tur. stell. 11)*. Gloss. I 315,66 St.-S. in -e in halme (*spectat ad Vulg. gen. 41,5* in culmo). **B** *columen, columna – Säule, Pfeiler:* Carm. var. I 16,8,3 marmore praeciso radiant haec -a pulchra, quae manibus hominum facta decore placent *(de porta quadam)*. Carm. Bur. 37,2,8 bases in summo -is ponens, non capitella. **C** *cumulus, summa – Haufen, Summe:* Dhuoda lib. man. 1,5,19 quinquies quini XXV, duplicati itidem ad quinquagesimum transvolant -n. **D** *limen – Schwelle:* Gesta Apoll. 324 errando nostrae *(sc. regis)* meruisti -a portae: nam *eqs.*

culmeus, -a, -um. *stramineus – aus Stroh:* Carm. var. I 22,5 contentus casula, fuerant cui -a tecta postesque acclives.

***culminatus,** -a, -um. (culmen) *acutus, cacuminatus, fastigatus – spitz (zulaufend), aufragend:* Chart. Bund. 501 p. 14,25 (a. 1203) secundum terminum est ad lapidem -am, que est super frontem in ima Valdona. *ibid. iterum.*

1. culmus, -i *m. nom. sg.* -is: Gloss. I 65,39 St.-S.

1 *calamus (frumenti) – (Getreide-)Halm:* **a** *strictius:* **α** *gener.:* Gloss. psalt. Lunaelac. 103,15 certa spes frugis, quia erba conspicitur, quae sit postea -us, qui producit spicam. Gloss. II p. 19,22 Th. in -o uno. in einemo halme. Hildeg. scivias 2,6 l. 1030 ut -us frumenti sine medulla rigens siccum granum spicae profert, ita *eqs. al.* **β** *publ. (in investitura symbolica; de re v. Dt. Rechtswb. IV. p. 1481sq.):* Chart. Fuld. B 183 p. 278,35 (a. 789) firmissimam habeatis potestatem -o subnixam (186. *sim.* 188 p. 284,22 connexam. *ibid. al.*). Chart. scrin. Col. A I p. 24,28 quicquid proprietatis se in ea *(sc. domo)* habere professi sunt, -o abiecto Rodolfo assignaverunt. p. 26,3 resignaverunt manu et -o. Chart. Mog. A II 204 p. 372,13 a quo *(Echelolfo)* nos quoque bonis eisdem . . . ore, digito -oque . . . unam . . . rechte cheuuare recepimus. **b** *latius:* **α** *spica – Ähre:* Vita Galli II 181 neu -os inter fallax succresceret herba. Wandalb. mens. 145 arva . . . fluminis in speciem -is undare refertis. Vita Leod. 1,138 (MGPoet. III p. 10) accumulata queat -is ut surgere messis. Albert. M. veget. 7,128 ordei et avenae -i aliquantulum post messionem iacebunt in agro. **β** *stramen, stramentum – Stroh(halm):* Widuk. gest. 3,2 (rec. C) sibi . . . fore tantam multitudinem pilleorum ex ⌞-is contextorum⌟ (foeninorum rec. AB) . . . , quantam *eqs.* Tract. de eccl. Aldenb. 11 (MGScript. XV p. 869,46) cum presbiterium perfectum esset et -o coopertum. *ibid. al.* Annal. Rod. a. 1153 p. 722,48 cum aecclesia haec et quaelibet officinae adhuc -o essent obductae, ceperunt hic fingere lateres. **2** *pedunculus aristae, receptaculum granorum,* ῥάχις *– Fruchtstand, -boden, 'Spindel':* Albert. M. veget. 2,40 ab illo *(sc. quarto situ nodorum)* usque ad aristam sive ad -um subtiliatur *stipes plantae*. 3,9 aliae . . . plantae sine siliqua . . . nuda proferunt grana in -is infixa. 6,150 multae *(nuces)* simul pullulant in -o uno, sed plurimae sunt in -o magnae nucis. *ibid. al.* **3** *truncus arboris – Baumstamm:* Audrad. carm. 1,213 figit . . . cacumine -i mortiferum pomum, nexit calamumque dracone.

2. *culmus, -i *m.* (χαυλιόδους, *per confusionem c.* 1. culmus; *cf. H. Antony, MittellatJb. 16. 1981. p. 312sq.*)

1 *caninus, dens angularis, eminens – Hauer, Reiß-, Eck-, Stoßzahn:* Albert. M. animal. 2,46 quaedam *animalia* . . . inter dentes habent -os (*p. 501a,15* χαυλιόδοντας), duos longos et prominentes videlicet dentes, sicut aper et porcus masculus. 2,51 quidam . . . opinantur eos *(canes)* eicere duos longos dentes suos, qui sunt eis pro -is (*cf. p. 501b,7* κυνόδοντας). 2,54 dentes sui *(sc. elephantis)* magni, qui -i sui sunt, non apparent in eo, quousque adolescat. 24,19 hii . . . , qui <h>irsuti sunt, ceti et alii longissimos habent -os. *saepe.* elench. 2,1,4 p. 663b,2 omne animal findens ungulam, -os (culinos *ed.*) non habens, habet cornua. **2** *corniculum, antenna (cancri) – Fühler, 'Antenne' (des Krebses):* Albert. M. animal. 4,32 super oculos *cancrorum* sunt duo -i (*p. 527b,15* ἐπικαλύμματα) mobiles acuti respicientes ad anterius. **3** *extremum, basis (cornuum cervorum) – (Geweih-)Ende, 'Rosenstock':* Albert. M. animal. 8,38 illi *(sc. cervorum)* non habent illos -os cornuum inferiores, qui vocantur amonitrez, hoc est pungitivi. 22,42 cervus animal notum est pro aetate -os augens in cornibus. *ibid. al.* **4** *testa cooperiens, concha – (Deck-)Schale:* Albert. M. animal. 13,112 quaedam *animalia* . . . habent duos -os (*p. 679b,17* δίθυρα) sicut duas concas et quaedam habent -um unum sive concam (*cf.* 4,42 habens unam portam sive concam); . . . testa exit ei super carnes sicut duo -i non longi; . . . licet improprie -us vocetur, sed hoc verbo Aristoteles ante nos pro conca usus est *eqs. ibid. al.*

3. *culmus, -a, -um. (cumulus, *cf. ital.* colmo) *cumulatus, plenus – gehäuft, voll:* Registr. Trident. I 36 p. 45,15 unum minale -um de segala. Salimb. chron. p. 482,23 una magna scutella salis plena et -a pro uno parvo denario in Ravenna. *cf.* 1. *cumblus.

culo *v.* 1. colo.

[culoa *v.* *colta. *adde ad p. 892,16:* Acta imp. Winkelm. II 1061 p. 741,38 una cum bancalibus, datiis, culta (culoa *ed., vix recte*), pedagio.**]**

*?****culobrata,** -ae *f.* (*fort. contam. ex* culus [*pro* caulis] *et* *brassia) *caulis, brassica – Kohl:* Recept. Sangall. I 101 interusco, flos de -a insimul teris et in cervisia lene, dabis bibere.

culpa, -ae. *f.* **I** *proprie:* **A** *strictius de pravo commisso vel admisso:* **1** *de hominibus i. q. noxia, reatus – Schuld:* **a** *gener.:* **α** *in univ.:* Cand. Fuld. Eigil. I p. 232,40 dum Petro . . . nihil obesse dinoscitur -a trinae negationis. Pass. Petri et Pauli 144 hactenus . . . urbem . . . ob -am offensae linquere corde sedet. Walth. Spir. Christoph. I 14 p. 73,22 quia coram eo ruborem -ę dissimulare non poterant. p. 73,27. Chart. Tirol. notar. II 388 p. 249,16 A. plebanus . . . dat -am ipsi Alberto (Acta civ. Wism. A 1122). *persaepe. alleg.:* Walahfr. Wett. 724 dum sub specie pietatis -a subintrans . . . proprio retinetur in usu. Herib. hymn. 6,10,3 hinc posce, Dei genetrix, . . . ut cesset -a perditrix et plebs salvetur debitrix. **β** *meritum, vitium, neglegentia – Verschulden, Fehler, Nachlässigkeit:* Hraban. epist. 18 p. 423,38 si haec aliquos offenderint, non nostrę est -ę, sed *eqs.* Guido Aret. prol. antiph. 37 quoniam . . . haec omnia mala et multa alia eorum -a eveniunt, qui antiphonaria faciunt. Wipo gest. epist. p. 3,20 quodsi hinc plus vel minus . . . scribo vel dixero, non erit -a scribentis, sed narrantis. Chart. Tirol. notar. I 628 si dictus murus de sua *(sc. Conradi)* -a cecidisset. *saepe.* **b** *eccl. et theol. de peccato:* **α** *in univ.:* Radbert. Matth. 1,1090 Thamar, quamvis iustior appelletur Iuda, non tamen excluditur a -a. 4,131 nemo sine -a vivere potest (*cf.* Ord. celebr. conc. 16,73 liber est a -a). Thangm. Bernw. prol. p. 757,37 ut gravis -a videatur Dei laudes tacere (14 p. 764,43. Consuet. Vird. 31. *saepius. cf.* Consuet. Trev. 15 leviori. *saepius*). Chart. Heinr. Leon. 118 p. 175,25 ex sensualitate caro vergit in -am. *saepius. expressius i. q. malum – das Böse:* Albert. M. summ. creat. I 4,67, 3 p. 684b,13 -a daemonis aliquid virtutis habet admixtum. *ibid. iterum.* **β** *de peccato originali:* Radbert. Matth. 8, 2922 quia in paradyso positus primus homo per -am pascua vitae perdidit. Albert. M. summ. theol. II 13,76 p. 67b,42 quamvis per conversionem et baptismum auferatur -a originalis. *al.* **c** *iur. de delicto, crimine, iniuria (de condicione rei noxiae convicti):* Conc. Merov. p. 104,9 ut nullus vivente episcopo . . . superordinetur episcopus, nisi forsitan in eius locum, quem capitalis -a deiecerit (Chart. Heinr. Leon. 88 p. 131,40. *al. sim.* Lex Baiuv. 1,5 sine mortali -a). Lex Raet. Cur. 23,4,1 iudex ipsum *(reum)* . . . sine nullum hominem adcusantem de

[Leithe-Jasper]

omne -a discuciat. THIETM. chron. 4,38 accusatus ... inputatam sacramento purgavit -am *comes*. CHART. Babenb. 232 p. 39,11 si aliquis civis ... detineatur, donec de sua -a vel innocencia iudicionaliter cognoscatur. *persaepe. expressius i. q. scelus –Verbrechen:* LEX Sal. Merov. 24,7 si ... puer infra XII annos aliqua -a c o n m i s e r i t (CONC. Karol. A 19^{G},3. VITA Ludow. Pii 49 p. 482,3. *al.*). LEG. Lang. p. 93,9 sexaginta solidos conponat *dominus* pro -a, quam servus f e c i t (p. 101,36. *al.*). p. 182,25 pro furto aut alia -a. *al.* **2** *de rebus i. q. vis damnosa, malignitas – verderbliche Wirkung, Bösartigkeit:* TRACT. de chirurg. 481sq. cancer est durum apostema diversas partes corporis inquirens, quod de duobus modis accidit, -a interiorum sicut humorum, -a exteriorum sicut -a plagarum. *ibid. al.* **B** *latius:* **1** *gener. i. q. exprobratio, vituperatio – Vorwurf, Tadel:* CARM. pro schola Wirz. 151 increpat his -is hanc *(medicinam)* ... versutia vulpis. WIBALD. epist. 126 p. 202,28 panis, cervisia, pulmentum semper in -a est. **2** *iur.:* **a** *criminatio, accusatio – Beschuldigung, Anklage:* DIPL. Frid. I. 988 p. 275,32 si quis ... super hac -a innocentiam suam ostendere voluerit. *locut.* teneri in -a, vocari ad -am *i. q. in ius vocari – belangt werden:* LIBER diurn. 44 p. 32,12 quia ubi necessitas interest, voluntas non vocatur ad -am. LEX Baiuv. 2, 18 iudex non vocetur ad -am. LEX Raet. Cur. 9,1,3 postea pro hoc non teneatur in -a. *ibid. al.* **b** *poena, punitio – Strafe, Bestrafung:* CHART. Babenb. 232 p. 40,17 ut de omni -a, que honorem attingerit aut personam, et si prece vel precio fuerit liberatus, in XXX^{a} libras denariorum iudici teneatur. **c** *obligatio – (Schuld-)Verpflichtung:* CHART. Traiect. 279 (a. 1108) ecclesiam de Alburc ... absolutam ab omni -a et proclamatione liberam restitui *(sc. episcopus)*. CHART. Bund. 1021 quod si frater meus ... vos molestare presumpserit, nos in -am pristinam redire non contradicimus. *al.*

II *meton. i. q. multa, compositio, emendatio – Buße, Schuldgeld, 'Brüche' (de re v. Dt. Rechtswb. II. p. 525sqq.):* LEX Sal. Merov. 17,9 si ... sanguis exierit ... talem -am c o n p o n a t, quantum *eqs.* (LEX Raet. Cur. 9,15). EDICT. Roth. 353 plagas aut feritas conponatur, nam alia -a non r e q u i r a t u r (378. *ibid. al.*). 374 pro -a solidos octugenta. CHART. Tirol. 583 p. 61,21 (a. 1208) quod si fictum solutum non fuerit in termino infra annum, indupletur sine alia -a et pena. *saepius in legibus s. VII./VIII.*

culpabilis, -e. *script.:* cup-: ACTA reg. Burgund. 141^{B}. -lba-: *p.2076,2.* -api-: EPIST. Teg. 65. -avi-: LEG. Wisig. 4,2,15. *al.* -bel-: *l.63. usu subst. l.48.60.p.2076,3.*

vituperabilis, damnabilis, peccato affectus, obnoxius, sons – tadelns-, verurteilenswert, sündig, sträflich, straffällig, schuldig: **1** *gener.:* LIBER diurn. p. 34,1 insontem aput te -em suggestio mala non faciat. RADBERT. fid. 3,238 has *(artes)* quique carnales ad ... -is amoris incitamenta traxerunt. IOH. SCOT. praedest. 16,57 voluntatis -is perversitas. THIETM. chron. 7,42 corpus hoc meum, quod ... supra modum dilexi, vobis -e offero. 8,8 hominum vitam piorum, quam ego, -is et obliviosus nimis, superius dicendam preterivi. WIDO FERR. schism. 2 p. 556,17 pugnam adversus Heinricum dominum ... commissam -em iudicabimus. LIBER de unit. eccl. 1,6 p. 192,9sq. si rex, qui per se ipsum -is existitit, per papam -ior redditur. *persaepe. accedente notione efficiendi:* BURCH. URSB. chron. p. 110,5 quem *(regem Franciae)* plurimum habebat *Otto* -em de omni suo labore. **2** *publ. et iur.:* **a** *in univ.:* CAPIT. reg. Franc. 3, 14 nullus latronem vel quemlibet -em ... de atrio ecclesiae extrahere praesumat. LEX Ribv. 32 ignoro, utrum servus meus -is an innocens ex hoc extederet. CHRON. Fred. 4,51 innoxia an ... -elis. LEX Raet. Cur. 9,1,5 ubi homines -es in carcere missi fuerint. ORD. iud. Dei A 12^{b} si ... -is atque r e u s extiterit (METELL. exp. Hieros. 4,622). HINCM. divort. 12 p. 193,24 si femina ... de scelere cum fratre suo -is invenitur. *saepe.* **b** *ad compositionem obligatus – zu einer Buße verpflichtet, bußfällig (de re v. Brunner, Rechtsgesch. II. p. 794sqq.):* LEX Sal. Merov. 50,4 aut de vita -is esse debet *grafio* aut, quantum valet, se redemat. 56,6 ipse -is et omnes res suas erunt in fisco. PACTUS Alam. V 17 si quis alterius empta puella priserit, weregeldo suo sit -is. LEX Alam. A 22,1 si quis legitimum tributum antesteterit ..., sex solidos sit -is. CHART. Sangall. I 147 sit culb-is ... duplum repeticionem. CONC. Karol. A 10,5 ut vestrae requerillae secundum possibilitatem -is existant. DIPL. Otton. I. 243 p. 347,4 si quis ... praecepti violator extiterit, -is solvere cogatur centum libras auri optimi. *persaepe.*

adv. **culpabiliter.** *reprehensibiliter, damnabiliter, obnoxie – tadelnswerter-, sträflicherweise, schuldhaft:* TRACT. de schism. (MG Lib. Lit. III p. 113,36) quorum *(ecclesiae doctorum)* dicta ... aut scienter contempnunt aut -r oblivioni tradiderunt *eruditi quidam*. CHART. Rhen. med. III 9 p. 11,25 (epist. papae) sciat ... se -r durum et dure culpabilem, quicunque ... suum negaverit obsequium redemtori (*sim.* ALBERT. M. sent. 4,15,36$^{capit.}$). CHART. civ. Hild. 333 ne ... munificentia imperialium ... largitionum ... -r et quasi per vicium ingratitudinis deperdatur.

culpatio, -onis *f.* *accusatio – (An-)Klage:* REGISTR. Pant. Col. 50 p. 188,27 (a. 1266) quod omnem -em et dissentiendi occasionem per milites ... extinctam esse volo et sopitam.

culpo, -avi, -atum, -are. *script.* cup-: GLOSS. I 219,29 St.-S. *partic. perf. usu subst.: l.37.38. al. partic. praes. usu subst.: l.54.*

1 *criminari – anschuldigen:* **a** *latius i. q. reprehendere, vituperare – tadeln, kritisieren:* VITA Galli II prol. 5 non ignoro aliquos memet -are morarum. CARM. pro schola Wirz. 159 crimen -bis, sed mox exemplificabis, quod cor non celat. PETR. CAS. (?) chron. 4,88 p. 549,4 si in nullo alio -andus est *abbas*, eius tamen superbia crimen est dampnationi sufficiens. CHART. Raitenh. 253 p. 206,36 sicut in tenacitate parcitas, sic in donis prodigalitas est -anda. *persaepe.* **b** *strictius i. q. accusare, culpam dare – beschuldigen, bezichtigen, verantwortlich machen:* **α** *gener.:* ALCUIN. carm. 9,231 non est quippe Deus poenis -andus in istis. RADBERT. Matth. 7,2372 parentibus non honorantes superbia -bantur. RUD. TRUD. gest. 3,17 quicquid in villa Hallei habere videmur ..., cuidam forti tyranno ... -atur beneficiasse *(sc. abbas). al.* **β** *iur. et canon. i. q. in crimen vocare – belangen, anklagen:* LEG. Wisig. 2,1, 8 p. 57,12 quantum hereditatis ... -ti vicesima portio fuisse constiterit. suppl. p. 477,2 de -torum receptione vel communione apud ecclesiam. ORD. iud. Dei B 14,1 p. 674,41 deinde vertat *sacerdos* se ad -tos. DIPL. Merov. III A 70 p. 187,20 si quis horum pro maxima -etur culpa. DIPL. Conr. II. 244 p. 337,5 ille, qui -tur, suum beneficium teneat. CHART. Lub. I 165 p. 152,30 si civis vel extraneus -verit monetarium, quod dederit sibi ... falsos denarios. ACTA civ. Wism. B 165 Lutbertus ... promisit pro tercia parte hereditatis uxoris Gerardi penestici, quod ipsam nullus poterit -are pro ea. *saepius. damnare – verurteilen:* CONC. Merov. p. 169,2 in quo *(sc. concilio)* universa ... fraternitas coepiscopi ... causas ... aut iustificet aut -et. TRAD. Frising. 1417 (a. 1024/31) si aliqua persona ... presumserit auferre quicquam, inde ante thronum Christi in ultima examinacione reus atque -andus constituatur. **2** *crimen committere, delinquere – sich schuldig machen, verschulden, sündigen:* CARM. de Bobol. 19,3 (Studi in onore di G. Lazzati. 1979. p. 349; s. VII.) pater monachorum ..., qui -antes post correptos noxa<m> numquam recolit. CAPIT. reg. Franc. 95,4 pro satisfactione hominis illius, contra quem -vit. TIT. metr. I 1,3,7 dicite cum lacrimis, quicquid -astis in actis. *Leithe-Jasper*

1. culpus *v.* 1. colpus. **2. culpus** *v.* colaphus.

***culsa** *v.* *clusa. **culsura** *v.* clausura.

1. culta *v.* 3. colo. **2. *culta** *v.* *colta.

[3. culta *v.* calt(h)a. *adde ad p. 92,2:* SUMM. Heinr. C p. 237 calta, culta species floris, herba trifolium, id est cle.]

***cultabilis**, -e *vel* ***cultibilis**, -e. (colo) *ad culturam aptus, destinatus – zum Anbau bestimmt, Kultur-:* CHART. Mont. (MGScript. XXI p. 621,25; a. 1200) uxor ... nichil retinebit nisi ... dotalicium et mobilia in terra -tibili illius anni. p. 621,32 in terra -tabili. *ibid. al.*

***cultarius,** -a, -um. faber -us *i. q. cultellarius – Messerschmied:* ACTA civ. Kil. 516 (c. 1278) dominus H. faber vendidit domum suam ... Hinrico fabro -o.

*?****cultatorium,** -i *n.* (*orig. inc., nisi cohaeret c.* culter) *ventilabrum – Worfschaufel:* GLOSS. III 375,43 St.-S. -um

[Pörnbacher]

worwel, significat etiam . . . cultum bilhouwe. *cf.* culter.

culte *v.* 3. colo. **cultella** *v.* cultellus.

***cultel(l)acius**, -i *m.* (*cf. ital.* coltellaccio) *pugio, sica – Dolch:* CHART. Bund. 434 p. 319,10 (a. 1186) respondit *(sc. testis)*: presbiterum non vidi portare arma, sed alii quandoque portant -elacios et enses, sicut faciunt viatores.

***cultellaris**, -e. *cultelli formam exhibens – messerförmig (de cauterio):* WILH. SALIC. chirurg. 1,67 p. 324G quod cauterizetur locus . . . cum cauterio punctuali . . . aut -i. 5,2 p. 356E fit olivare seu -e cauterium in loco capitis, in quo *eqs. ibid. al.*

cultellarius (cut-), -i *m. faber cultrorum – Messerschmied, Messerer (interdum in nom. propr., e. g. l. 16; adi.: l. 15):* TRAD. Patav. 859 (a. 1209/13) huius rei testes sunt . . . Ulricus -us et frater suus . . . , Heinricus -us. 1163. CHART. Tirol. notar. II 152 Marquardus faber -us promisit . . . dare *eqs.* CHART. Nuremb. 385 fideiussores . . . sunt . . . Albertus C-us, H. Holtzschuharius cives Nurenbergenses. REGISTR. Patav. I p. 368,8 Ortolfus -us. *in nomine loci:* REGISTR. Patav. I p. 183,13 in Stein inter cut-os *(cf. ind. tom. III. s. v.)*.

***cultellator** (cut-), -oris *m. cultellarius – Messerschmied:* CHART. Landeshut. 45 (a. 1252) testes sunt: . . . Hainricus -r. CHART. Raitenh. 227 Bero sagittarius, . . . Ch(unradus) cut-r. CHART. Ioh. Ratisb. 49 quam *(domum)* . . . Marchardus -r inhabitavit.

cultellatus *v.* cultello.

***cultellifex**, -icis *m. cultellarius – Messerschmied:* ACTA civ. Rost. D 57 p. 185 (a. 1270/73) -es <dederunt X mr.>. CHART. Berolin. 20 (ed. F. Voigt, E. Fidicin, UB z. Berlin. Chronik. 1880. p. 13) nos Thomas de Struceberhc, Heiso institutor, Theodoricus -x . . . ceterique consules civitatis Berlin. *ibid. al.*

***cultellinus,** -i *m. culter parvus – kleines Messer:* WILH. SALIC. chirurg. 2,6capit. p. 324E de vulnere in aure et circa aurem cum ense, -o et similibus et cum sagitta.

cultello (cut-), -atum, -are. *(textile, marginem vestis eleganter) scindere – (das Tuch, den Saum eines Gewandes kunstvoll) einschneiden, 'zerschneiden':* CAES. HEIST. mirac. I 4,15 p. 187,25 Superbia . . . sic in eis *(civibus)* regnavit, ut excogitare non sufficerent, quali modo vestimenta sua inciderent, stringerent atque -rent (cut-rent *var. l.*). *cf. DuC. s. v.* cultellare.

adi. **cultellatus** (cut-), -a, -um. *scissus – eingeschnitten, 'zerschnitten':* CAES. HEIST. mirac. I 5,45 daemonem in specie viri tunica indutum -a (cucullata, cultello *var. l.*) contra se stare conspexit *sanctimonialis*. 10,11 p. 225,15 erat *miles* . . . indutus vestibus purpureis atque -is (cut-is *var. l.*). CHART. Lub. I 275 p. 258,23 famuli . . . vestes -as non habeant.

subst. **cultellatus,** -i *m. qui abscisus est – ein Abgetrennter (in imag.):* THEOD. AMORB. comm. p. 19,30 quod sacri canones . . . precipiunt illum . . . excommunicari, qui excommunicato et de ecclesiae corpore iure -o aliqua presumpserit familiaritate coniungi.

cultellus (cut-), -i *m. vel raro* **cultellum**, -i *n. vel* **cultella**, -ae *f. script.:* scu-: *l. 62.* curt-: *p. 2078, 9.* coltel(us): COMPOS. Luc. Q 9 *(var. l.)*.

1 *strictius i. q. culter (parvus) – (kleines) Messer (notione deminutiva valente usque ad s. VIII.):* **a** *gener.:* EPIST. Bonif. 72 p. 145,24 haec . . . verba . . . cum . . . munusculis, id est quattuor -os nostra consuetudine factos . . . transmittere curavi. WIDUK. gest. 1,7 -i . . . nostra lingua sahs dicuntur, ideoque Saxones nuncupatos, quia -is tantam multitudinem fudissent. HILDEG. phys. 3,26 p. 1235A ramum eius *(arboris)* sinistra manu apprehende et sc-am in dextra tene, . . . et tunc eum in ferro, quod calibs est, abscide. CHART. Babenb. II 237 p. 62,29 apud quemcumque . . . -us (cut-us *var. l.*) longus, qui dicitur stechemezzer, . . . deprehensus fuerit *eqs.* GLOSS. Roger. II 123 de cut-o aliquando fit ictus in capite. *persaepe. de cimeliis vel reliquiis:* ANGILB. eccl. Cent. 3 p. 177,20 de ornatu . . . aecclesiae . . . -us auro et margaritis paratus I (*sim.* CATAL. thes. Germ. 82,32). LAMB. LEOD. Matth. III 2 huic *(patriarchae)* beata Helena . . . tunicam . . . Domini . . . cum uno clavorum ac -o Iesu . . . tradidit. *al.* **b** *publ. de symbolo vel pignore traditionis (de re v. E. v. Künßberg, Messerbräuche. SB Heidelb. 1940/41, 3. p. 7sqq. 34):* CHART. Solod. I 2 p. 5,10 (a. 778) quod *(monasteriolum)* . . . ipse *(episcopus)* mihi per suum -um coram testibus tradidit. CHART. Ital. Ficker 34 p. 48,40 Ermengarda per -um, fistucum notatum, wantonem et wasonem terre seu ramum arboris . . . legitimam fecit traditionem (*sim.* CONST. imp. I 444 p. 655,13. CHART. Carniol. I 67 p. 74,33). *al. cf. DuC. s. v.* 1. investitura. **c** *zool. de pennis alarum (Flügelbinden, 'Mesken'):* FRID. II. imp. art. ven. 1 p. 99,33 propter quod opinamur, quod dicantur *(sc. pennae)* cur-e (*sim.* p. 100,12). 2 p. 129,12 quas *(pennas)* cooperientes vocamus vanos, coopertas vocamus -os. **2** *latius:* **a** *gladius – Schwert:* COLUMB. epist. 5 p. 173,18 causa scismatis incidatur . . . a te -o . . . sancti Petri, id est vera in synodo fidei confessione. PAUL. DIAC. Lang. 2,30 qui *(Peredeo)* sibi . . . duos -os (*postea:* gladiis) aptavit. BERTH. RATISB. serm. exc. p. 41,29 infirmo sic interfecto vadit *(sc. angelus mortis)* in viciniam, -um (*antea:* gladium) abluere. **b** *sica – Dolch:* CHRON. Pol. 3,25 p. 156,8 qui *(dives sive pauper)* Bolezlauum . . . vel -o vel alio quolibet ferramento confoderet. GESTA Magd. 26 p. 413,44 (cod. B) inventus est *(sc. vir)* -um evaginatum, qui ruteling dicitur, sub toga habere. CONST. Melf. 1,10 ut nullus arma . . . prohibita, -os cum punctis videlicet, enses, lanceas . . . secum deferre presumat (*sim.* 1,11. CHART. select. Keutgen 184,3 cut-i). *al.*

culter, -tri *m. vel raro* **cultrum,** -i *n. vel* **cultra,** -ae *f. script. et form.:* -tum: *v. p. 2077, 1.* -trus: *l. 37.* μάχαιρα – *Messer:* **1** *in univ.:* DONAT. Trud. 26 (MGMer. VI p. 294,18) qui *(puer)* . . . evaginato -o (glodio *var. l.*) eum *(servum)* . . . interemit. DIPL. Otton. III. 278 p. 703,15 tulit Leo arcarius . . . -um et signum sanctę crucis in ea *(carta)* . . . fecit. UDALR. CELL. consuet. 2,36 p. 729B unum -um ad lardum incidendum et simul cotis ad acuendum (*inde* WILH. HIRS. const. 1,98 p. 1032D unus -r). HERACLIUS II 11 accipe cristallum . . . et sic cum -o incide, ut volueris. *persaepe. de cimeliis vel reliquiis:* CATAL. thes. Germ. 4b,3 (s. XI.ex.) hunc thesaurum dedit domnus . . . : cruces duas, . . . tunicam et -um. HEINR. MONOG. rel. (WestdtZGesch. 17. 1898. p. 98,11) -us cene, qua discipulum trahit *Christus* ad se. **2** *de parte vomeris i. q. dens – Sech:* **a** *proprie:* ERMOLD. Ludow. 4,448 si ferrum fuerit, fortassis ad arva colenda sufficit, et -os inde fabrire iube. REGISTR. Foss. I 15 solvit unusquisque *(mansus)* . . . carroperam I et soc et -um. CHART. Rhen. med. I 302 p. 354,19 annuatim datur abbati vomer unus cum -o. PETR. DAM. epist. 54 p. 144, 5 dum inpatiens quispiam per disciplinam mitior factus, tamquam planus ager increpationis -o proscinditur. *al. v. et vol. I. p. 686, 28.* **b** *meton.:* **α** *de ipso vomere:* GLOSS. III 646,43 St.-S. vomer vel -um waginsi. SUMM. Heinr. A 6,308 -um schar. **β** *de mensura quadam terrae arabilis:* DIPL. Heinr. III. 176 p. 219,4 duos mansos . . . habentes -as XX . . . tradidimus. ACTA imp. Winkelm. I 32 p. 23,21 confirmamus sex -as terrarum in Iusciana. **3** *ascia pistoris – Schärfbaue, 'Bille' des Müllers: v. p. 2077, 1.*

***cultibilis** *v.* *cultabilis. ***culticella** *v.* 2. *corticella.

***cultiferum** *v.* *cortifer.

***cultifico,** -are. *colere, conserere – bestellen, bebauen:* CHART. Mog. A II 366 (a. 1174) pro quibus mansis . . . conventus . . . unam aream et duas curtes . . . obtulerat . . . , quia monasterio . . . pene inutilis ad -andum *eqs.*

1. *cultilis (col-), -e. **1** *adi.:* **a** *cultioni aptus – zum Anbau geeignet, bebaubar (in imag.: l. 65):* DIPL. Otton. I 335 p. 450,13 in . . . arvis co-bus et incoltilibus, vineis, olivetis, silvis. MIRAC. Donat. (MGScript. XV p. 855,17) quod tellurem paulo ante minus -em sic . . . fertilem reddidisti, ut *eqs.* RUP. TUIT. trin. 22,17 l. 1239 quae *(gentes)* . . . in modum camporum sepibus gratiae Dei circumdatae -es sunt et fecundae. CHART. Sigeb. 42 p. 91,11 Randolfus quindecim iugera t e r r ę -is . . . possederat (53 p. 119,5. MAGNUS chron. a. 1084 p. 486,36). **b** *ad cultionem pertinens – zum Ackerbau gehörig, Bauern-:* DIPL. Karoli M. 214 p. 286,41 condonamus . . . d o m u m -em cum sedimine, terris aratoriis, vineis (DIPL. Otton. I. 256 p. 365,40. *al.*). DIPL. Heinr. III. 106 p. 135,1 curtem . . . cum centum mansis -bus (*corr. ex* co-) et possessis . . . consignatis.

[Pörnbacher]

GREG. CAT. chron. I p. 161,18 casas -es in Octavo cum ecclesia . . . et una portione in Pantana *(sc. acquisivit abbas).* **2** *subst. neutr.: cultura – Kultur(land):* CHART. Austr. sup. I 332 p. 478,18 Pilgrimus . . . vineam . . . obtulit, quam monachi in -a redigerunt.

2. *cultilis *v.* *cortilis. ***cultim** *v.* 3. colo.

cultio, -onis *f. cultura – Anbau, Pflanzung:* DIPL. Heinr. III. 228 p. 304,21 (spur. s. XII.?) ut . . . quisquis inculta ad fructus -em deduceret, decima monasterio deveniret.

***cultivo**, -atum, -are. *colere, conserere – bestellen, bebauen:* DIPL. Frid. I. 904 p. 164,19 de omnibus terris -tis et incultivatis. CHART. Westph. VII 450 agros cum pratis, que ipsi colitis queque aliis -anda datis . . . ab omni decimacione . . . eximimus. *c. sensu arandi:* SALIMB. chron. p. 406,34 quod tantum habent *praebendati* de terra, quod XX^ti^ paria boum eam -are non possunt.

***cultivus** (col-), -a, -um. **1** *fertilis, cultioni aptus – fruchtbar, bebaubar, Kultur-:* RADBERT. Matth. 1,2910 non per campestria . . . nec per -am terram neque per iam tritam viam. REGISTR. Trident. III 11 p. 236,20 I campus terrae co-e *(ci. H. Antony;* costive *ed.).* **2** *curans, colens – besorgend, bestellend:* ALBERT. M. pol. 6,3^a^ p. 575^a^,36 optimus populus est, qui ⌞terrae -us⌟ *(p. 1318^b^,9* γεωργικός) est.

culto, -are. **1** *colere, conserere – bestellen, bebauen (absol.: l.26):* GREG. CAT. chron. I p. 210,12 constituit *abbas* libertos ipsius *(castaldii)* ad -andum et meliorandum (*sim.* p. 210,30). DIPL. Constantiae 11 p. 39,13 qui *(homines)* terras tenebant et -bant. CHRON. Ven. Alt. p. 167,22 quantum conplacuerunt *homines* apprehendere terris, vineis -andum, aquis, paludibus. *in imag.:* PETR. DAM. epist. 153 p. 19,15 huius saltim parvi montis angustias naviter -remus (calcaremus *var. l.*), ut nullus in eadem regula mandatorum angulus . . . delitesceret. **2** *in arvorum formam redigere – urbar machen:* IOH. VEN. chron. p. 126,20 temporibus cuius *(ducis)* . . . paludes -andi homines licenciam habuerunt et domos edificandi.

cultor, -oris *m. script.* -tur-: *l.40. form. abl. pl.* -is: *l.40.*

I *de curatione, opera manuum:* **A** *operarius (rusticus) – (Land-, Acker-)Arbeiter (expressius i. q. agricola, hortulanus – Bauer, Gärtner: l.41.42.46):* **1** *in univ.:* ARBEO Emm. 23 p. 58,5 cunctis agri -uris (-bus *var. l.; cf.* VITA Emm. 23 innotuerunt -es) videntibus. WALAHFR. hort. 52a^tit.^ instantia -is et fructus operis. DIPL. Otton. II. 216 vineam unam cum -bus illis et hobis, in quibus habitant, . . . concessimus *(sim.* DIPL. Heinr. IV. 75 p. 97,32. *al.).* METELL. exp. Hieros. 3,260 -es terrę super urbes effugiebant. CONST. Melf. 1,87 p. 262,9 si petentem fidelem nostrum invenerint *procuratores* eundemque bonum -em et frugi . . . perspicaciter disponentem. *saepius. alleg. de abbate, episcopo:* WALAHFR. Wett. epil. 2,14 flemus agrum . . . tanto -e carere. DIPL. Merov. III A 42 p. 160,47 quod . . . episcopus . . . ut non deficiens divine vinee -r . . . petierit *(cf. Vulg. Luc. 13,7). al.* **2** *administrator – Verwalter:* RUD. TRUD. gest. 4,12 -r . . . agrorum et nutritor pecorum habebatur strenuus *(sc. Luipo abbas). meton. de sede administrationis:* CHART. Aquens. 55 l. 10 (a. 1211) quod . . . predio attinebant tres iurnales terre scabrose et . . . longe a -e remote. **B** *custos – Wärter:* CHART. Austr. sup. I 2 p. 4,1 (a. 777) tradimus . . . vinitores et duos apium -es et sex fabros. **C** *incola, colonus – (Land-)Bewohner:* WANDALB. creat. mund. 191 hac ut sede beatum . . . futurum -em indigenamque *(sc. Adam)* lex aeterna teneret. martyr. 152 bis septena *(sc. dies)* Iohanne h e r e m i -e coruscat (PETR. DAM. epist. 152 p. 11,2). FORM. Sangall. II 17 notum sit omnibus huius pagi -bus, quod *eqs.* THIETM. chron. 8,7 p. 502,6 in Libicis . . . harenis -e vacuis. LEO MARS. chron. prol. p. 9,28 (rec. II) que *(terra)* Saracenorum infestatione destituta -bus fuerat. *al. de conventu:* CHART. Sangall. A 424 (a. 853) ut -es . . . monasterii supradictas res ad se statim recipiant. **D** *curator, minister – Besorger, Hüter, Diener:* DIPL. Karoli III. 125 p. 201,8 augmentatis rebus accumulentur divini servitii -es (*cf.* ALBERT. AQUENS. hist. 6,40 officii). CONSUET. Eins. 28 p. 206,4 a cellerario coquine -es as<s>ignentur. CHART. select. Keutgen 255 p. 352,17 non lateat . . . quosdam viros iusticię amatores . . . ceterosque eiusdem operis -es fraternitatem textorum . . . conformasse *eqs. al.*

II *de favore:* **A** *praeceptor – Lehrer:* RHYTHM. 79,19,3 *(auctore Auspic.)* fili sapiens, quaeso . . . accipe tui -is paginam. **B** *protector, patronus – Hüter, Schutzherr:* BEDA hist. eccl. 3,14 p. 156,15 erat *antistes* . . . -r pauperum. BENED. MOG. carm. 2,24 -i *(i. Hludowico)* tribuens *Germania* commoda multa suo. *al. de Deo:* DIPL. Merov. I 42 p. 40,2 regem coelorum . . . erga solium regni nostri . . . credimus esse -em, si *eqs.* **C** *admirator – Bewunderer:* LIGURINUS 7,111 summus in ecclesia Petri successor et idem devotus tibi *(sc. regi)* mente pater -rque fidelis. **D** *sectator – Anhänger:* **1** *in univ.:* LEG. Wisig. 12,3,13 p. 441,17 qui . . . in quolibet ritu Iudaice secte -r . . . esse reperiatur. COD. Odalb. 84^b^ p. 147,13 ut . . . ipsi canonici et posteri sui eiusdem vitę -es eandem curtem . . . possideant (*sim.* EPIST. Teg. 2. FROUM. epist. 77). PETR. DAM. epist. 174 p. 274,8 sufficiebat . . . legis antiquae -bus, ut recta . . . extrinsecus agerent. GREG. IX. registr. 397 p. 315,27 quod arma christiane militie . . . soldano Babilonie, . . . -i perditi Machometi, . . . resignavit *imperator. al. de discipulis:* HEINR. LETT. chron. 23,7 p. 161,6 quam *(pacem)* abscedens -bus suis reliquit *(sc. Iesus).* **2** *locut.* ecclesiae (Dei), fidei (christianae) -es *i. q. fideles – Gläubige:* WILLIB. Bonif. 8 p. 49,14 pro noviciis fidei -bus. AMALAR. off. 1,8,2 quarta feria apud -es ecclesiae in apertione aurium dicitur (*inde* PONTIF. Rom.-Germ. 99,82. *sim.* VITA Cunib. B 3. C 5. *al.*). TRAD. Frising. 902 notum sit cunctis christianę religionis -bus, quia *eqs.* (*sim.* COD. Odalb. 45. CHART. Eichsf. 33). *saepius.* **E** *fautor, amator – Förderer, Wahrer, Freund:* LEG. Lang. p. 185,18 orthodoxus f i d e i -r . . . Liutprand . . . princeps (ANNAL. Xant. a. 871. CHART. Aquens. 120. *al.*). CONST. Melf. 1,33 iusti -is partes assumimus, cum *eqs. persaepe. v. et p. 1737,47. c. notione observandi:* RATHER. ascens. II 4,113 violatores . . . festivitatis, non -es.

III *de religione:* **A** *adorator – Anbeter:* **1** *de cultu christianorum (Iudaeorum: l.47):* **a** *spectat ad Deum:* **α** *in univ.:* DIPL. Merov. I 13 p. 15,32 vir illustris et v e r u s Dei -r Desiderius pontifex (THEGAN. Ludow. 18. CARM. Bur. 41, 29,4. *al.*). WALAHFR. Mamm. 21,24 salve, -r . . . summi . . . tonantis. METELL. exp. Hieros. 5,183 iudicis hec iusti deferbuit ultio Christi funera -um miserantis clara suorum. CHART. Hall. 329 cordi nobis est -es ipsius *(Dei)* omni liberalitate . . . promovere. *saepe.* **β** *de episcopo (fere vice tituli):* CONC. Merov. p. 71,6 dum . . . -is vestri *(sc. regis),* eclesiarum vestrarum episcopi, pariter sederent (*sim.* FORM. Wisig. 8). TRAD. Ratisb. 55 -r venerabilis et advocatus eius . . . tradiderunt. *adde de sacerdotibus Iudaeorum:* HILDEG. euang. 5,1 p. 255,12 'sciscitabatur *Herodes* . . . ab eis' -bus, 'ubi Christus nasceretur'. **b** *spectat ad imagines:* CONC. Karol. A 44 p. 506,43 imaginum si quis es indiscretus -r. **2** *de cultu paganorum:* WILLIB. Bonif. 8 p. 52,2 quia omnipotens mundi conditor . . . voluit . . . diu protelatam idulorum -bus iram . . . ostendere. CONC. Karol. B I 7 p. 43,16 falsi dii reverentiam a suis -bus meruerunt. HROTSV. Dulc. 9 ne viles mulierculae iactent se impune nostris diis deorumque -bus illudere. WARN. synod. 431 Hieroboam . . . -r factorum fuit ex auro vitulorum. *al.* **B** *venerator – Verehrer (spectat ad sanctos):* ALCUIN. carm. 99, 8,6 adiuvat *levita Dei Laurentius* suos -es. MIRAC. Adelh. 5 (MIÖG Erg.-Bd. 20,2. 1962. p. 49,25) Heinricus rex sancti Georgii martyris singularis -r.

1. *cultra (gu-, col-), -ae *f. (ital.* coltre *a* culcit(r)a; *cf. Wartburg, Frz. etym. Wb. II. p. 1494) tegimen, stragulum – Decke:* CHART. Tirol. notar. I 689 p. 341,34 (a. 1237) item *(sc. debeo)* Hainrico de Grifenstain XIIII libras pro una co-a <de> cendalio. CHART. Const. 68 p. 76,48 ut me decedente . . . duo linteamina et g-a consueta . . . a concanonicis . . . conserventur. SALIMB. chron. p. 96,29 vocabatur *frater Helyas* in seculo Bonus-baro et suebat -as (*corr. ex* culcitras). ALBERT. MIL. temp. 220 p. 474,30 invenerunt christiani in . . . campo *(sc. Saracenorum)* . . . -as optimas et ornamenta. *al. v. et vol. I. p. 1600,5. cf.* culcit(r)a.

2. cultra *v.* culter. **3. *cultra** *v.* *colta.

cultrex *v.* cultrix.

[Pörnbacher]

***cultrinus,** -a, -um. (*cf.* culus) *spectans ad anum – den Mastdarm betreffend:* Moses Panorm. infirm. 34[tit.] p. 132,6 capitulum curandi malum budelli -i equorum *(v. notam ed. et vol. I. p. 1547,30).*

cultrix, -icis *f. script.* -rex: *l. 13.* **1** *domina praedii – Gutsherrin (alleg.):* Tuto opusc. 2,7 p. 80,25 fratres, tantae -i *(i. sanctae Felicitati)*, cuius vinea esse meruistis, compunctionis vinum . . . offerte *(spectat ad Vulg. prov. 31,16).* **2** *incola – Bewohnerin:* Warn. synod. 437 -x saxorum barbata phalanx Winilorum *(de gente Langobardorum).* **3** *patrona, amica – Förderin, Freundin:* Epitaph. var. 2 (ed. B. Bischoff, Anecdota. 1984. p. 151) hic requiescit . . . abbatissa, amatrex scripturae sacrae, e c c l e s i a e -ex (Epitaph. var. II 56,5 -x). Dipl. Otton. II. 159 p.179,13 quęd<am veneranda> -x religionis abbatissa Heluuidis nomine. Gisleb. Elnon. inc. 4,247 sicut adumbratis -bus integritatis mos est abscondi contra spectacula mundi. *al. v. et p. 530,58. locut.* fidei -x *i. q. fidelis – eine Gläubige:* Wandalb. martyr. 696 fidei -x si deinde fuisset *Persis.* **4** *quae veneratur, adorat – Verehrerin:* Nicol. I. epist. 96 p. 551,30 qualiter haec Dei -x Augusta, ut prisca fides servetur, satagat. Hucbald. Rictr. 10 Eusebia, bona Dei -x secundum interpretationem sui nominis *(inde* Ioh. Elnon. Rictr. 1,406). Hrotsv. Pel. 94 audiit . . . locis gentem degere remotis . . . Christi -em simulacrorumque rebellem. Otto Frising. chron. 7,7 p. 317,20 quia constat universitatem Sarracenorum unius Dei -em esse. *al.*

cultrum *v.* culter. **1. cultum** *v.* 3. colo.

2. cultum *v.* culter.

cultura, -ae *f. script.* col-: *l.60.*

I *de curatione, opera manuum:* **A** *actio colendi, satio – Bestellung, Pflege, Anbau (de cura animalium: l. 38):* **1** *proprie:* **a** *in univ.:* Conc. Merov. p. 212,10 ut in ipsum die Dominico ruralia opera, id est arare, . . . vel quicquid ad rures -a pertinet, facere nullus . . . non presumat. Walahfr. hort.[tit.] incipit liber de -a hortorum. Trad. Salem. p. 103,11sqq. nobilis femina . . . dedit . . . predium Bůchaim ad -am sex boum . . . , in Bŏtingin ad -am v boum *(sim.* Chart. Wirt. VII 2617. *al.).* Chart. Westph. VII 450 quod pro -a agrorum vestrorum et armentorum necessarium vobis erit. Albert. M. veget. 1,192 quaedam . . . plantae a sua malitia . . . mutantur per -am. *saepe. expressius i. q. opera – (Feld-)Arbeit:* Wandalb. mens.[tit] de mensium duodecim . . . -is aerisque qualitatibus. **b** *c. colore quodam:* **α** *aratio, actio arandi – das Pflügen:* Chart. select. Keutgen 126,101 (s. XII.) si inter hos boves *(i. ad aratra pertinentes)* unus vel duo . . . senio . . . fuerint inutiles redditi ad -am. **β** *administratio – Verwaltung, Regie:* Chart. march. Misn. III 161 (a. 1211) quia bona hec sub -a (-am *var. l.*) eiusdem grangie redigi poterant. Registr. Austr. I 10 p. 5[a],14 due curie . . . coluntur propria -a. *?de sede administrationis:* Chart. Rhen. med. II app. 16 p. 433,38 (c. 1220) mansus flagellat nobis maldrum et in -am defert. **γ** *exercitio, sustentatio – Betrieb, Unterhalt:* Chart. Welt. app. 1 (ante 1089) quarum *(hobarum)* una est ad molendini . . . et v i n e a r u m duarum -am (Trad. Salisb. I 162[b]. Chart. Babenb. 226. *al.).* Chart. Turg. III 435 duos lapides molares . . . de meliori fovea Utinhovin, que tunc exstiterit in -a. **2** *meton. de terra (culta):* **a** *ager (consitivus, consitus) – (Kultur-, Acker-)Land:* Trad. Frising. 8 p. 35,8 (a. 755) -am, quam Uualdcoz habet. Chart. Sangall. B 64 confinit *(sc. cortinum)* in via, ex alia parte in co-a. Dipl. Frid. I. 350 p. 189,30 quos *(mansos)* . . . ipse *(marchio)* . . . exstirpari fecit et in -am redegit *(sim.* Dipl. Constantiae 44 p. 143,4. Chart. Carniol. II 156. *al.).* Chart. Wirt. VI 1820 p. 215,28 ad quamlibet -am, que vulgariter dicitur zelge. *persaepe. in nomine loci:* Berth. Zwif. chron. 3 p. 150,26 una *(sc. vinea)*, quae est maxima, vocatur C-a. **b** *parva pars arvi – Parzelle:* Registr. Prum. 45 p. 201,1 aspiciunt ad ipsum *(mansum)* -e vii. *al.* Albert. Mett. div. temp. 2,20 p. 80,2 singulis *(mercatoribus)* ad modum uniuscuiusque -e ad extirpanda novalia terram diviserunt *(sc. praedones).* **c** *sata, seges – Saat, Pflanzung:* Capit. reg. Franc. 32,37 ut campos et -as nostras bene conponant *iudices.* 275,12 de terris censualibus et . . . -is indominicatis . . . ecclesia . . . decimam recipiat *(sim.* Chron. Andag. 16 p. 39,9. *al.).* Petr. Dam. epist. 89 p. 537,19 Dioclitianus imperator . . . privatus in amoena virentis hortuli -a permansit. Godesc. Gembl. gest. 61 p. 547,8 ut panem . . . vix administrarent nobis -ae nostrae et decimae. Chart. Welt. 25 p. 135,35 quatenus . . . nobis mediam partem tocius -e . . . amministrent *(sc. coloni). al. de proventu:* Chart. Lamb. Leod. 195 p. 257,27 (a. 1230) de feno et omnibus pratorum -is undecimus cumulus debetur. Registr. Trident. III 11 p. 236,23 Bonmesius dat . . . octavum minutorum de -a. **B** *mansio, habitatio – das Bleiben, Wohnen:* Maneg. ad Gebeh. praef. p. 311,39 si haec fama me scriptitasse vulgaret, quem de locis humane -e aptis eiecerant *eqs. adde de conservatione:* Otloh. Dion. 8 p. 830,18 abbas aliique fratres . . . censuerunt . . . venerabilium ossium integritatem -amque debere investigari. **C** *munus, functio, procuratio – Verrichtung, Obliegenheit, Besorgung:* Cod. Odalb. 84[b] p. 147, 11 ob statum atque sacri ministerii -am *(cf. Vulg. II par. 31, 21).* Hildeg. scivias 2,3 l. 172 in -a ecclesiae per fideles homines perficitur *(sc. eleemosynarum distributio).*

II *de favore:* **A** *educatio, doctrina, humanitas – Erziehung, (Aus-)Bildung:* Egbert. fec. rat. 1,383 qui te audire fugit, -ę inpendia perdis. Hildeg. euang. 2,2 p. 248,25 'ascendit . . . Ioseph . . . de civitate Nazareth', id est a -a, quam in rationalitate habet, 'in Iudaeam . . .', videlicet in arctam viam agnitionis Dei. Albert. M. Is. 28,28 p. 317,82 vult . . . dicere, quod tempus est arandi per cordis -am. **B** *cura, provisio – (Für-)Sorge, Zuwendung:* Dipl. Frid. I. 279 p. 90,21 ad ampliandam divinę religionis -am. Chart. Worm. 252 p. 169,26 propter -am pacis et iusticie observationem. *al. c. notione sollicitudinis:* Albert. M. serm. I 1 p. 20,21 multos . . . illorum *(clericorum)* excaecat -a lumborum.

cymba (ky-, kim-, c(h)im-) *vel rarius* **cumba,** -ae *f.* (κύμβη) *?script.* comma: *p. 2102,11.* **1** *navicula – kleines Schiff, Boot:* **a** *strictius i. q. scapha, linter – Kahn, Nachen:* **α** *in univ.:* DONAT. Trud. 1 (MGMer. VI p. 275,1) inbecillitas ingenii mei ... velut ... gracylis cymbae (chimbe *var. l.*) prora fluctibus ... inliditur. RUODLIEB II 12 ille *(venator)* ... in cimba percurrit remige stagna post pisces. THIOFR. Willibr. II 1,178 qui casu precipitatur ponte vel ex kymba. 1,228 impositum pondus *(sc. Willibrordum)* ... pontus portat in optatum sine kimba, remige portum. *al. in imag.:* ALDH. virg. I 10 p. 238,20 dum illi ... ad portum coenubialis vitae festinantes, licet ... quassatis cymbae compagibus, ... feliciter pervenerunt. VITA Cuneg. B 24 plura ... dicenda tacet *libellus*, dum flumine mergi cymba timet. **β** *de lintre navi mercatoriae adiuncta ('Beiboot'):* HEINR. LETT. chron. 14,1 peregrini de coggonibus exeunt ...; venientes ... cum ... cymbis vel navibus minoribus *eqs.* CHART. Hans. 538 p. 189,34 ubicunque mercator ... conduceret navim et cymbam, que dicitur both *eqs. al.* **γ** *de lintre oneraria vel frumentaria:* METELL. exp. Hieros. 3,146 trieri quasi cimba biremis ... onus efferret ..., sic legio ... prodit ..., que ... deportet in agmina victum. CHART. Hans. 573 p. 201^{a},11sqq. de cymba venienti de Stadis ... hospes habens in ipsa unum scippunt ponderis ... dabit de cymba VIII ℔ *(sc. pro teloneo). v. et p. 2186,14.* **δ** *de lintre Charonis:* ALBERT. STAD. Troil. 4,577 nec ferruginea subvectat corpora cimba ... Charon. **b** *latius i. q. navis – Schiff (fere usu poet.):* STEPH. Wilfr. 13 p. 208,14 elevata ... cymba (*antea:* navis) processit in altum. MILO carm. 1,6,2,235 quanquam ... proreta suis et quassae impendere cumbae auxilium nequeat. METELL. exp. Hieros. 5,1 anchora tollatur, qua cimba fluens religatur. ASINARIUS 118 carbasa tenduntur ... cimbaque (cumbaque, turbaque *var. l.; antea:* navis) ventorum prosperitate volat. *al. in imag.:* WALTH. SPIR. Christoph. II 1,264 respice virtutum pelagus, pie nauta, tuarum recturus modicam ... cymbam. 6,264 per cuius *(Christi)* veniam stabilis tenet anchora cymbam. GOSW. carm. 16 tu *(sc. Suerius)* ... fave, ... cui petre Petri cimba regenda datur. **2** *?alveus – ?Trog: v. p. 2102,11.*

cymbalaria (cim-, ci(n)b-, -alla-), -ae *f.* (-rum, -i *n.: p. 2185,2*) *de herba quadam:* **1** *umbilicus Veneris – Zymbelkraut,*

[Wellhausen]

Venusnabel (cf. Marzell, Wb. dt. Pflanzennam. II. p. 1314): TRACT. de chirurg. 301 accipe sucum sempervive, ci-e (ci-rum *var. l.*) . . . et bene commisce. BERNH. PROV. comm. 9,3 p. 313,19 crassula, vermicularis, cimball-a, semperviva, iste quatuor sunt sorores. URSO element. 4 p. 127,2 aliquando fit *motus* compositus . . . in latum, rotundum et spissum, ut in cin-a est videri. gloss. 57 p. 93,6 in latum defluit *humiditas*, ut in cib-a ostenditur. ALPHITA I p. 286,42 -a, cotilidos vel scolidos, umbilicus veneris idem, vulgari nomine catuncelli. *al.* **2** *cyclamen – Alpenveilchen, Saubrot (cf. André, Plantes. p. 83):* DYNAMID. Hippocr. 2,79 cyclamini, id est -ae, sucus cum melle mixtus naribus iniectus caput purgat. *cf.* *cymbalion.

cymbalaris (cim-, -alla-), -e. **1** *adi. i. q. ad cymbalum pertinens – das (Schall-)Becken betreffend, Becken-:* ALBERT. M. pol. 1,3[d] p. 26[b],36 orta est contentio, quae musicarum principaretur, Minerva dicente, quod fistularis, . . . aliis vero, quod -is. **2** *subst. fem. (m. vel n.: l. 21) i. q. cartilago cooperto-rialis, arytaenoidea – Stell-, Gießbeckenknorpel (t. t. anat., de re v. p. 1861,65):* Ps. GALEN. anat. 4 p. 179[D] super quem *(pulmonem)* elevatur canna cum -i et cannales. ALBERT. M. sens. 2,12 p. 69[a],12 sic pertingeret *odor* in humido -llari et sic praestaret nocumentum. animal. 1,317 contractione sua trahit *(sc. musculus epiglotidis)* ci-em ad interiora et anteriora gutturis *eqs.* 1,367 ipsi *(musculi)* sunt, qui ad ci-em aperiendam et claudendam sunt necessarii. *saepe. v. et p. 1862,62.*

***cymbalion** (cim-) *subst.* (κυμβάλιον) *umbilicus Veneris – Zymbelkraut:* ALPHITA II p. 41,2 cimbalaria, cotilidos vel cotilidon vel scolidos, statimcelli, ci-on . . . idem. *cf.* cymbalaria.

***cymbalistrius** (cim-), -a, -um. (cymbalum) *(more cymbalorum) clangens, strepens – (nach Art von Zimbeln) dröhnend, lärmend, 'Zimbel-' (c. notione ridiculi):* AETHICUS p. 143,15 non solum facta rusticola aut puerorum tracoedia scribunt *scriptores* vel ci-ia bella, sed et *eqs. (spectat ad Vergilii Aeneida).*

cymbalum (sym-, sim-, zim-, cim-, cin-, -bol-, -bul-), -i *n. vel rarius* ***cymbala,** -ae *f.* (κύμβαλον) *aes (tinniens) – (Schall-)Becken:* **1** *latius:* ALDH. ad Acirc. 120 p. 164,21 neutra ut . . . simbolum, . . . simpulum, ci-um (cimbulum *var. l.*). ERMOLD. Ludow. 1,93 vinitor infelix nequicquam -a . . . quatit *(cf. Verg. georg. 4,64).* BERNO ton. prol. 2 p. 64[a] quae *(humana vox)* novem constat officiis, id est . . . repercussione duorum labiorum in modum -orum *eqs.* *in imag.:* SALOM. III. carm. 1,1,6 -a labrorum concede, ut recta loquantur. **2** *strictius:* **a** κύμβαλον – *'Zimbel' (de parte instrumenti musici malleolo pulsandi; cf. Die Musik in Gesch. u. Gegenwart. II. 1952. p. 1831sqq.):* VITA Desid. Vienn. 17 sancti hominis corpusculus . . . cum . . . s p i r i t a l i b u s -is et organis . . . ducitur . . . sepulchro (VITA Elig. 2,48 p. 728,12). RUOTG. Brun. 13 laudem Deo . . . universi . . . in o r g a n i s . . . et -is . . . personuerunt (VITA Mathild. I 2 p. 116,4 ci-is seu o.). GUIDO ARET. reg. rhythm. 77 si -a (si-a, ci-a, cin-a *var. l.*) formentur musicorum opere, hae mensurae sunt cavendae . . . in pondere. THEOPH. sched. 3,86 p. 158,13 quicunque vult facere -a ad cantandum recte sonantia (*sim.* CYMBALA VIII 1). HONOR. AUGUST. anim. 6 organa fistulis, citharae fidibus concrepant, -a pulsu tinniunt. *persaepe.* *in imag.:* EPIST. Hann. 37 p. 79,24 ubi . . . promissa, ubi servitia, ubi ci-a (cimbula *cod.*) . . . in meo adventu consonitura? ALBERT. STAD. Troil. 5,4 hanc *(Penthesileam)* laudat *princeps Troianus*, laudum ci-a virgo probat. **b** *campanella, tintinnabulum – (kleine) Glocke, Schelle, Gong:* **α** *in univ.:* ANNAL. regni Franc. a. 807 p. 123,33 horologium . . . cum . . . pilulis, quae . . . decidebant et casu suo subiectum sibi ci-um tinnire faciebant. PURCH. Witig. 410 has *(sc. turrim geminam)* inter . . . -a signorum suspendit dulce sonantum. ELIS. SCHON. vis. 1,4 -um in collo gestare videbatur *(sc. satanas in speciem tauri mutatus).* ALBERT. M. animal. 4,79 piscis . . . cum grege venit ad sonitum nolarum aut ci-orum aut campanarum parvarum. *al.* **β** *de nola, scilla in monasterio adhibita (in imag.: p. 2186,7):* MEMORIALE qual. 11 (Corp. Consuet. Monast. I. 1963 p. 254,2; s. VIII.[ex.]) cum . . . audierint -um (sy-um, signum *var. l.*), . . . festinent . . . introire refectorium *eqs.* CONSUET. Trev. 49 sub -e percussione lavati refectorium se conferentes. 50 p. 308,6 ad vocationem -e. 56 ad -e percussionem. 73 p. 321,18 cum sonitu -e. WILH. HIRS. const. 1,99 p. 1034[B] percussionem tabulae ad mandatum sive -i ad bibendum . . . exspectant. YSENGRIMUS 7,63 tam meus iracunda movet michi ci-a venter, . . . ut *eqs.* FUND. Consecr. Petri 216,16 beatus Marianus . . . pulsavit simbolum (zi-um, zimbolum, cimbolum, -olum *var. l.*). *persaepe.* *iron.:* YSENGRIMUS 5,1090 hęc . . . fratres invitatura comesum infirmos media ci-a pende domo.

***cymbarius,** -i *m.* (cymba) *scapharius, lintrarius – Boots-, Kahnführer:* CHART. Salisb. IV 94 p. 101,17 (a. 1278) confirmamus . . . , quod -is Salzburgensibus . . . exceptis, qui . . . nudum sal ministerio et usu cymbarum Salzburgam deducent libere, nullus . . . sales in navibus debeat . . . evehere.

cymbium (cim-, cinb-), -i *n. vel* ***cymbia,** -ae *f.* (κυμβίον) *poculum, phiala, scaphium – Trinkgefäß, -schale, 'Trinkschiff':* AETHICUS p. 186,11 ci-a (-a *var. l.*) onix. VITA Germ. 2 (MGMer. VII p. 420,3) dum tradidit *puella* cinbia (-a *var. l.*), miscendo mutavit. PAUL. DIAC. carm. 7,6,2 fregit *Benedictus* veneni baiulam . . . -am (fialam *var. l.*). 20,14 pandenti abstrusum -a munus erit. SUMM. Heinr. A 9,428 ci-a pocula ex similitudine cimbę navis sciffilin (*sim.* B 6,139). GLOSS. II 708,16 St.-S. -a drancscif. *ibid. al.*

cymbulum *v.* cymbalum.

***cymbus** (cimpus), -i *m.* (κύμβος) *fort. i. q. cymbium, vas – viell.: (Trink-)Gefäß:* GLOSS. III 694,9 St.-S. cimpus chumph *(an intellegenda mensura quaedam capax? cf. Graff, Sprachsch. IV. p. 407sq.).*

cymelium *v.* cimelium.

***cymella** (cim-), -ae *f.* (cyma) *(parvus) surculus, pullulatio – (kleiner) Trieb, (junger) Zweig:* RECEPT. Sangall. I 2 ci-as de prunellario salvatico teneras superiores in aqua coctas.

cymen *v.* cimex. **cymentum** *v.* caementum.

cymeterium *v.* coemeterium. **cymex** *v.* cimex.

cymiarcha, cymiliarcha *v.* cimeliarcha.

cymilium *v.* cimelium.

***cymindis,** -is *f. vel m.* (κύμινδις) *?'accipiter nocturnus' – ?'Nachthabicht':* ALBERT. M. animal. 8,73 avis . . . , quam conydem (*p. 615[b],6* κύμινδις) vocant, raro . . . videtur; . . . aliqui . . . vocant inanidem eam, quam nos conydem vocavimus; . . . vulgariter tamen vocatur conydês.

***cyminopristes,** -ae *m.* (κυμινοπρίστης) *de homine nimis tenaci i. qui cuminum secat, findit – einer der Kümmel spaltet, 'Kümmelspalter': v. p. 2103,18.*

cyminum *v.* cuminum.

***cymio** (cim-), -onis *f.* (cyma) *surculus, pullulatio – Trieb, junger Zweig:* ANTIDOT. Cantabr. p. 161,38 prunellas de grosellario virid<es> ovo pleno, ci-e de rumica ovo.

cymiterium *v.* coemeterium. **cymminum** *v.* cuminum.

cymolea *v.* cimolia. **cyna** *v.* cyma.

cynaedus *v.* cinaedus. **cynamomum** *v.* cinnamomum.

cynamulgos *v.* cinnamolgus.

cynanche *v.* *quinantia, *squinantia, synanche.

[cyncis *v.* cecis.] ***cyndarum** *v.* *cendalum.

cynenula *v.* cicindela. **cyngnus** *v.* cycnus.

cynicus (cin-), -a, -um. (κυνικός) *script.* acinocus (*fort. contam. c.* ἀκίνητος): *l. 67.*

1 *adi. i. q. cani similis, caninus – hundeähnlich, -artig, Hunds-:* **a** *proprie:* **α** *gener. i. q. caniceps – hundsköpfig:* WALTH. SPIR. Christoph. II 6,65 ci-ę suboles foedissima gentis. **β** *medic.* -us spasmus *i. q. adductio faciei – Gesichtskrampf (cf. Galen. ed. Kühn XVIII/2. p. 930,2):* AURELIUS praef. p. 482,30 stecropathiae, hae sunt strictae valitudines, sicut . . . epilempsia, mania, ci-us spasmus. *usu subst.:* ARS med. 7 p. 425,16 acinocus est spasmus, qui faciem contrahit in partem quamlibet. **b** *translate i. q. malignus, invidiosus – mißgünstig, gehässig, 'zynisch':* HEIRIC. Germ. I alloc. 66 sputis . . . parcent *(sc. multitudines)* et -o (schol.: canino) incrudescere d e n t e (GOZECH. Alban. prol. p. 986,38). GOZECH. epist. 9 commoda nostra obliquo invidiae oculo limare et ci-o de-

[Wellhausen]

tractionis morsu venenare contendis. ANSELM. MOG. Adalb. 410 nec fuerat *Albertus* -us nec corrosoris amicus. **2** *subst. masc.:* **a** *strictius i. q. philosophus -ae sectae – Anhänger der kynischen Philosophie, 'Kyniker':* EGBERT. fec. rat. 1,304 parci sunt ci-i mollesque in carne cinedi. CARM. Bur. 189,4[b], 3sq. nil est opus -o; si vis esse -us, dicas vale curiis. **b** *latius i. q. haereticus, peccator – Häretiker, Sünder:* HUMB. Sim. 2,37 p. 186,3 sic post Auxentium Arrianum Ambrosius catholicus sibi relictum repperit Mediolanensis ecclesiae stipendium . . . , sic post Maximum ci-um Nectarius. AMARC. serm. 1,185 virgo Deum peperit *mater (i. Maria)*, non Patrem, sed Patre natum, ut quidam ci-i voluere. 3,771 capsas de thuris acerra quid suffire iuvat, putens cum tu *(sc. monachus incontinens)* ci-us sis? WARN. paracl. 194 hanc heresim duram . . . Paulus censet fugiendam, nam ci-us talis nescit abesse malis.

cynifes, -fex *v.* sciniphes. **cyniflo** *v.* ciniflo.

cynipes, -phes *v.* sciniphes.

cynnamomum *v.* cinnamomum.

cynobium *v.* coenobium.

***cynocephalicus** (cin-), -a, -um. (cynocephalus) **1** *strictius i. q. canino capite instructus – mit einem Hundekopf versehen, hundsköpfig:* WALTH. SPIR. Christoph. II 2,19 quem ci-e pudeat reverentia formę? **2** *latius i. q. caninus – Hunde-:* WALTH. SPIR. Christoph. I 3 -i vultus in aliis horrenda severitas per sacri chrismatis inunctionem candidior lacte resplenduit.

cynocephalus (zin-, zen-, cin-, cen-, coen-, -oze-, -efa-, -phol- *sim.*), -i *m.* (κυνοκέφαλος) *form. acc. pl.* -es: *l.32. usu adi.: l.39sqq.*

1 *homo caniceps – hundsköpfiger Mensch, 'Hundskopf':* PAUL. DIAC. Lang. 1,11 simulant *Langobardi* se in castris suis habere -os (cenophales, -es *var. l.*), id est canini capitis homines. NOTKER. BALB. gest. 2,13 videre non merui, quomodo christiana manus mea *(sc. Karoli)* cum -is (ce-is, ci-olis, ci-is *var. l.*) illis *(sc. Normannis)* luserit. ADAM gest. 4,19 p. 247,6 cum . . . pervenerint *Amazones* ad partum, si quid masculini generis est, fiunt ci-i (cinocephagi *var l.*) *eqs.* ANNAL. Plac. a. 1284 p. 580,13 (epist.) in terra nostra oriuntur . . . homines agrestes, . . . zenofali, gigantes. *al. usu adi.:* AETHICUS p. 114,18 homines ce-falus (ce-falos *var. l.*) . . . capite canino habere similitudinem, reliqua membra humana specie. EUPOLEMIUS 2,528 formidat . . . meum Romana potencia nomen . . . gensque cenoz-is quondam vicina Suevis. **2** *simia canino capite instructa – mit hundeähnlichem Kopf versehener Affe (de papionibus):* GLOSS. 17,12 K. coe-us hunt hoiuido. GLOSS. III 443,47 St.-S. zeno zefano hunthoubito. 674,28 zi-us hunt hobite. IV 135,35 ce-sali hunthŏbete. *ibid. al.*

cynoglossa (quin-, gin-, cin-, -neg-, -ocl-, -laus-), -ae *f.* (κυνόγλωσσον) *de herba quadam i. q. lingua canina, Cynoglossum officinale (L.) – Hundszunge (cf. André, Plantes. p. 146):* GLOSS. med. p. 69,6 qui-a (quinoc-a, quinoclaussa *codd.*): lingua canina, id est lapella. ANTIDOT. Augiens. p. 56, 13 recipit hec: . . . -e herbe de radicibus cortices ad solem siccatas dragm. IIII. SUMM. Heinr. A 4,257 ci-a (gi-a, -a *var. l.*) vel canis lingua vel caballion hundiszunga (*sim.* B 2,315). MATTH. PLATEAR. gloss. p. 389[E] est -a herba dicta lingua canis, similis arnoglossae. GLOSS. III 719,32 St.-S. cine-a hundestunge. *al.*

***cynoglossicus** (cin-), -a, -um. *ex lingua canina q. d. confectus – aus sog. Hundszunge hergestellt:* TRACT. de aegr. cur. p. 209,34 valent *(sc. ad tussim)* pillule ci-e.

***cynomusculus** (cin-), -i *m.* (κύων *et* musculus) *species concharum – eine Muschelart ('Hundsmuschel'):* AESCULAPIUS 5 p. 10,9 pisces maritimos, . . . ostreas et ci-os et alios his similes *(sc. accipiant melancholici).*

cynomyia (cin-, cen-, caen-, coen-, -mia), -ae *f.* (κυνόμυια) *metr.* -nōm-: CONR. MUR. nat. animal. 2374.

1 *strictius:* **a** *sensu originario i. q. musca canina – Hundsfliege:* ECBASIS capt. 231 cynifes, cenomia multa me circumvolitabant. SUMM. Heinr. A 3,776 cinomia (-mia *var. l.*) est musca canina hundesfliega (*sim.* B 3,284). GLOSS. IV 136,22 St.-S. coenomia huntesfliuga. ALBERT. M. animal. 1,96 habent *quaedam volatilium* . . . rostrum longum, . . . cum quo pungunt perforando pelles animalium . . . , sicut . . . cinifes et cinomiarum genera. *al. in imag.:* EGBERT. fec. rat. 1,672 pro pudor! ante viros inmunda -mia crevit. **b** *per originationem vulgarem i. q. musca (mordax) – (Stech-)Fliege (de quolibet genere, quasi nomen a* κοινός *et* μυῖα *ductum sit):* GLOSS. I 94,36 St.-S. caenomia . . . non musca canina, sed musca omnimordax. 519,41 -mia fliuga. SUMM. Heinr. A 3,775 cenomia communis musca fliega (*sim.* B 3,283). HONOR. AUGUST. plag. (PL 172, 265[D]) quarta *(plaga)* -a, id est canina musca, vel potius coe-a, id est omne genus muscarum terram et aerem replentium. **2** *latius i. q. eruca – Raupe:* GLOSS. I 521,48 St.-S. -mia huntessatel.

***cynopodi(c)on** (sin-, cin-, -ped-) *subst.* (κύων *et* πόδιον) *nomen herbae ('Hundsfuß') i. q. Coronopus (L.), pes corvinus – Krähenfuß:* ALPHITA I p. 284,32 ci-edicon, pes caninus (cervinus *var. l.*) idem. II p. 34,4 carnopodion vel si-ion, pes cervinus idem (*sim.* p. 36,1. 141,34). *v. et p. 1907,56sqq.*

***cynorodoxa** (cin-, -odoroxa) *subst.* (κύων *et* δόξα) *voracitas canis propria – dem Hund eigene Freßgier, 'Hundsappetit':* ALPHITA I p. 284,33 cinodoroxa, idest canina gula (gloria *var. l.*) vel caninus appetitus; . . . gloriatur enim canis in multo appetitu. II p. 41,5 ci-a.

cynorrhoda (quinoroda), -ae *f.* (κυνόῤοδον) *Rosa canina (L.), rosa silvestris – Hundsrose, Heckenrose (cf. André, Plantes. p. 84):* GLOSS. med. p. 69,7 quinoroda: rosa canina.

cynos *v.* cyon.

cynosbatus (cin-, -ob-), -i *f. vel m. et* **cynosbatum** (ky-, qui(s)n-, -nas-, -bit-, -aru-, -trum), -i *n.* (κυνόσβατος *et* -ον) *form. nom. sg.:* -u: *l.33.* -on: *l.41.* **1** *strictius i. q. Rosa canina (L.), rosa silvestris – Hundsrose, Heckenrose:* GLOSS. med. p. 69,8 quinosbatrum (quinosbarum *var. l.*): saccupaleae *(cf. André, Lex. bot. p. 278).* MAPPAE CLAVIC. 276 robaticis, alii exmilax, alii telacion, alii quisnasbatu, alii cucudera: nascitur sicut rubus *eqs.* PAUL. AEGIN. cur. 4 accipe tertium mirti summitatum, acacie fructus et suci, ci-i (*3,1,4* κυνοσβάτου) equaliter. ALPHITA I p. 284,30 ci-us, rubus caninus idem. **2** *latius vel per confusionem (cf. André, Plantes. p. 84):* **a** *?rubus – ?Brombeerstrauch:* GLOSS. V 40,4 St.-S. -obatus huntesberi. SUMM. Heinr. C p. 249 cinobatus hoc hundisberi. **b** *capparis – Kapernstrauch:* ALPHITA II p. 33,24 cappara, ky-iton, caprion idem; frutex est spinosa et sparsa super terram.

cynosura (scin-, cin-, -ser-), -ae *f.* (κυνόσουρα) *de sidere i. q. arctos minor – 'Kleiner Bär':* CONSTANT. AFRIC. theor. 5,7 p. 19a[v] ci-e ortus autumni est initium. HONOR. AUGUST. imag. 1,114 deinde est arcturus, scilicet plaustrum, quod et ci-a (sci-a *var. l.*) dicitur. CARM. anon. 1,127 (SBMünch. 1873. p. 699) signa tibi *(Phaethonti)* curae sint elycis et ci-ae (ci-ere *var. l.*). ODO MAGDEB. Ern. 2,303 tempus erat, quo . . . tardos -a triones flectere tentabat.

***cynotaurus** (quin-), -i *m.* (κύων *et* ταῦρος; *per analogiam ad* centaurus *et* Minotaurus *formatum, ut vid.*) *monstrum e cane et tauro formatum – 'Hundsstier':* CHRON. Fred. 3,9 fertur . . . uxor *(sc. Chlodei)* ad mare labandum vadens bistea Neptuni qui-i similis eam adpetisset.

cynovium *v.* coenobium.

cynthia (quin-, cin-, -tia), -ae *f.* (Κύνθιος) *script.* tindia: GLOSS. III 606,8 St.-S. *luna,* σελήνη – *Mond:* RHYTHM. 97,4 foebi radii fuscantur nec splendescit quintia. CARM. de temp. rat. 233 anno primo mense eodem . . . ci-a est nona. PAUL. ALBAR. carm. 9,117 cintia dum noctes comit et tetra refugat. CARM. cod. Vat. (5330) 8,1 lucifer exoriens umbras cęu ci-a format. BONIZO ad amic. 4 p. 582,24 priusquam ci-a ter exactum conderet orbem. SUMM. Heinr. B 4,13 luna mano vel ci-a. *al.*

cynubium *sim. v.* coenob-. ***cynum** *v.* 1. *cinum.

?*cynurinum, -i *n.* (κύων *et* οὐρά) *de herba quadam ('Hundeschwanz') fort. i. q. Cynosurus cristatus (L.) – viell.: Kammgras:* ARNOLD. SAXO fin. 4,7 p. 84,23 dum comederit homo -um tostum aut anisum, exsanguine erit corpus eius.

cynus *v.* 1. cinus.

cyon (schyon, chyon) *et* **cynos** (cinos) *subst. masc.* κύων – *Hund:* **1** *de animali:* SUMM. Heinr. A 3,472 canis a canore

[Wellhausen]

latratus dicitur vel cinos (-os *var. l.*) hunt (*sim.* B 3,83). Albert. M. animal. 26,12 -os graece est canis. Alphita I p. 284, 31 cinos ... canis dicitur. p. 284,34 cinorodoxa ... a cinos, quod est canis, et doxa gloria. **2** *de sidere:* Arnold. Saxo fin. 2,2 p. 17,32 in quarto gradu leonis aquarius et chyon oritur. p. 18,8 <in> duodevicesimo gradu *(sc. sagittarii)* schyon, id est canis, oritur.

cyparissinus *v.* cypressinus. **cyparissus** *v.* cypressus.

cyperus *vel* **cyperum** (quip-, cip(p)-, cep-, cap(p)-, cibar-, -pir-, -par-, -rium, -reum), -i *m. vel n. et* **cyperis** (quip-, cip-, cap-, -par-), -is *f.* (κύπειρος) *form. sing.: ?nom. vel acc.:* -os: *l.25.* -o: *l.20.22.25.33. al.* -u: *l.23. al.* -i: *l.33.* -r: *l. 26. gen.:* -o: *l. 20.* -u: *l. 24.* -ei: *l. 21.* -eos: *l. 25. confunditur c.:* cyprus: *l.37.* cypressus: *l.39.*

1 *sensu originario i. q. galanga – Zypergras, (Wilder) Galgant (Cyperus esculentus L., Acorus calamus L., Curcuma longa L. vel sim.; cf. Marzell, Wb. dt. Pflanzennam. I. p. 1300sq.; spectat ad herbam eiusve radicem):* Antidot. Lond. p. 17,27 confectio sua *(sc. hadriani)* hec est: ... murra - i, ci-o < vi, piper albo - ii S. Recept. Lauresh. 2,42 ci-i (ci-o *var. l.*) unciae iiii. 2,147 ci-ei ~ iiii. 5,31 p. 374 -is ~ vi. Fragm. mul. II 30 cipiro ana manip. i (*sim.* III 60 ceperio). Antidot. Sangall. p. 95,3 oleo ci-u - i. Antidot. Augiens. p. 39,39 -u dragm. vi. Antidot. Glasg. p. 102,3 qui-is - i. p. 103,18 ci-os dr. ii. p. 123,28 -iro - vi. p. 130,18 ci-eos - iiii. p. 153,40 ciper S. Paul. Aegin. cur. 236 p. 172,19 iris illirica ... et ci-is (*3,61,5* κύπερις) et aru radix. Constant. Afric. grad. p. 362,23 -um calidum et siccum in secundo gradu. Conr. Hirs. (?) epithal. 18a,2 (AnalHymn. 50 p. 501) quae constant sanctis typica, mastix et gutta cibara. Albert. M. veget. 6,114 est ... involutio ligni eius *(galangae)* radicis ... similis involutioni ciparis (capparis *var. l.*) *eqs.* 6,308 ciparus (cipparo, cipari, caparo, capari *sim. var. l.*). Alphita I p. 286, 44sq. -us, iuncus triangularis idem; -us babilonicus, galanga idem. *persaepe*. **2** *per confusionem:* **a** *cyprus – Henna:* Paul. Aegin. cur. 13 ad capillos nigros rubeos faciendos ... ci-i (*3,2,5* κυπέρου) folia infundens in suco strucii et utere infusione. **b** *cypressus – Zypresse:* Gloss. I p. 263,198 Th. -us cipressen.

cyphi (kyfi, ciphi, cisi, cyfi, cysi), -eos *n. de medicamine Aegyptio i. q.* κῦφι – *'Kyphi'*: Recept. Lauresh. 4 p. 319 confectio ciphi. Paul. Aegin. cur. 163 ⌞cyfi (cysi, cisi *codd.*) lunare⌟ (*3,28,2* τὸ κῦφι τὸ σεληνιακόν) odorentur *(sc. caput dolentes)* et in fronte illinant *eqs.* 192 quidam et cyfeos (cyseos, ciseos *codd.; 3,37,7* κύφεως [κύφεων, κύφεος *var. l.*]) et rosarum ana ÷ ii. 203 p. 137,1sq. 'sanare ... potest', dicit *Archigenes*, 'in vesica ulcerationes kyfi (rysi *codd.; 3,45,6* κῦφι) et kyfoides (kysoides, kisoides *codd.;* κυφοειδεῖς) antidoti.'

***cyphoides** (kyfo-, kyso-, kiso-, kufo-, quifo-), -is. (κυφοειδής) *decl. II.: l.52. medicamini Aegyptio q. d. 'cyphi' similis – 'kyphiähnlich':* **1** *adi.: v. l.48.* **2** *subst.:* Paul. Aegin. cur. 209 p. 144,6 kuf-i (quif-i *A; 3,46,4* αἱ ... κυφοειδεῖς) ... ad calidas distemperantias non omnino conveniunt, nisi *eqs.*

cyphus *v.* scyphus. ***cypparius** *v.* *cipparius.

cyppus *v.* cippus.

cypresseus, -a, -um. *ex ligno cypressi factus – aus Zypressenholz (gefertigt):* Metell. Quir. 12,23 nec trabes -e bonos mea casa ferunt odores.

cypressinus (cip-, -paris(s)i-, -imus), -a, -um. (κυπαρίσσινος) *ad cypressum pertinens – die Zypresse betreffend:* **1** *in univ.:* Godesc. Saxo gramm. 56 cum producantur ... cetera possessiva ut 'cedrinus', '-us' (-mus *cod.*). **2** *c. colore quodam:* **a** *cypressi proprius, a cypresso sumptus – zur Zypresse gehörig, von der Zypresse stammend, Zypressen-:* Compos. Luc. P 13 p i c i s ci-i sol. i (Mappae Clavic. 274 p. ci-ae). Summ. Heinr. A 4,201 -um *(sc. lignum)* ciperbŏmin, ciperbŏm (*sim.* B 2,268). Leo Mars. chron. 1,18 p. 59,5 tectum ... ipsius *(ecclesiae)* universum ci-is contignatum l i g n i s plumbo cooperiens *abbas* (Theod. loc. sanct. 103. *al.*). Albert. M. veget. 6,59 grana ... pomi -i (cypressi *var. l.*) illam partem sui ... semper convertunt ad domesticum pomi sui. **b** *ex ligno cypressi fabrefactus – aus Zypressenholz (gefertigt):* Agnell. lib. pont. 26 p. 291,13 invenimus infra ipsam arcam capsam ci-am. Paul. Aegin. cur. 186 p. 110,24 coquentur *(sc. substantiae)* comota -arissina (-arissima, ciparisina *codd.; 3,35, 2* κυπαρισσίνῃ) spata. Theod. loc. sanct. 189 cancellis ci-is varia pictura decoratis. Annal. Disib. a. 1160 p. 29,49 patibulum *(sc. crucis)* erat -um. *al.*

cypressus (cip-, -paris-, -peris-, -ras-) *vel raro* **cupressus** (co(o)p-, cuppr-), -i (-us) *f. (vel m.?)* (κυπάρισσος) *form.: nom. sg.* ciperison: Dyasc. p. 96a. *gen. pl.* -um: Albert. M. veget. 6,56 *(var. l.). decl. I.: l.15.*

κυπάρισσος – *Zypresse:* **1** *proprie:* Aesculapius 24 p. 40,23 cataplasma adhibeant ex ... aqua, ubi coxerint cy-i comae. Recept. Lauresh. 2,165 quae *(herba savina)* habet folia quasi cu-a (co-a *var. l.*). Antidot. Sangall. p. 87,3 diacissum recipit hec: ... pelas co-i xxv, frundes co-i sine furculis lib. i. Antidot. Glasg. p. 111,23 folia de ci-u ∋ i. p. 124,35 coo-i pilas xxv. Paul. Aegin. cur. 217 p. 158,10 manente in lecto eo, qui curatur, ... et bibente ciparissi (ciperissi *B; 3,53,1* κυπαρίσσου) elixaturam cum vino. Chart. Tirol. 1194 de uno manso ... iacente de Tremeno ad ciprassum ad Puteam. Albert. M. veget. 5,3 quando ex seminibus ... pullulant cy-i (cy-us *var. l.*) vel ficus. *persaepe. v. et p. 1199,32. de iunipero:* Albert. M. veget. 6,121 iuniperus cum cy-o multam habet similitudinem; propter quod etiam cy-us silvestris vocatur. **2** *in imag. vel per compar.:* Paul. Diac. carm. 18,24 vale ... tu *(sc. coniux Karoli)* quoque cum fructu, felix cyparisse. Thietm. chron. 1,28 p. 36,9 tu, Merseburg inclita, ... more ci-us pre caeteris comprovincialibus tuis exaltata *(cf. Vulg. Sirach 24,17).* **3** *alleg.:* Hildeg. phys. 3,20 cy-us valde calida est et secretum Dei significat. Wolbero cant. 1 p. 1092D cy-us ... duas ... habet gratias, videlicet odoris et incorruptionis *eqs. al. pro cognomento Mariae:* Milo carm. 3,4,2,9 altithroni genitrix, ... caedrus, cy-us, platanus. Carm. cod. Vindob. (806) 6,2 te rosa, ... lilia, stella, cy-us ... signant obscuris, pia virgo Maria, figuris.

cyprinos *subst.* (κυπρῖνος) **1** *de pisce i. q. carpa – Karpfen:* Albert. M. animal. 4,105 piscium ... fluvialium orientalium, qui dicuntur kyroz (*p. 538a,15* κυπρῖνος) et halagorez, sunt quidam modi. 6,77 animal ... aquaticum, quod komoz dicitur, quinquies ... in anno ovat. 6,79 eadem ... est quantitas ovi kokoz. 7,102 kokomos. 12,207 qui *(piscis)* graece kohery vocatur. **2** *?per errorem de ave quadam:* Albert. M. 23,124 komer avis est, quae in anno quinquies ... pullificat.

1. cyprinus (ep-, cip-, cibr-, -ren-, -ian-), -a, -um. (κύπρινος) *form. sing.: ?nom. vel acc.:* -o: *l.53.55.63.* -u: *l.54. gen.* -o: *l.62.*

1 *adi. i. q. ad cyprum pertinens – zum Hennastrauch gehörig, Henna-:* **a** *in univ.:* Recept. Lauresh. 5,31 p. 376 floris -i ~ viii. **b** *c. colore quodam:* **α** *ex flore cypri extractus – aus der Hennablüte gewonnen (de oleo):* Aesculapius 23 p. 38,8 utantur *(sc. coeliaci)* cerotario ex o l e o -o aut rosaceo (Recept. Lauresh. 5,31tit. p. 376 olei -i [cypriani *var. l.*]. Antidot. Sangall. p. 95,32 o. ci-o conficitur sic: *eqs.* Antidot. Augiens. p. 62,37 oleu -u. Antidot. Glasg. p. 119,3 cib-o. p. 148,7 ep-o. p. 158,5 cipreno. *saepe*). **β** *ex oleo cypri confectus – aus Hennaöl hergestellt:* Paul. Aegin. cur. 174 p. 98,12 superponere oportet pectori ... ci-um (*3,30* κυπρίνην) c e r o t u m (239 p. 178,3. 252 p. 198,17). 244 nardini ungenti ana ÷ iii, ... ci-i (*3,68,2* κυπρίνου) ana ÷ ii. **2** *subst. neutr. i.q. oleum cypri – Hennaöl:* Paul. Aegin. cur. 117 p. 72,7 instillandum ... medicamentum cum roseo aut ci-o (*3,23,1* κυπρίνῳ). 179 ad cerota transeundum dia butiru et ci-o. 212 p. 152,9 calefacientem ci-o cum pauco aceto utendum malagmatibus. *ibid. al.*

2. cyprinus *v.* cuprinus. **cyprum** *v.* cuprum.

cyprus (cip-, cup-), -i *f.* **1** *strictius i. q.* κύπρος – *Henna(strauch):* **a** *proprie:* **α** *de planta:* Recept. Lauresh. 5,31 p. 376 mittis ibi *(sc. in oleo)* f l o r e s -i et ... colas *eqs.* (Antidot. Sangall. p. 95,35. Antidot. Augiens. p. 65,17). Hildeg. caus. 2 p. 130,13sq. cortex de cupro super cocturam non valet, quia succus cupri contrarius est carni hominis. Honor. August. cant. 1,13 p. 378A -us est arbor Aegyptia

[Wellhausen]

similis salici. ALBERT. M. veget. 6,324 ciprus . . . invenitur nominata a theologis. *al.* **β** *de suco ex semine extracto:* HONOR. AUGUST. cant. 4,13/14 p. 425^{C} inde *(sc. ex semine)* succus exprimitur, qui -us dicitur, unde regium unguentum conficitur. **b** *alleg.:* HONOR. AUGUST. cant. 4,13/14 p. 425^{C} -us . . . est spiritalium conversatio, quae primitus florebat in Aegypto. **2** *latius vel per confusionem:* **a** *cypressus – Zypresse:* GLOSS. I 552,12 St.-S. potrus cipri drubo cipres. III 487,15 ciprus ⌞piper boum⌟ (*leg.* ciperboum). 496,32 -us cipriboū. **b** *laurus – Lorbeer:* GLOSS. III 467,46 St.-S. cipro . . . lorbŏm. **c** *prunus – Pflaumenbaum:* GLOSS. III 469,3 St.-S. cipro frumboum.

*?****cypsarus** (cip-), -i *m. (an* -um, -i *n.?)* (*orig. inc., ni subest* κυψέλη) *genus quoddam vasorum alch. – ein alchimistisches Gefäß:* Ps. PLATO quart. 3 p. 146,18 'illud *(instrumentum sublimitatis)* . . . , quod est inter aliud, oportet esse perforatum ad formam ci-i.'

cypsele (ky-li) *subst.* (κυψελίς) *de cerumine q. d. i. q. aurium sordes – Ohrenschmalz:* ALFAN. premn. phys. 23,4 p. 143 per aures . . . egeritur, quod graece dicitur k-i (*PG 40,693^{B}* κυψέλη [κυψελίς *var. l.*]), hoc est sordes aurium.

cypselos (ciprêlus) *subst.* (κύψελος) *de ave hirundini simili fort. i. q. Apus apus – viell.: Mauersegler, Turmschwalbe:* ALBERT. M. animal. 8,94 est . . . quaedam . . . avis, quae actorôs graece, latine autem ciprêlus (*p. 618^{a},31* κυψέλους) vocatur, et est species quaedam hyrundinis.

cypus *v.* scyphus. ***cyra** *v.* *chir.

cyragricus *v.* chiragricus. **cyras** *v.* choeras.

***cyrateca** *v.* *chirotheca. **cyrc-** *v.* circ-.

***cyrieleizo** *v.* *kyrieeleizo.

***cyriona** *subst. (orig. inc., ni subest syr.* qeryānā; *cf. LThK.* ^{3}*VI. p. 369) explanator, interpres (scripturae) – (Schrift-)Forscher, Ausleger:* NADDA Cyriac. I 10,7 ille *(Marcellinus)* . . . respondit in Syra lingua unum verbum -a fuisse, quod Latinis 'scrutator' vel 'investigator rerum' interpretari congruum foret (*per pravam interpr. nominis* Cyriacus).

cyrius *v.* kyrius.

*?****cyrogaleum,** -i *n. (ital. vet.* ciriegiuoli; *cf. Penzig, Flora popolare italiana. I. p. 143. cf. et p. 382 s. v. Prunus avium L.* ciregiolo, ciriegiolo *sim.) spina alba – Weißdorn:* MARC. GRAEC. ign. 18 de radice herbae, quae -o (ti-o *var. l.*) nomine et nocte lucet, pabulum factum.

cyrogra- *v.* chirogra-. **1. cyros** *v.* scirrhos.

2. *cyros *v.* *chir. ***cyrostring(u)a** *v.* *chirostringa.

***cyrotheca** *sim. v.* *chir-. **cyrpus** *v.* scirpus.

cyrrus *v.* cirrus.

***cyrta** (zirca, cir(p)ta, curta), -ae *f.* (κυρτός) *curvatura, convexitas, sinus – Krümmung, Wölbung, Bogen:* ALFAN. premn. phys. 23,11 p. 144 cili vena oriente ⌞a -is⌟ (*PG 40,696^{A}* ἐκ τῶν κυρτῶν), hoc est a gibbis, hepatis. ARS med. 5 p. 423,11 cuius *(hepatis)* superiorem gibbatam Graeci cirtam vocant. RICHARD. ANGL. anat. I 394 versus dorsum dirigit *hepar* gibbum, quem auctores dicunt cirtam (curtam sive cirptam, criptam *var. l.*). ALPHITA I p. 314,16 eius *(hepatis)* gibbositas dicitur galbet vel gilbet vel zirca.

*?****cyrufa** (-uffa) *subst.* (*orig. inc., ni subest* rufus) *papaver – Mohn:* GLOSS. V 40,3 St.-S. codion vel -ffa maho.

cyrurd-, cyrurg- *v.* chirurg-.

cys *v.* cis. **Cysalpinus** *v.* Cisalpinus.

cysma *v.* schisma. ***cysmos** *v.* *seismos.

cysta *v.* 1. cista. **cysterna** *v.* cisterna.

cystis (ky-, ki-, qui-, ci-, -tys), -is *f.* (κύστις) *form. sing.: gen.* -eos: *p.2192,3.5. acc.:* -im, -ym: *l.71.p.2192,8.10.14.23. al.* -in: *p.2192,1.20.22. al.*

vas, theca, receptaculum – Gefäß, Hülle, Behälter: **1** *strictius i. q. sacculus, folliculus (membranaceus), capsula – (Haut-)Säckchen, Beutel, Blase (t. t. anat.):* **a** *in univ.:* ALBERT. M. animal. 1,447 non ambo *(sc. globi mulierum)* simul in una -i colliguntur, sicut colliguntur virorum testes in oceo. 1,475 figura . . . zirbi . . . est sicut sit cistis quaedam. 1,606 antiqui . . . fel k-im minorem vocaverunt et vesicam k-im maiorem. *al.* WILH. SALIC. chirurg. 1,19 p. 310^{B} nodus habet quandoque sacculum seu -in, in quo locatur et volvitur nodus. **b** *de receptaculo bilis:* PAUL. AEGIN. cur. 214 p. 154,15 si . . . fiat *icterus* albis existentibus egestionibus, ⌞c o l e r i c e quisteos⌟ (*3,50,1* τῆς χοληδόχου κύστεως) declaratur passio (p. 155,7 c. -eos [-eas *var. l.*], *ni spectat ad l.155qq.*). Ps. COPHO anat. 44 in cuius *(hepatis)* substantia est quasi quaedam vesica, quae cistis f e l l i s appellatur (WALTH. AGIL. med. 140 p. 223,15. ALBERT. M. animal. 15,95 k-ym. *saepe*). RICHARD. ANGL. anat. I 408 unus *(porus)* . . . deportat felleum humorem . . . ad cistim felleam. ALBERT. M. animal. 1,606 causa . . . , quare c o l e r a e k-is est in epate, est, ut *eqs.* (1,611). *expressius i. q. fel – Galle(nblase):* URSO anat. 256 cistis gippo epatis fixa duos habet poros. RICHARD. ANGL. anat. I 407 quorum *(pororum)* unus dirigitur primo ad cistim. ALBERT. M. animal. 1,611 non habet k-is virtutem attrahendi. *al.* **c** *de receptaculo urinae i. q. vesica – (Harn-)'Blase':* GLOSS. med. cod. Leninopol. p. 272,3 omnia dic, . . . verbi quae sillaba signet; . . . quid flebs, . . . cistis (gloss.: vesica, in qua humor colligitur et per virgam egeritur). PAUL. AEGIN. cur. 240 p. 179,24 rupto . . . apostemate si . . . ad cistin (*3,65,2* κύστιν) feratur putredo. *per errorem:* PAUL. AEGIN. cur. 239 p. 177,2 flegmon matricis . . . fit . . . et ex aborsu et ex partu propter malam cistin (cistim *B; 3,64,1* κύησιν [κένωσιν, κύρσιν *var. l.*]). **2** *latius i. q. loculus, arca – Aufbewahrungsort, Kiste:* ALBERT. M. animal. 1,565 est *monoculum* sicut kistis quaedam, in qua cum quis voluerit, accipit, quod reposuit.

cytarista *v.* citharista. *adde ad p. 647,62: psalmista – Psalmendichter, -sänger:* MANEG. c. Wolfh. 12 p. 71,7 hoc verbum bonum, . . . hoc 'canticum novum' cyta-a . . . spirituali iubilo praecinebat: *'eqs.' (spectat ad Vulg. psalm. 47,10).*

cytera *v.* citra. **cythara** *v.* cithara.

cythare(d)a *v.* citharoedus.

cytharis *v.* cidaris. *adde ad p. 573,27:* GLOSS. I 337,45 St.-S. cytharim huat.

cytharista *v.* citharista. **cytharizo** *v.* citharizo.

cythera *v.* cithara. **cythisum** *v.* cytisus.

[cythosicus *v.* cercopithecus.**]**

***cytimus** (cit-), -a, -um. (*?*κύδιμος) **1** *illustris, artificiosus – ruhmreich, kunstvoll:* AETHICUS p. 127,5 Meopari . . . ci-am (-am *var. l.*) confectionem *(sc. colymbarum)* . . . a parte solis speculo electrino et vitrio . . . lucidissimo . . . ponunt *(v. notam ed.).* **2** *excellens, pretiosus – hochwertig, kostbar:* AETHICUS p. 186,12 cimbia onix . . . , ci-um (-um *var. l.*) nitrum, lomentum quippe commodum.

cytinus (cit-, co(i)t-, cort-, cici-), -i *m.* (κύτινος) *script.* cucius *(ni leg.* cucinus): *l.52. form. acc. pl.* -us: *l.50.*

flos mali granati – Granatapfelblüte: PAUL. AEGIN. cur. 155 sicca *(sc. remedia)* . . . apposita ios ferri, co-i (*3,26,11* κύτινοι); . . . sicca . . . calcanthu assi aut coi-i (cor-i *B*). 237 p. 174,21 appone . . . ⌞ci-us (cicinus *B*) aut mala granata dulcia⌟ (*3,62,2* κυτίνους ῥοᾶς γλυκείας). TRACT. de aegr. cur. p. 149,6 pulvis factus ex . . . camphora et cucio . . . imponatur. *remissius i. q. flos – Blüte:* PAUL. AEGIN. cur. 249 p. 192,5 quibus . . . apertum est orificium, . . . farmaca sicciora et stiptica, ⌞ci-i roon⌟ (*3,74,10* κύτινοι ῥοῶν) . . . et radices rubi.

cytisus *vel* **cytisum** (scit-, chit-, cit-, -thi-, -thys-), -i *m. vel n.* (κύτισος) *form. nom. sg.* -is: *l.59.* **1** *strictius de herba ex genere trifolii fere i. q. medica, melilotum – etwa: (Geiß-, Schnecken-)Klee, Luzerne:* SUMM. Heinr. C p. 241 cithisis zepfo vel gebroz. AMARC. serm. 1,521 quando petunt *apes* thyma convolitantque gregatim ad cithisum. HILDEG. phys. 1,108 cle (cithysus *ed. pr.*) . . . ad pascua pecorum utile est. ANNAL. Egm. a. 1137 p. 149,21 ut estus nimius sci-um in multis locis exusserit. GLOSS. II 676,32 St.-S. -um cepphin. III 582,36 chi-us cle. *al.* GLOSS. p. 24,26 M. cithisum pinesuge. **2** *latius vel per confusionem de aliis plantis:* **a** *caprifolium – Geißblatt, -bart (cf. André, Plantes. p. 85):* GLOSS. IV 349,66 St.-S. cithisum miteuurz. **b** *vicia – Wicke:* ALBERT. M. animal. 3,177 quaedam *(pascua)* . . . lac multiplicant sicut . . . herba, quae graece coctimez (*p. 522^{b},27* κύτισος) vocatur, quam nos viciam vocamus. *Wellhausen*

cyvis *sim. v.* civ-.